BIBL. NAZ
Vitt. Emanuele III
165
B
13
NAPOLI

Digitized by Google

XIII. C. 8

Digitized by Google

Digitized by Google

JOHANNIS PAULI LANCELOTTI
JCTI PERUSINI

INSTITUTIONES JURIS CANONICI,

CUM NOTIS VARIORUM

PRAECIPUE ARCANA DOMINATIONIS PAPALIS, EPISCOPALIS, ET CLERICALIS IN ECCLESIA ROMANA DETEGENTIBUS.

IN USUM

AUDITORII THOMASIANI.

PARS SECUNDA



BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. III NAPOLI

HALAE MAGDEBURGICAE A. 1716,
PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA RENGERIANA.

Digitized by Google

Digitized by Google

INSTITUTIONUM
IURIS CANONICI,

LIBER II.

DE RERUM DIVISIONE, ATQUE ILLARUM ADMINISTRATIONE.

TITULUS I.

Res Eccleſiaſticæ ſunt aut ſpirituales, aut temporales.

§. 1.

SUperiore libro de jure perſonarum (1) expoſuimus: modo

AD LIBRUM II.

TIT. I.

Ad §. 1.

Cur in jure Canonico non tractetur ſeparatim de jure Laicorum.

(1) Imo non plene egit in libro præcedente de perſonis. Cum enim *titulo 4. Libr. I.* perſonarum genera duo eſſe dixiſſet, unum Laicorum alterum Clericorum, hactenus ſaltem jura Clericorum ſecundum diviſionem *d. tit. 4. §. 1.* prolixe expoſuit, & in titulo ultimo corollarii loco adjecit tractatum de jure Monachorum, quod genus amphibium eſt, & inter Clericos & Laicos quaſi medium. Debebat igitur, abſoluta tractatione de Clericorum jure, etiam tractare

de jure Laicorum. Cum vero id non factum fuerit, vel in eo peccavit Lancelottus, quod tam inſignem hiatum commiſerit, vel inveſtiganda eſt cauſa cur id non fuerit factum. Dicit equidem *d. tit.* 4. §. 1. *Si cognoverimus, quæ iſtæ perſonæ* (Clerici) *ſunt, ſimul etiam, & qui Laici ſint, intelligemus.* Verum propterea non debebat omitti tractatus de jure Laicorum. Pertinet enim illa excuſatio ſaltem ad definitionem Laicorum, ut ſcilicet dicamus, omnes qui non ſunt Clerici, eſſe Laicos, ſed propterea tamen non poterat dici, *ſi cognoverimus, quæ ſunt jura Clericorum, ſimul etiam intelligemus quæ ſunt jura Laicorum*, eſſet enim hæc argumentatio aperte inepta & illi ſimilis, ſi dixiſſet, ſi cognoverimus jura Epiſcoporum, intelligemus etiam quæ ſunt jura reliquorum Clericorum &c. Et cum ſparſim de juribus Laicorum in his inſtitutionibus fiat mentio, tam negative, quam poſitive, (v. g. Laicos non poſſe eligere Epiſcopum *l. 1. tit. 7. §. 8.* Laicum poſſe poſtulari *l. 1. tit. 8. §. 2.* Laicum non poſſe eſſe Epiſcopi vicarium, nec etiam Laicum hominem poſſe viros Eccleſiaſticos judicare *l. 1. tit. 15. §. 2.* Reſignationem non debere fieri Laico, *l. 1. tit. 19. §. 11.* Laicos in caſu neceſſitatis poſſe baptizare, *lib. 2 tit. 3. §. 3.* Laicum a Laico coram judice ſeculari conveniri debere, niſi cauſa ſit ſpiritualis, *lib. 3. tit. 1. §. 3.* Laicos non poſſe poſſidere ſpiritualia *lib. 3 tit. 10. §. 10.*) quæ ſingula ex ſola definitione Laicorum intelligi nequeunt, ſane ordo doctrinæ poſtulabat, ut ſaltem in ultimo titulo libri præcedentis quaſdam regulas tradidiſſet, unde cognoſci potuiſſet, ad quænam jura in Eccleſiis admittantur Laici, a quibus excludantur. Ergo neceſſe eſt, ut alia ſubfuerit ratio, cur iſta tractatio omitteretur, ſcilicet contemptus Laicorum, jam ſupra *in notis ad lib. 1. p 25. & 26.* perſpicue expoſitus. Nimirum jus Canonicum non tractat jura privatorum aut plebis (der canaille) quo nomine inſigniuntur omnes Laici, ut infra *hoc lib. tit 22.* ſed ſola jura regentium & imperantium, id eſt, Cleri, Laicis non jus, ſed obligatio, id eſt parendi gloria, relicta eſt. Cum vero obligatio ſit correlatum juris, non opus habebat Lancelottus, ut de hac obligatione peculiari capite tractaret, ſed eodem modo (ut de definitione) dicere poterat: ſi cognoverimus quæ jura habeant Clerici, ſimul etiam ad quid Laici ſint obligati, cognoſcemus. T. (2)

modo videamus de rebus (2) Eccleſiaſticis, (3) illarum-

(2) Illuſtratur præcedens obſervatio ex illis, quæ jam ſequuntur apud Lancelottum. Nam ſi de juribus Laicorum agere voluiſſet, etiam res in genere diviſiſſet in res Eccleſiaſticas (Cleri) & non Eccleſiaſticas, (Laicorum.) Jam vero cum Laici huc non pertineant, ſed ſaltem agatur de jure publico perſonarum regentium Eccleſiam, res non Eccleſiaſticæ relinquuntur tractationi Juris privati aut civilis. Inde, uti Clerici ſunt perſonæ plane ſingulares, quarum ſimiles in alia jurisprudentia non occurrunt, ita etiam res Eccleſiaſticæ ſunt plane ſingularis naturæ, quarum genera etiam alibi non inveniuntur. Apud quem Philoſophum, aut JCtum enim legitur quid de rebus ſpiritualibus & temporalibus, deque ſpiritualium ſubdiviſione in corporales & incorporales? Apud nullum. Quemadmodum vero ad *titulum 4. lib 1.* oſtendimus, ſub diviſione perſonarum in Clericos & Laicos occultatum fuiſſe arcanum præcipuum Politicæ papalis, ejusque fulcrum quaſi primarium; ita etiam opera danda eſt, ut in hoc libro detegatur aliud arcanum latens ſub diviſione rerum Eccleſiaſticarum, inprimis, cum id detegere neglexerint Zieglerus, Brunnemannus & alii, quorum notis hactenus uſi fuimus. Quodſi dixeris, non mirandum eſſe, quod diſtinctio rerum Eccleſiaſticarum, quæ hoc titulo proponitur, non occurrat apud Philoſophos aut JCtos Ethnicos, quia videlicet deſumta ſit ex ſacris literis, ubi frequens mentio ſit rerum ſpiritualium & temporalium, reſpondebo, & in eo latere arcanum Politicæ Papalis, quod terminos quidem ſæpe adhibeat, in ſacris literis occurrentes, ſed quod iſtis terminis in alio plane ſenſu utatur, & ſic prædicata ſcripturæ ſacræ de illis terminis in alienum plane ſenſum detorqueat. Uti vero ſupra oſtenſum fuit, id factum fuiſſe circa voces Κλήρου & Λαοῦ, (Cleri & Populi) ita operam dabimus ut hic, quamvis breviter, etiam oſtendamus id factum eſſe in terminis rerum ſpiritualium & temporalium. Atque ſtatim ab initio valde ſuſpectam reddit doctrinam Lancelotti, quod in toto hoc titulo primo nullum capitulum, & nullus canon ex Decretalibus Epi-

Cur tractetur in ſpecie de rebus Eccleſiaſticis.

Arcanum politicum hic latens.

Cur Lancelottus in hoc

rumque tractatione, & adminiſtratione. Summa rerum

---

titulo non provocet ad capitula ſpecialia Juris Canonici.

Epiſtolis & Decreto ad marginem ſit allegatum, utpote quod indicium ſuppeditat, diſtinctiones hic traditas neque ex ipſo Jure ſcripto Canonico, etiam noviore & jam ſatis depravato, ſed ex moribus & praxi quotidiana Papatus craſſiſſimi, eſſe petitas. T.

Omiſit Lancelottus definitionem rerum Eccleſiaſticarum.

(3) Res Eccleſiaſticæ haud dubie ita dicuntur ab Eccleſia, ſed tamen tradere debuiſſet Lancelottus definitionem rerum Eccleſiaſticarum, & oſtendere, quibusnam adeo rebus res Eccleſiaſticæ contradiſtinguantur, & quomodo ab his differant. Imo & vox Eccleſiæ valde homonyma eſt, nec uſpiam ejus perſpicua definitio a Lancelotto fuit propoſita. Unde nec hic ſufficit, eo ſimpliciter provocare, quod vox Eccleſiæ ſæpius occurrat in ſcripturis & potiſſimum in libris novi fœderis, ſed & hic metuendum, ne lateat anguis in herba.

Eccleſia quid denotet in ſacris Literis.

Nimium in ſacris literis Eccleſia denotat late cœtum quemvis etiam politicum, & infidelium, ſtricte cœtum fidelium univerſum ex Doctoribus & Auditoribus, Apoſtolis, Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis & reliquo populo conſtantem. Hic perpetuus ſignificatus eſt in novo fœdere, nec poteſt ullus locus oſtendi ubi indubitato accipiatur pro ſolis docentibus, aut Presbyteris, multo minus ubi accipiatur pro loco conventus. Etſi enim provocari ſoleat ad locum *Matth. 18. dic Eccleſiæ* quaſi ibi intelligatur presbyterium, aut ſynedrium, (Conf. Seldenum *de Synedriis l. 1. c. 9. p. m. 189. ſeq.*) tamen ipſe Hammondus, cujus alias multum intereſſet, ut locus hic de ſolis regentibus loqueretur, in paraphraſi & notis ad iſtud Matthæi caput, fatetur, eum etiam intelligi poſſe de cœtu univerſo fidelium. Similiter, etſi Blondellus *in Apol. pro ſentent. Hieron. de Epiſc. & Presbyt. p. 218.* vocem Eccleſiæ *Actor. XI. 25. & 1. Cor. XIV. 23.* explicet de privatorum fidelium domiciliis, tamen & hic contextus oſtendit, eam interpretationem non eſſe neceſſariam, ſed commode poſſe & ibi de ipſo cœtu toto intelligi. Conf. omnino honorat. Collegæ Böhmeri *diſſert. 8. ad Tertull. Sect. 1.*

Quid apud Canoniſtas.

At vero quod Canoniſtas attinet, evidens eſt, per Eccleſiam vel apud eos plerumque ſi non

rum Eccleſiaſticarum diviſio in duos articulos deducitur:

ſi non ſemper intelligi ſolos Clericos excluſis Laicis, aut ne illos quidem omnes ſed ſolos Epiſcopos, tanquam ut loquuntur, Eccleſiam repræſentativam, vel ædes ſacras, atque adeo ad hos tres ſignificatus eos detorquere prædicata, quæ in novo teſtamento de Eccleſia dicuntur. Et quamvis hæc omnia fiant primario eum in finem ut probent, non ſolum Clerum exemtum eſſe jure divino a ſubjectione magiſtratus civilis, & imo poteſtatem Eccleſiaſticam eſſe poteſtati civili ſuperiorem, ac reges terrarum ſubjectos eſſe poteſtati Eccleſiaſticæ, atque adeo breviſſima eſſet via, ſi ad id obtinendum aperte profiterentur, Eccleſiam in dictis ſcripturæ, quæ eum in finem allegant, (quamvis & in horum explicatione plures alias fallacias committant, cum nusquam ſcriptura doceat, Eccleſiam debere eſſe exemtam a juriſdictione magiſtratus politici, aut poteſtatem, qualem prætendunt Pontificii, exercere in magiſtratum Politicum;) denotare non cœtum fidelium, ſed Eccleſiam illam repræſentativam; non ſolent tamen facile ea methodo uti Pontificii, ne forte falſitas illius aſſertionis palpabilis ita facile deprehendatur a lectore, ſed ſolent fere ambagibus uti, arcanum illud aliquo modo magis occultantibus. Ita v. g. Franciſcus de Victoria dum in relectionibus moralibus de poteſtate Eccleſiæ & civili ex profeſſo agit, omittit adnotationem, quod per Eccleſiam hic intelligatur Clerus aut Epiſcopi, ſed potius *Rel. 1. ſect. p. 4.* fundamenti loco ponit, in ſacris literis ſive novi ſive veteris fœderis, Eccleſiam nonniſi concionem denotare aut congregationem fidelium, id eſt unius religionis aliquo modo, ſive bonorum ſive malorum, & poſtea *ſect. 2. q. 1.* demonſtrare vult, in Eccleſia, quatenus diſtinguitur a republica, eſſe aliquam poteſtatem vel autoritatem Eccleſiaſticam præter poteſtatem civilem, ejusque poteſtatis (*ibid. q. 2.*) eſſe aliquem effectum proprie & vere ſpiritualem, non ex jure humano (*Sect 3.*) ſed divino ortam, quæ inceperit (*Sect. 4.*) ſtatim ab adventu Chriſti, & ſit (*Sect. 5.*) ſupra poteſtatem civilem. Quæ omnia ſi recte explicentur, poſſunt ſuo modo admitti. Poſtea vero *re*-

Intentionem tamen ſuam ſæpius occultantes.

Exemplo Franciſci de Victoria.

Eee 3 *lect.*

Digitized by Google

lect. 2. larvam detrahit, & eo omnibus viribus laborat, ut oſtendat, poteſtatem illam Eccleſiaſticam non eſſe in tota Eccleſia, ſed in Eccleſia ſaltem repræſentativa, id eſt penes ſacerdotes &c. Jam cum ex hypotheſi Pontificiorum Eccleſia ſumatur tripliciter, vel pro toto cœtu fidelium, vel pro ſacerdotibus ſolis, vel pro ædibus ſacris, ſane non conſtat, niſi perſpicue explicetur, res Eccleſiaſticæ ad quemnam Eccleſiæ ſignificatum reſpiciant ex his tribus. Etſi etiam id conſtaret, nondum tamen conſtat, utrum, dum res quædam Eccleſiaſticæ dicuntur, denominatio illa a ſubjecto, utrum ab objecto, utrum a fine deſumta ſit. Nec eſt, quod excuſare velis Lancelottum, eum utiq; dediſſe definitionem rerum Eccleſiaſticarum, ſed non in loco commodo, verum demum in *titulo ultimo hujus libri*, qui nævus ipſi facile condonari debeat. Age videamus. *Eccleſiaſticas autem res*, inquit (*d. l.* §. 1.) *intelligimus non modo, quas Eccleſiæ rationibus ſacerdos comperit adſcriptas, ſed etiam eas, quas is emerit, cum tempore ſuæ promotionis nihil haberet.* Hic primo lego quidem poſitionem aliquam Lancelotti de rebus Eccleſiaſticis, ſeu aſſertionem, definitionem rerum Eccleſiaſticarum ibi nequaquam invenio. Deinde nec intentio Lancelotti fuit, ut ibi definitionem rerum Eccleſiaſticarum tradere voluerit. Agit enim in illo titulo ultimo de peculio clericorum, & *in titulo præced.* 27. §. 1. monuerat quod jam incipiat tractatus in ſpecie de rebus temporalibus Eccleſiæ. Ergo tentabimus an hunc defectum Lancelotti ſupplere poſſumus. Putamus igitur, *res Eccleſiaſticas* in ſenſu juris Canonici eſſe *res quaſcunque & cujuſcunque generis, quas Eccleſia repræſentativa vult, jubet, atque mandat eſſe Eccleſiaſticas, ſub prætextu ſpiritualitatis, in quas Laicis quibuſcunque, ſive populo ſive regibus & imperatoribus nullum jus, niſi ex conceſſione Eccleſiæ repræſentativæ precarium competit, quæque legibus magiſtratus politici, ejusque jurisdictioni perinde uti Eccleſia ipſa repræſentativa exemtæ ſunt, in quarum uſurpatores vel turbatores graviſſimæ pœnæ temporales & corporales quidem, ſed tamen æque ſpirituales, ac ipſæ perſonæ & res Eccleſiaſticæ ſunt, ſunt in Canonibus ſtatutæ.* Bona fide hanc definitionem formavimus & affectu vacui. Cum tamen errare humanum ſit, petimus informationem à diſſentientibus. T.

Obſcurum quid hic ſignificent res Eccleſiaſtica.

Definitio harum rerum nec alibi tradita a Lancelotto.

Tentata tamen a nobis.

(4)

citur: nam aut ſpirituales (4) ſunt, aut temporales.

(4) Uti Eccleſiæ voce ludunt Canoniſtæ, ita vel maxime voce ſpiritualitatis, quam non ſolum perſonis, & rebus, ſed etiam controverſiis judicialibus & pœnis tribuunt. De his libro tertio & quarto agendum erit. De illis hoc loco. Et initio quidem de perſonis ſpiritualibus, quamvis illa tractatio pertineret ad librum primum, hic tamen etiam commode fieri poterit, cum hic demum Lancelottus ſpiritualitatis Canonicæ mentionem diſertam facere incipiat. Ante omnia videndum, quid in ſacris litteris ſpiritualitas, quatenus de perſonis prædicatur, denotet. Sed ne falcem mittamus in alienam meſſem, à controverſiis Theologicis hic abſtinebimus, ſaltem ea memoraturi, de quibus nullum eſt dubium, & ubi apertus eſt ſcripturæ ſenſus. Non ergo enodabimus, quot modis vocabulum ſpiritus accipiatur in ſacris literis. Septem hujus vocis acceptiones enumerat Hammondus *in notis ad Lucæ c. 9. v. 55.* qui videri poteſt. Utrum Paulus ad *Gal.* 6. *v.* 1. per ſpirituales intelligat ſolos regentes in Eccleſia nec ne, etiam remittimus lectorem ad diſſentientes hac parte, Hammondum & Clericum *ad d. l.* qui & in ſequentium locorum ex ſcriptura allegandorum explicatione ſpecialiore raro inter ſe conveniunt. Sæpe etiam in novo fœdere ſpirituale opponitur carnali. Ita Paulus *ad Romanus VII. v. 14.* legem dicit eſſe ſpiritualem, ſe vero conqueritur eſſe carnalem. Item *ad Rom. XV. & I. ad Corinth. IX. v. 11.* inculcat, auditores, ſpiritualibus bonis doctorum fruentes, his debere carnalia miniſtrare. Quod vero perſonas attinet, in prolixo ſatis loco *ad Romanos IIX. 4. ſeqq.* idem Gentium doctor homines ſpirituales opponit carnalibus, diſerte indicans, per carnales homines intelligi affectibus ſuis indulgentes & vitiis, per ſpirituales autem, qui ſecundum doctrinam Chriſti ejus ſpiritu gaudentes vitia carnis, voluptatem, ambitionem, avaritiam &c. fortiter oppugnant. Conf. Hammondum *ibid.* Alibi Paulus *ad Corinth. II. v. 13. 14. 15.* ſpirituales homines opponit animalibus, & de his dicit, quod non ſint capaces eorum, quæ ſunt ſpiritus Dei; at ſpirituales dijudicare omnia, ipſos vero à nemine dijudicari. Ubi

Luſus Canoniſtarum in voce ſpiritualitatis.

Quid per perſonas ſpirituales ſcriptura denotet.

Digitized by Google

contextus oſtendit, per homines animales hic eosdem intelligi, quos in præcedenti loco dixerat carnales, niſi quod ibi magis ad voluntatem, hic magis ad intellectum hominum carnalium reſpiciat.

Quam injuſte Clerus hanc denominationem ſibi vindicaverit.

Dum igitur Clerus Pontificius ſe ſolum ſpiritualem vocat, Laicos vero omnes carnales eſſe aſſerit, facile patet, quod hoc modo non ſolum torqueat iterum ſenſum ſcripturæ, quæ iſtam applicationem diſtinctionis hujus nunquam ita uſurpavit, ſed etiam maximo contemtu ac contumelia hoc modo afficiat Laicos, & quod ita hæc denominatio ad præcipua arcana Politicæ Clericalis rurſus ſit referenda; quomodo videlicet efficere potuerit, ut iſtam contumeliam patienter ferrent & tantum non firmiter ſibi perſvaderi permitterent Laici, cum tamen experientia quotidiana & omnes pene ſenſus evidenter teſtentur, tam inter docentes, quam diſcentes, tam inter Clericos quam Laicos, multos reperiri homines carnales, paucos ſpirituales, præceptum vero, quod DEBEANT ſinguli eſſe ſpirituales, non carnales, pertineat tam ad Clericos, quam ad Laicos. Sed fallacia fallaciæ opem tulit. Diſſimulavit Clerus Pontificius utramque hanc denominationem, eamque ſub aliis larvis occultare voluit. Quid enim, inquient, hoc calumniæ eſt? Ubi Clerus unquam dixit ſe ſpiritualem cum excluſione Laicorum? Imo ubi unquam Laicos dixit eſſe carnales.

Quod probatur.

Sed bona verba quæſo. Extat illa denominatio utraque in Epiſtola I. Pſeudo Clementis, cujus verba jam ſupra dedimus *ad libr. 1. nota 41. p. 25.* Fateor quidem, ſpiritualium hanc denominationem poſtea fuiſſe aliquo modo occultatam, ut non meminerim eam me legiſſe in jure Canonico, quo hodie utimur; Interim praxis ipſa & uſus eam denominationem aperte continuavit, certe in tota Germania.

Clerici & ſpirituales ſynonymice uſurpantur.

In lingua enim Germania Clericus dicitur ein Geiſtlicher/ & ſtatus Eccleſiaſticus der geiſtliche Stand/ regimen Eccleſiaſticum das geiſtliche Regiment.

Item Laici & mundani vel ſeculares.

Magis vero fuit ſub alio titulo occultatum carnalium prædicatum Laicis tributum. Neque enim, dum Clericis opponuntur Laici dicimus die Geiſtlichen und Fleiſchlichen/ ſed die Geiſtlichen und Weltlichen/ der Geiſtliche und Weltliche Stand/ das Geiſtliche und Weltliche Regiment/ uti in ipſo idiomate latino Statui Eccleſiaſtico opponitur ſecularis, & ſeculare regimen Eccleſiaſtico. Sed tamen ſi

rem

les. Spirituales ſunt (5) quæ ſpiritui deſerviunt (6) atque

---

rem accurate inſpicias, fucus hic eſt. Seculare enim & mundanum à carnali hic non magis differt, quam enſis à gladio Quod ſic probo. Mundanum Weltlich vel denotat homines in mundo viventes, vel qui ſunt de mundo. Si priorem ſignificatum in mente habuiſſent Pontificii, denominationem mundanerum non potuiſſent reſtringere ad Laicos, cum & ipſi ſint in hoc mundo. Ergo intellexerunt Laicos eſſe de mundo, qui autem ſunt de hoc mundo, illi in ſenſu ſcripturæ ſunt carnales. *Joh. XV. v. 19.* Eadem eſt ratio vocis ſecularis. Dum enim ſcriptura filios hujus ſeculi opponit filiis lucis *Lucæ XVI. v. 8.* & vero filii lucis ſunt homines ſpirituales uti lux ſpiritualis eſt, non poſſunt etiam filii hujus ſeculi alii eſſe quam homines carnales. Id quod erat demonſtrandum. Fructus hujus denominationis, quod videlicet Clerus ſe ſolum vocaverit ſpiritualem, & ita dicta ſcripturæ de ſpiritualibus loquentia ad ſe ſolos applicaverit, fuere varii, ex illis vero præcipuus eſt, quod hoc pacto impoſuerint regibus & principibus, quaſi jure divino colla ſua ſubtraxerint regimini Politico, abutentes videlicet dicto Paulino 1. *Corinth. II. v. 15. Spiritualis homo dijudicat quidem omnia, ipſe vero à nemine dijudicatur.* Cave vero, ne putes, me hæc proferre eo animo, quaſi denominationes doctorum & auditorum, item utriusque ſtatus & regiminis apud nos receptas tollere velim. Explico ſaltem Jus Canonicum & oſtendo origines & arcana Papatus. Apud nos iidem maneant termini, uſu noſtrarum Eccleſiarum ab illo vitioſo ſignificatu jamdudum purgati. T.

id eſt carnales.

Fructus hujus arcani exemtio a poteſtate magiſtratus civili.

Cautela circa hanc notam obſervanda.

(5) Spiritualitas quatenus in ſacris literis de rebus prædicatur, etiam ſumitur variis modis, vel enim opponitur rebus profanis & carnalibus ut quando dicuntur hymni ſpirituales *Epheſ. V. 19.* ubi confer Hammondi paraphraſin. Hinc apud nos geiſtliche Lieder opponuntur weltlichen Liedern. Alio in ſignificatu dicitur *1. Cor. X. 3. 4.* eſca ſpiritualis, potus ſpiritualis, petra ſpiritualis, ubi diſceptant interpretes de ratione denominationis, utrum ſpirituale ibi opponatur ſo-

Res ſpirituales quid denotent in ſacris literis?

 ma-

que animæ cauſa ſunt inſtitutæ: ut Sacramenta Eccle-
ſiæ,

matico ſeu corporali an phyſico ſeu naturali, tanquam res in ſe quidem corporeæ, ſed à ſpiritibus confectæ, non à cauſis corporeis, item an non ſpirituale ibi dicatur, quia ſpiritualia ſignificaret. Vid. Cleric. *ad d. l.* Alibi prædicatur de corpore, ut, dum corpus ſpirituale opponitur animali *1. Corinth. X. v. 40--49.* h. e. ut contextus oſtendit, cœleſte terreno, incorruptum obnoxio corruptioni &c. In ſenſu philoſophico ſpiritualia opponuntur corporeis, qui ſignificatus etiam videtur uſurpatus fuiſſe à Paulo *ad Rom XV. 27. & ad Cor. IX. v. 11.* quamvis corporearum rerum ibi non fiat mentio, ſed carnalium. Carnalia enim hic pro corporeis & in alio plane ſenſu ſumi, quam ubi homines carnales opponuntur ſpiritualibus, oſtendit contextus.

Quid apud Canoniſtas? Canoniſtæ varie ludunt voce ſpiritualis. Sic enim gloſſa ad hunc locum Lancelotti. *Nota tamen, quod licet plures, & plures ſint res ſpirituales, diverſimode tamen ſunt ſpirituales. Quædam enim ſecundum eſſentiam, ut dona Dei. cap. 1. ubi not. 1. q 1. Item ſanctorum reliquiæ. Quædam propter ſtatum, ut eſt religio. Quædam, quia dependent à poteſtate ſpirituali. Quædam ratione officii. Quædam quia annexa ſpiritualibus. De quibus omnibus per Abb. in cap conſulere. de ſim. ubi ponit, quis ſit effectus an uno vel alio modo res ſit ſpiritualis.* Similiter Gonzalez Tellez *ad cap. 2. de Simonia n. 14. Spiritus proprie ſignificat anhelitum id eſt aërem ipſum, quem ſpirando attrahimus. Cicero lib 2. de natura Deorum ibi: Tribus rebus animalium vita continetur, cibo, potione & ſpiritu, juxta illud Virgilii Æneid. 12.*

Ac velut Edoni Boreæ cum ſpiritus alto
Inſonat Ægeo.

Sed quia & ventus, & anhelitus ſubtilia quædam corpora ſunt, & inviſibilia, translatum fuit nomen ab ſcriptoribus eccleſiaſticis ad ſignificandas res omnino incorporeas ut Deus, Anima & Angelus; & etiam illa quæ illis accedunt, ut virtutes & ſcientiæ. Hæc vero ſpiritualia quædam procedunt ab ſpiritu creato, prout ſunt ſcientiæ,

tiæ acquiſitæ, & virtutes, quæ parantur raro ſtudio & labore. Quædam procedunt ab ſpiritu increato, ut gratia gratum faciens, & virtutes infuſæ, quæ ſupernaturaliter à nobis acquiruntur; & reliqua omnia, quæ ad ſalutem animarum ſupernaturaliter ſunt inſtituta, vel ab ipſo Deo, vel ab Eccleſia per poteſtatem ſibi à Chriſto datam, ut optime explicavit Navarrus in manuali. cap. 23. num. 99. Hæc vero ſpiritualia quædam ſunt per eſſentiam, ut gratia, virtutes, & gratia ſpiritus ſancti, quædam per cauſam, ut ſacramenta Eccleſiæ, quæ efficiunt & cauſant gratiam; quædam ſunt ſpiritualia per effectum, ut ſunt ſacramentorum adminiſtrationes, divinorum officiorum celebratio, donum prophetiæ & miraculorum; quia deſcendunt ex gratia, vel ad illam diſponunt. Alia vero ſunt ſpiritualibus annexa; quod etiam dupliciter contingit, vel antecedenter vel conſequenter: antecedenter ſunt Eccleſiæ altaria, veſtes & cætera ornamenta, & jus patronatus; quæ omnia antecedunt ſacramentorum adminiſtrationem, & divinorum celebrationem, & ad illa ordinantur, conſequenter vero ſpiritualibus annexa illa dicuntur, quæ ſpiritualia præſupponunt, & ab illis dependent, ut beneficia & decimæ, & alia, quæ ſequuntur vel ex poteſtate ordinis vel jurisdictionis. Si verum fateri volumus, vel ex hactenus dictis apparet, Canoniſtas voce rerum ſpiritualium æque ludere ac voce rerum Eccleſiaſticarum, adeoque ex vero rerum ſpiritualium, in ſenſu juris Canonici, eandem eſſe definitionem, quam de rebus eccleſiaſticis dedimus *circa finem annot. 3.* Æque enim late patere apud Canoniſtas ſignificatum rerum ſpiritualium ac rerum Eccleſiaſticarum, oſtendent ea, quæ de ſignificatu & definitione rerum temporalium, paulo poſt notabimus, videlicet & has à Canoniſtis accenſeri ſpiritualibus. T.

(6) Fundamentum ergo hujus diviſionis gloſſa quærit in homine. *Quia*, inquit, *homo conſtat ex anima, hinc dantur res ſpirituales. Conſtat etiam ex corpore, & hinc habentur res temporales. Spiritualibus enim anima, temporalibus vero corpus conſervatur.* Vereor, ut usquam alibi hic rerum ſpiritualium ſignificatus apud ſcriptores occurrat. Sed in verbis ſimus faciles, modo res intelligamus. Si per ſpiritum intelligitur anima, an vegetativa, *Obſcuritas definitionis rerum ſpiritualium.*

ſiæ, altaria, (7) & his ſimilia. Temporales (8) ſunt, quæ

an ſenſitiva; an rationalis? Haud dubie ultima. An igitur & ars ſyllogiſtica, an rhetorica, an jurisprudentia, medicina, & tota philoſophia ſunt res ſpirituales? Si ſunt, cur de iis nihil agitur? Si non ſunt, quid mihi prodeſt definitio rerum ſpiritualium, ſi ſit latior ſuo definito? Nec eſt, quod excipias, committi fallaciam, artes liberales, & quatuor facultatum academicarum diſciplinas eſſe quidem res ſpirituales, ſed non Eccleſiaſticas, hic vero agi de rebus ſpiritualibus Eccleſiaſticis; regeram enim hoc aſſertum falſum eſſe, cum doctrinæ Academicæ apud Pontificios non habeantur pro rebus ſecularibus ſed Eccleſiaſticis, quarum cura ad Epiſcopum ſpectet non ad Magiſtratum Politicum. T.

Altaria non ſunt res ſpirituales.

(7) Ex altaribus, qua talibus, nihil ſpiritui aut animæ accedit. Nec eorum aliquis in Eccleſia primitiva uſus. Res ergo ſpirituales dici nequeunt. Vide quæ dicemus *infra tit. 18. §. 16.* Z.

Inconcinna oppoſitio rerum ſpiritualium & temporalium.

(8) Spiritualia apud homines ſana & ſincera ratione utentes, opponuntur rebus corporalibus, temporalia æternis. Non poſſunt convenienter ſpiritualia & temporalia ſibi opponi, quia etiam temporalia quædam ſunt ſpiritualia, ut fides, ſpes, prophetiæ. *1. Corinth. XIII. v. 8. ſeq.* Quare æque inconveniens eſt oppoſitio rerum ſpiritualium & temporalium, acſi quis corporalia æternis vellet opponere, cum credamus corpora ſpiritualia incorruptibilia *1. Corinth. X. v. 14. ſeq.* Sed non poterant Canoniſtæ res ſpirituales corporeis opponere, quia ſcilicet ſpirituales ſubdividunt in incorporales & corporales. Ergo vides quantum arcanum religionis Pontificiæ etiam ſub hac diviſione lateat. Ne tamen cavilleris, talia ex odio erga religionem Pontificiam à nobis doceri, age audiamus quid JCtus excellens & religioni Pontificiæ addictus, Franciſcus Duarenus de hac diviſione doceat. Ita ille *de ſacris Eccleſiæ miniſteriis lib. 2. c. 2. Bonorum Eccleſiaſticorum quædam temporalia dicuntur: alia vero ſpiritualia. Temporalia vocant prædia illa & poſſeſſiones, quæ ex principum aliorumque liberalitate obvenerunt. Spiritualia, decimas & alia id genus, quæ à fidelibus eccleſiæ offeruntur. Nam decimas*

Quid de hac diviſione ſentiat Duarenus.

quæ non tam ſpiritus, quam corporis (9) gratia pro eccleſiaſticis miniſteriis, ſacrorumque miniſtrorum uſu,

---

mas primitiasque, aut, quæ loco primitiarum offerri ſolent, arbitrantur juris pontificii doctores divino jure ſacerdotum & eccleſiæ miniſtrorum eſſe, quod lex Moſaica eas exſolvi præcipiat. Itaque res divinæ dicuntur, quod eas unius Dei benignitati, non cujusquam hominis munificentiæ, acceptas referamus: Sacræ vero & ſpirituales, quod hujusmodi oblationes Deo præcipue conſecrentur, & animæ ſpirituique noſtro maxime exiſtimentur conferre. Reliquæ autem poſſeſſiones, quas non a DEO, ſed ab hominibus accepit eccleſia, prophanæ omnique religione puræ habentur, ideoque temporales vulgo appellatæ ſunt. Nam quæ divina ſunt & ſpiritualia, eadem perpetua eſſe & nunquam interitura creduntur, cetera omnia caduca, fluxa & temporaria. Hinc ea videtur fluxiſſe appellatio. Sed, ut ingenue dicam, quod ſentio, divina & ſacra aliquanto rectius & ſignificantius appellari poſſe mihi videntur, quæ ſpiritualia vocant, ut incommode ſic efferatur diviſio: bonorum eccleſiaſticorum quædam divina ſacraque ſunt, alia humana & prophana. Hujus ergo diviſionis, quam juris pontificii conſulti probant, fundamentum eſt lex Moſaica, de quo, quid ſentiendum ſit, viderint alii. Videlicet non auſus eſt ſententiam ſuam apertius dicere, ne videlicet irritaret Clerum Pontificium. Auſus tamen eſt Zieglerus rejicere illud fundamentum ex Lege Moſaica petitum. *Sed quæ ipſa,* inquit, (*in notis hic*) *niſi morale quid contineat, nullam inter Chriſtianos obligandi vim habet.* T.

Quid Zieglerus.

(9) Inconvenientia & fucus hujus diſtinctionis adhuc clarius patefcit ex commentario gloſſæ *ad h. l. In conſequentiam tamen,* inquit, *bene comparatæ gratia ſpiritus, cum ſpiritualia ſine temporalibus ſubſiſtere non poſſint 1. q. 3. cap. ſi quis objecerit. Et infra de reb. Eccl. alien. in prin. Et propterea non dixit ſimpliciter hujusmodi res comparatas cauſa corporis & non ſpiritus, ſed non tam, &c. qu. dict. quod & ſpiritui deſerviunt, licet principaliter*

Res temporales etiam eſſe ſpirituales ſecundum Canoniſtas.

uſu ſunt comparatæ: ut ſunt, prædia, domus, & fructus decimales. (10)

Res ſpirituales ſunt aut incorporales aut corporales: & corporales dividuntur in Sacramenta, in res ſacras, ſanctas & religioſas.

§. 2. Rurſus ſpiritualium quædam ſunt incorporales, quædam vero corporales. (11) Incorporales ſunt, quæ neque tangi, neque ſenſu corporeo percipi poſſunt: quales ſunt virtutes, & dona Dei, (12) aut quæ in jure conſiſtunt. (13) Corporales ſunt, quæ tangi & huma-

---

& immediate corpori. Vides ergo, Canoniſtis etiam temporales res eſſe ſpirituales, adeoque nos abſque calumnia ſupra not ſſe, ſpirituales res eſſe omnes, quaſcunque Clerus Pontificius velit, jubeat, mandet, eſſe ſpirituales. T.

Decimas eſſe etiam res ſpirituales. (10) Sed nec hic ſibi conſtant Canoniſtæ. Duarenus in loco modo deſcripto, decimas ſpiritualibus rebus ex mente eorum accenſet. Imo ipſe Lancelottus *infra tit. 26. pr.* ſtatuit, decimas mediam quandam, inter ſpirituales res & temporales, naturam obtinere. Ubi plura adnotabimus. T.

ad §. 2.

Nova contradictio. (11) Nova contradictio. Si ſpirituales, ergo non corporales; ſi corporales, ergo non ſpirituales. T.

Res vere ſpirituales. (12) Virtutes non morales ſed ſupranaturales fides, ſpes, charitas, dona vero miraculoſa ſpiritus ſancti. Has res, ex illis quæ hic proponuntur, ſolas vere & mere ſpirituales eſſe, agnoſcimus. Sed harum gratia ut mox videbimus, non ſcriptum eſt jus Canonicum. T.

Fraudes Canoniſtarum ominium rerum quæ in jure conſiſtunt. (13) Res quæ in jure conſiſtunt ſunt quidem res incorporales, ſed propterea tamen non ſunt ſpirituales. Ergo hic iterum Canoniſtæ miſcuerunt res incorporales, in ſenſu juridico, cum rebus incorporalibus id eſt ſpiritualibus, in ſenſu Eccleſiaſtico. Etiam ethnici ex doctrina Stoicorum jura quæcunque dixerunt eſſe res incorporales,

humanis ſenſibus (14) percipi poſſunt. Harum autem quædam ſunt Sacramenta, (15) quædam ſacræ ſunt, & ſan-

rales, ut vel ex inſtitutionibus Caji *lib. 2. tit. 1.* conſtat. Sed hæ omnes non erunt, credo, Canoniſtis res ſpirituales, niſi forte iis etiam ſervitus cloacæ res ſpiritualis ſit. Ergo ſi non fucum facere Laicis voluiſſent, debuiſſent clarius demonſtrare, quænam ex illis, quæ in jure conſiſtunt, aut quænam jura demum habeant pro rebus ſpiritualibus, T.

(14) Sed ſi res vere ſpirituales tangi aut ſenſibus percipi poſſunt, falſa eſt doctrina Pauli, quod animalis (& ſenſualis) homo non percipiat ea, quæ ſunt ſpiritus Dei; Imo ſi res quæ tangi poſſunt, admittas eſſe ſpirituales, omnis differentia inter res ſpirituales, & corporales ſublata eſt. T. *Nova objectio.*

(15) Si ſacramentum eſt forma viſibilis, gratiæ inviſibilis, uti Lancelottus id definit *tit. ſeq.* tunc verum quidem eſt, ſacramentum eſſe rem corporalem, ſed falſum eſt, hoc intuitu ſacramentum eſſe rem ſpiritualem. Cum enim ſacramentum conſtet ex re terrena & cœleſti, & forma viſibilis ſit res terrena, ut aqua in baptiſmo, panis & vinum in cœna Domini, (conf. Hutteri Compendium *loco 19. q. 6.*) forma hæc viſibilis & corporalis eſt quid temporale. *Nam quæ cernuntur,* inquit Paulus *II. ad Corinth. IV. v. 18. temporalia ſunt.* Temporalia autem non ſunt ſpiritualia per dicta § *præced. in fine.* Si vero gratia inviſibilis, cujus ſignum eſt forma viſibilis, eſt ſacramentum, tunc falſum eſt, ſacramentum eſſe rem corporalem, quia inviſibilia, ſenſu corporeo, percipi nequeunt, ut ipſe Lancelottus modo confeſſus eſt. Si ſacramentum dicitur totum id quod conſtat ex re terrena, ſeu viſibili & inviſibili, ſeu ſpirituali, & tamen res inviſibilis eſt pars potior illius totius, cur totum illud non potius retulerunt ad res incorporales, quam corporales, cum à potiori fieri debeat denominatio. Nihil ergo hic reſtat pro canoniſtis, quam ut dicant, captivandam eſſe à Laicis rationem rectam & credenda eſſe contradictoria. T. *Nova objectio de Sacramentis.*

(16)

ſanctæ, quædam religioſæ.(16) Videamus igitur nunc de ſpiritualibus: & quidem incorporales, cum de his tam ſupra oportunis locis loquuti fuerimus, quam etiam infra ſuo tempore dicturi ſimus, ſpecialem tractatum

Arcana politica ſub rebus ſacris, ſanctis & religioſis latentia.

(16) Cum arcana Politica papalia, ſub harum rerum pſeudo ſpiritualium diviſione latentia, detexerim alibi, videlicet *in diſſertatione de natura bonorum ſecularisſatorum* §. 2. & 3 placet ibi dicta his notis inſerere, omiſſis tamen citationibus & aliis obſervationibus ibi textui per modum ſcholiorum ſubjectis. Scilicet variæ technæ & fraudes ſacerdotum gentilium fuerunt, quibus divinitatem ſibi conciliare, & apud populum opinionem infallibilitatis exciture allaborarunt, ut ita non ſolum domini in conſcientias, ſed & in ipſorum corpora & bona evaderent. Rem ab ovo deducere aut ſingula arcana recenſere hujus loci non eſt. Pertinet tamen ad ea perſuaſio, quod res Diis dicatæ, ſint nullius hominis ſed extra commercium. Unde diviſio rerum divini juris in res ſacras, religioſas & ſanctas, quarum illæ Diis ſuperis, iſtæ Diis inferis, hæ Semi-Deis & Heroibus, regulariter dedicabantur. Sub rebus vero ſacris comprehendebantur non ſolum templa, & quæ ad cultum divinum immediate ſunt deſtinata, ſed etiam, quæ ad ſuſtentationem miniſtrorum Eccleſiæ pertinent, & bona Eccleſiaſtica dici ſolent. Ex hac vero hypotheſi ſua ſponte ſequebatur, quod res tales non poſſint alienari, aut, ſi alienarentur, ad alios uſus pios divini cultus deberent adhiberi. Unde etiam non defuerunt unquam obſervationes de juſto judicio divino contra eos, qui res divini juris, etiam hoſtiles, in profanos, id eſt, non divinos uſus verterent. Proderat hoc arcanum ſacerdotibus gentilium, ut ſemper quidem acquirere ipſis liceret, nunquam vero perdere aliquid ex bonis ſuis poſſent, quod privilegium à juribus reliqui totius humani generis plane eſt diverſum, utpote ubi acquiſitiones & alienationes rerum ſunt in motu perpetuo. Cæterum cum hæc ſententia prima fronte ſatis pia videretur, uti regulariter arcana ſacerdotum talia ſunt, non mirandum, quod eadem decipi ſe paſſi fuerint Patres Eccleſiæ alias optimi

ctatum minime exigunt (17) itaque tractemus jam de corporalibus, ac primum de Sacramentis, de ſacris, ſanctis,

mi & de propaganda vera pietate maxime ſolliciti. Accedebat, quod iis temporibus viverent, quibus barbaries jam invaſerat imperium Romanum, & ſtudia moralia ac politica tantum non exularent. At vero ſic occaſio data Clero Pontificio, ut arcana ſacerdotum Ethnicorum ſua facerent, ac iisdem modis quærerent dominium in bona, corpora & animos Laicorum. Hinc templa dedicata Deo & ſanctis, item muri & portæ civitatis. Cum vero Deos inferos non haberent Chriſtiani, & inconveniens eſſet, diabolo dedicare ſepulchra, novo invento contra mores Gentium & dictamen rectæ rationis, ſepulchra ad acceſſoria templi relata, & ita res divini juris facta ſunt. At vero cum res divini juris ſint res nullius, ſua ſponte iterum ſequebatur, bona ſacra & Eccleſiaſtica alienari non poſſe, quod diligenter in jure Canonico omni tempore inculcatum eſt, & doctrinæ Patrum, eam in rem facientes, tanquam veritates plane divinæ canonizatæ ſunt. Hactenus verba citatæ diſſertationis. T.

(17) Falſa & inanis excuſatio, nam de rebus incorporalibus vere ſpiritualibus puta de fide, ſpe, charitate, de donis ſpiritus ſancti, de rebus cœleſtibus ſacramentorum, quorum ſigna ſunt terrena, nusquam tractatur in jure Canonico, imo iſtæ res ad res ſpirituales juris Canonici pertinere negantur, ut v. g. *tit. ſeq.* §. *8.* in verbis: *Sine fide ſpiritualis poteſtas exerceri poteſt.* De juribus quidem Eccleſiaſticis actum fuit & agetur in ſequentibus v. g. de jure patronatus, de juribus beneficiorum, de jure decimandi. Sed hæc jura vel ideo, quia ſunt temporalia, ex hypotheſi ipſius Juris Canonici, non poſſunt eſſe ſpiritualia. Ergo ſtipes ſit & truncus, qui non ſentiat & palpet, Canoniſtas habere in ore quidem ubique ſpiritualia, ſed eos tamen totos intentos eſſe ſolis corporalibus ac temporalibus & eorum annexis. Unde adhuc miror, hoc ſimetum juris Canonici hactenus à noſtratibus tantum non intactum fuiſſe relictum, imo ſordes non paucas exinde à noſtratibus fuiſſe repetitas. T.

Jus Canonicum non curat ſpiritualia, quamvis de iis ſemper loquatur.

Ggg g *TIT.*

ctis,& religioſis,conſequenter etiam loquuturi: ac demum de rebus temporalibus, atque illarum adminiſtratione.

DE SACRAMENTIS.

TITULUS II.

Quid ſit Sacramentum.

§. I.

a) can. ſacrificium de conſecr. diſt. 2.

SAcramentum, (a) eſt inviſibilis gratiæ viſibilis forma,(18) ita quod ejus ſimilitudinem gerens & cauſa exiſtat. (19)

Sa-

TIT. II.

ad §. I.

Objectio contra definitionem ſacramenti.

(18) Verum, quia etiam matrimonium dicunt eſſe Sacramentum, & materiam illius ſingunt eſſe verba conſenſum contrahentium exprimentia, quæ erit ibi forma viſibilis? & ſi per gratiam intelligi debet gratuita reconciliatio, remiſſio peccatorum, & acceptatio ad vitam æternam, quomodo talem conferri dicemus in matrimonio contrahentibus, & in ordinatione ordinatis? Z.

Pontificiorum variatio circa definitionem ſacramenti. Hujus variationis ratio & intereſſe.

(19) Paulisper expendamus, quomodo definitionem ſacramenti tractent Pontificii, an ſcilicet (quod dicitur) lapis ad regulam conformetur, an vero plumbea regula ad lapidem inflectatur. Apud Auguſtinum aliquot extant deſcriptiones, quæ non tam rei definitiones, quam vocabuli explicationes ſunt: ut quod ſacramentum ſit ſacræ rei ſignum: item inviſibilis gratiæ viſibilis forma. Sed hæ deſcriptiones valde late patent: plura enim quam ſeptem illa ſigna complectuntur, ſicut ipſi Pontificii fatentur. Variis igitur artificiis quæſitæ fuerunt tales limitationes definitionis ſacramenti, ut ſinus ejus redderetur nec anguſtior, nec latior numero ſeptenario: ſed ita concinnaretur, ut ſeptem illa quæ volebant eſſe ſacramenta, intra complexum ſuum reciperet. Ex Gregorio, c. Multi ſecularium: ſumſerunt hanc

Sacramentorum quædam neceſſaria ſunt, quædam voluntaria.

§. 2. Sacramentorum ſumma diviſio hæc eſt, b) quod

b) can im- miſſionem §. ſed no-

---

hanc definitionem: Sacramentum eſt, per quod ſub tegumento rerum viſibilium, divina virtus ſecretius ſalutem operatur. Sed hæc videbatur ad numerum ſeptenarium non ſatis eſſe accommodata, quomodo enim juxta hanc definitionem Matrimonium erit ſacramentum? Fabricatæ igitur ſunt duæ aliæ. Altera eſt Hugonis: Sacramentum eſt corporale vel materiale elementum foris ſenſibiliter propoſitum, ex ſimilitudine repræſentans, ex inſtitutione ſignificans, ex ſanctificatione continens aliquam inviſibilem & ſpiritualem gratiam. Altera eſt Lombardi: Sacramentum eſt inviſibilis gratiæ viſibilis forma: ita ut ipſius ſimilitudinem gerat & ejus cauſa exiſtat. Sed & in his definitionibus non pauca deſiderarunt. Quia enim docent, in Euchariſtia annihilata ſubſtantia, tantum accidentia panis & vini remanere: viderunt, Hugonis definitionem non ſatis convenire, quod ſacramentum ſit materiale & corporale elementum. Item, quia in Matrimonio materiam ſacramenti fingunt eſſe verba conſenſum contrahentium exprimentia: vident nec Hugonis materiale elementum, nec Lombardi viſibilem formam, ſacramentis accommodata eſſe. Item, ſi per gratiam intelligatur gratuita reconciliatio, remiſſio peccatorum, & acceptatio ad vitam æternam, vident quæri poſſe de gratia quæ in matrimonio contrahentibus,& in ordinatione ordinatis conferatur. Etſi enim Richardus diſputat, etiam per iſtos ritus conferri gratiam gratum facientem, reliqui tamen agnoſcunt, hoc ſubſiſtere non poſſe. Scotus igitur definitionem ita transformavit: Sacramentum eſt ſignum ſenſibile, ſive ſit viſibile, ſive audibile, gratiam, vel Dei effectum gratuitum, ex inſtitutione divina, efficaciter ſignificans, ordinatum ad ſalutem hominis viatoris. Sed & in hac definitione quoſdam offenderunt particulæ de inſtitutione divina, & quod ſacramenta ſint ordinata ad ſalutem. Occam igitur aliam ſubſtituit: Sacramentum eſt ſignum, ſignificans efficaciter effectum Dei gratuitum. Ecquid jam,

Digitized by Google

tandum 1. quod aut ſunt neceſſaria, aut voluntaria. (20) Neceſſa-
q. 1. *gl.* 1. *c.* ria ſunt, quæ ſine interitu ſalutis æternæ prætermitti
veniens. &
extr. de *tranſactio.*

optime lector, tibi videtur? Num firmæ, fortes, & invictæ ſunt demonſtrationes, quando hoc modo definitiones transformantur, refunduntur & inflectuntur, donec propoſito noſtro, quod ſine documentis intelligendum præſumſimus, congruant? Idem certe eſt, ac ſi architectus æquabilitatem ædificii demonſtrare vellet, & non lapides ad regulam accommodaret, ſed e contra regulam ad lapides transformaret & inflecteret. Non igitur vim habet certæ & firmæ demonſtrationis, quando ex hujusmodi definitionibus ſeptenarius ſacramentorum numerus probatur. Et tamen qualescunque ſunt illæ definitiones, multum faciunt negotii ſcholaſticis, ut terminos & limites ſacramentariæ provinciæ, in regno Pontificio defendant. Si enim ſignum ſignificans effectum Dei gratuitum efficaciter, eſt ſacramentum: quomodo non erunt ſacramenta, benedictio Monachorum, aqua benedicta, roſa benedicta, enſis benedictus, agnus Dei, benedictio herbarum, campanarum, imaginum, inunctio regalis, conſecratio templi, cœmiterii, altaris, &c. Illa enim fiunt certis conſecrationibus, & finguntur habere ſpirituales effectus. Aliquid quidem reſpondent ſcholaſtici, alius aliud; ſed tamen nec ſe ipſos expediunt, nec lectoribus ſatisfaciunt. Niſi quod Gabrielis ingenuitas probatur, qui dicit aquam benedictam non eſſe ſacramentum, quia deſit divina inſtitutio. Sed hac ratione etiam ex ſeptenario numero non pauca corruent. Quales igitur ſint Pontificiorum definitiones in hac materia, manifeſtum eſt. Ita adverſus Pontificios diſſerit Martinus Chemnitius *in Exam. Decret. Concil. Trident. Part.* 2. *p. m.* 13. *ſeq.* ubi plura etiam annotavit quæ pertinent ad varium ſignificatum vocis ſacramenti. T.

Ambiguitas vocis ſacramenti. (20) Duo hic tractantur, primo de numero Sacramentorum, deinde de eorum neceſſitate. Illud quidem implicite & quaſi aliud agendo; hoc determinate magis. Quod primum illud concernit, liberandum ante omnia eſt vocabulum *Sacramenti* ab æquivocatione.
Apud

& contemni non poſſunt: ut ſunt, *c*) Baptiſmus, *d*) Con-

c) *c. nulla præter diſt. 4. de conſecr.*

d) *c.nullus miniſtrorum ibid.*

Apud profanos Scriptores ſignificat illud (1) pignus à litigantibus depoſitum ea lege, ut victor ſuum auferret, victi vero portio accreſceret ærario, uti id explicat Varro *l. 4. de ling. lat. circa fin.* Vid. Pythæus *l. 1. adverſ. c. 18.* (2) juramentum ſeu obligationem numinis & religionis interpoſitu confirmatam, in ſpecie vero Sacramentum militare, Veget. *l. 2. c. 5.* Frontin. *l. 4. ſtratag. c. 1.* Iſidor. *l. 9. orig. c. 3.* Briſſon. *l. 4. de form.* (3) adhuc aliam ſignificationem innuit Feſtus quando docet, *Sacramenti nomine id æs dici cœptum eſſe, quod & propter ærarii inopiam & ſacrorum publicorum multitudinem conſumebatur in rebus divinis.* In Scripturis vulgatus Interpres, ubi Græci habent μυςήριον, ipſe reddit Sacramentum; in Novo Teſt. ſæpe retinuit quidem vocem Græcam μυςήριον, alicubi tamen reddit Sacramentum, *Epheſ. I. 9. III. 3. Col. I. 27.* Hac igitur ratione, ſi myſterium & Sacramentum latinis æquivalere dicamus, omnes V. T. typi & figuræ myſteria & Sacramenta dici potuerunt. Atque hoc ſenſu Sacramenti vocabulo uſi ſunt Patres, & Auguſtinus imprimis, ut quævis ſigna rem ſacram denotantia, ſive à DEO mandata, ſive à Viris Eccleſiaſticis excogitata, Sacramenti nomine indigitarent. *Nimis longum eſt*, ait Auguſtinus *Epiſt. 5. ad Marcellin. convenienter diſputare de varietate ſignorum, quæ cum ad res divinas pertinent, Sacramenta appellantur.* Unde ipſe ſignum crucis, *in Pſalm. 141.* panem Euchariſtiæ vicarium, quem accipiebant Catechumeni *l. 2. de pecc. mer. & remiſſ. c. 26.* omnia quæ agebantur circa catechumenos, exorciſmos, orationes, cantica ſpiritualia, inſufflatinones &c. *l. 4. de ſymb. ad catech. c. 1.* ſacramenti nomine dignatur. In ſenſu vero proprio Sacramentum ſignificat actionem à DEO inſtitutam, in qua per externum aliquod materiale & viſibile ſignum cum cœleſti re unitum & juxta inſtitutionem divinam tractatum promiſſio gratiæ de remiſſione peccatorum, quæ iſto ſigno veſtita quaſi eſt, offertur, & ſingulis, qui fide Sacramentis utuntur, exhibetur, applicatur & obſigna-

In ſcripturâ non extat.

Patres quî nomine ſacramenti appellaverint.

Definitio ſacramenti in ſenſu proprio.

e) c. non poteſt de poenit. Confirmatio, *e)* Pœnitentia, *f)* Euchariſtia, *g)* extrema

diſt. 1. f) c. omn. Chriſt. de conſ. diſt. 1. g) c. 1. 26. q. 7.

gnatur. In hoc ſenſu de numero ſacramentorum N. T. disquiritur, num ſc. duo tantum, uti volunt orthodoxi, à Chriſto inſtituta ſint, an vero præter illa adhuc alia quinque, uti dicunt Canoniſtæ & Pontificii communiter. Quia autem Pontificii negare nequeunt, baptismum & cœnam dominicam eſſe vere & proprie dicta ſacramenta, potiſſimum argumentum ex proprietatibus & prædicatis eorum eſſentialibus peti debet, quæ ſc. illis, quatenus Sacramentis, competunt, & ſecundum ea comparatio ad reliqua, quæ Sacramenti ſpeciem referre poſſunt, inſtituenda eſt. Nam ſi Sacramenta ſunt, neceſſario in Sacramentalibus rationibus & proprietatibus cum baptiſmo & Euchariſtia convenient. Quibus ergo non competit eſſentia baptiſmo & Euchariſtiæ proxime communis, illa non poſſunt eſſe Sacramenta Novi T. propriiſſime, i. e. eo dicta modo, quo baptiſmus & Euchariſtia ſunt Sacramenta. Illud enim commune, in quo per ſe & proxime conveniunt ſpecies, eſt generica ſpecierum natura, ut docet Philoſophus in methodo venandi eſſentialia prædicata, *2. poſt. anal. c. 14.* Videamus jam, quid ſit illud, in quo per ſe & proxime conveniunt baptismus & Cœna Domini, ut ita genericam eorum naturam eruere, & reliquis applicare queamus. Illa itaque (1) ſunt inſtituta in N. T. & quidem (2) ab ipſo Salvatore Chriſto, (3) eo modo, ut ſenſibilia quædam ſigna ſive elementa ſenſibili & viſibili ritu tractentur, quæ tamen (4) per verbum inſtitutionis certum atque expreſſum res cœleſtes, quæ illis unitæ ſunt, & ſimul exhibentur, diſpenſent, (5) cum adjuncta promiſſione quod DEUS per ea velit efficax eſſe & bona cœleſtia vel conferre vel collata obſignare, & quidem (6) in ſpecie & reſpectu ſingulorum, quod ipſis illis, qui Sacramentis ſecundum inſtitutionem utuntur, præſto eſſe debeat gratia divina, illisque applicari & obſignari. Quibus accedit (7) quod ita inſtituta non habitura ſint ſinem aut amiſſura ſuam efficaciam usque ad conſummationem ſeculi. Omnes hæ proprietates in baptiſmo & Euchariſtia ratione Sacramenti inveniuntur.

Baptiſmus & Cœna Domini vera ſacramenta.

ma Unctio: quæ omnia ad particularem cujuſque profectum ſunt principaliter inſtituta. Voluntaria ſunt, quæ

untur. Ubi igitur harum una aut plures defuerint, ibi negandum eſt eſſe tale Sacramentum, quale eſt baptiſmus & Euchariſtia. Examinabimus nunc illa quinque, quæ Pontificii ſine ullo vel Scripturæ vel antiquitatis ſuffragio obtrudunt, & quidem eo ordine, quo ea recenſet autor. Primum ſe offert *Confirmatio*, ſed quæ inſtituto, verbo, & promiſſionibus divinis & omnibus adeo requiſitis ſacramentalibus caret. *Sine præjudicio*, inquit Alexander Alenſis *part. 4. qu. 24. memb. 1. dicendum, quod neque Dominus hoc Sacramentum inſtituit, neque diſpenſavit, neque Apoſtoli, ſed inſtitutum eſt in Concilio Meldenſi.* Sequitur *pœnitentia*, ſive abſolutio, quæ quidem, qua generales promiſſiones ſingulis applicantur, mandatum habet & promiſſionem, ſed deficit in externo elemento, ſigno, & ritu divinitus inſtituto. *Unctio extrema*, quod tertium eſt Sacramentum Pontificiorum, a Chriſto inſtituta non eſt, uti ipſi fatentur Pontificii Hugo de S. Victore *lib. 2. de Sacram. c. 2.* Magiſter *4. Diſt. 23.* B. Alenſis *part. 4. q. 8. memb. 2. art. 1.* Altiſiodorenſis *l. 4 ſum. tract. 7. c. 1.* *Ordo* ſive ordinatio mandatum habet, habet etiam promiſſionem, quod DEUS largiri velit dona & vires obeundo huic muneri neceſſarias & quod per id efficax velit eſſe ad ſalutem omni credenti. Verum non habet ex mandato divino ſignum quoddam externum, externis ritibus adhibendum; neque habet promiſſionem de ſalute ordinati, ſed potius cum ipſe eſſe poſſit reprobus, de efficacia miniſterii ejus in aliis. *Matrimonium* denique, quintum Pontificiorum Sacramentum deficit in requiſitis illis, quod non ſit in novo demum Teſtamento inſtitutum, quod non habet externum aliquod Symbolum ſeu elementum cum re divina unitum; quod non habeat promiſſionem gratiæ ſalvificæ, nec eam ſingulis matrimonium contrahentibus applicet. Stricte itaque & proprie accepto vocabulo Sacramenti, duo tantum erunt Sacramenta, baptiſmus & Euchariſtia. Late autem

Reliqua quinque ſacramenta Pontificiorum ſunt ſpuria.

Digitized by Google

quæ ſine ſalutis diſpendio, pro cujusque arbitrio recipi

autem ſi accipiatur, uti quandoque accipiā S. Patribus ſolet, & ordinatio, & abſolutio, & ipſum denique matrimonium eo nomine inſigniri poſſunt. Cæterum ſeptenarium Sacramentorum numerum etiam ſuſpectum facit ejus novitas. Nam 1100. & ultra annis à nato Chriſto altum de eo fuit ſilentium in Eccleſia, & tempore Hugonis de S. Victore Carthuſiani Pariſienſis, qui floruit anno Chriſti 1130. ac Petri Lombardi demum ex Sorbona in Eccleſiam invectus eſt. Unde & ipſe Lombardus cum alias ex Patribus ſua probare ſoleat, de numero ſeptenario Sacramentorum ne unam quidem veterum ſententiam allegat, certiſſimo argumento, quod veteris Eccleſiæ conſenſu plane fuerit deſtitutus. Et ingenue Vazquez, *quod ſeptem ſint Sacramenta,* inquit *patrum teſtimoniis confirmare ſupervacaneum eſt, quia nullus de eorum numero quicquam ſpeciatim definivit.* Manet ergo, non ſeptem, ſed duo tantum vere & proprie dicta eſſe Sacramenta, reliqua autem non niſi late ita dici, & non eſſe talia qualia ſunt baptiſmus & cœna dominica. Quod ſecundum attinet, quo diſtinguuntur ab autore Sacramenta in neceſſaria & voluntaria facile ex hactenus dictis colligere licet, eam diſtinctionem plane nullam & omni fundamento deſtitutam eſſe, nec enim ſi ordo ſacer & matrimonium ſacramenta eſſe negantur, ullum remanebit Sacramentum voluntarium, & ſic altera ſpecies plane deficiet. Quin & in ipſo concilio Tridentino multum hac de re fuit diſputatum, cumque ad neceſſitatem omnium Sacramentorum infringendam allegata fuiſſet incompatibilitas ordinis & matrimonii, damnata nihilominus fuit ſimpliciter iſta propoſitio, qua Sacramenta non eſſe neceſſaria dictum fuerat, Pet. Suav. *in hiſtor. Concil. Trid. lib. 2.* De ipſis tamen veris Sacramentis baptiſmi & cœnæ dominicæ adhuc diſquiritur, quatenus ea neceſſaria ſunt. Dicimus, neceſſaria ea eſſe tum neceſſitate præcepti, tum neceſſitate medii, non tamen parem eorum neceſſitatem eſſe, cum neceſſitate, quæ eſt fidei & verbi. Diſtinguimus tamen inter contemptum Sacramentorum & privationem eorum. Sine fide nemo poteſt ſalvari, & ſine verbo non poteſt eſſe fides modo ordi-

Novitas numeri ſeptenarii.

Diſtinctio inutilis inter neceſſaria & voluntaria.

Baptiſmus & Eucharistia quatenus neceſſaria.

pi poſſunt, & refutari: qualia ſunt, *h)* Ordo ſacer, & *i)* Matrimonium: (21) & hæc ad totius eccleſiæ profe-ctum

h) c. ubi iſta 74. diſt.

i) c. ubi non eſt 30. q. 2.

ordinario. Si tamen quis ex audito verbo habeat veram fidem in Chriſtum, & ipſi non concedatur facultas, ut poſſit Sacramentis juxta divinam inſtitutionem uti, in tali certe caſu non eſt ſtatuenda præciſa neceſſitas Sacramentorum ad ſalutem, ut propterea ſalus denegetur illis, quibus non datur facultas utendi ſacramentis, licet fide in verbo apprehendant Chriſtum mediatorem. Z.

Chemnitii doctrina contra ſeptenarium ſacramentorum numerum.

(21) Quemadmodum Chemnitii doctrina de Sacramentis in loco paulo ante citato fuſius illuſtrabit ea, quæ Zieglerus diſſeruit in nota præcedente, ita potiſſimum merentur, ut hic legantur integra verba, quibus novitatem doctrinæ de ſeptenario Sacramentorum numero & inſufficientiam rationum pro demonſtrando hoc numero à Pontificiis allatarum, demonſtrat. *Operæ pretium eſt*, inquit *p. 5. obſervare, quod apud veteres ſcriptores nullæ extant vel diſputationes, vel probationes de ſeptenario Sacramentorum numero: ſed tempore Hugonis & Lombardi ex Sorbona, in Eccleſiam invecta eſt hac opinio, quod nec plura nec pauciora ſint in novo teſtamento ſacramenta, quam ſeptem. Et Lombardus quidem cum alias ex Patribus ſua probare ſoleat, de ſeptenario ſacramentorum numero, ne unam quidem veterum ſententiam allegat: Scholaſtici vero ſcriptores, quia argumentis & rationibus tantum non diſſluunt, ſeptenarium etiam ſacramentorum numerum argumentis & rationibus probare & confirmare, ſerio laborabant. Dignum eſt autem perpetua memoria, ad omnem poſteritatem propaganda, quibus rationibus & argumentis, ſeptenarius ſacramentorum numerus à ſcholaſticis in Eccleſiam invectus, & ex quibus fundamentis receptus fuerit. Compendium theologiæ ex ſcholaſticorum ſententia, rationes, quod nec plura nec pauciora ſint ſacramenta in novo teſtamento, quam ſeptem, has reddit: Septem, inquit, ſunt Sacramenta ſecundum ſeptem diverſitates hominum in Eccleſia.*

Primum eſt intrantium, ut Baptiſmus: ſecundum pugnantium, ut confirmatio: tertium vices reſumentium ut Euchariſtia: quartum reſurgentium, ut Pænitentia: quintum exeuntium, ut extrema unctio: ſextum miniſtrantium, ut ordo: ſeptimum, novos milites introducentium, ut matrimonium. Item, Sacramenta, inquit, ſunt ſeptem, quia diſponunt ad ſeptem virtutes habendas. Nam Baptiſmus eſt Sacramentum fidei. Confirmatio, ſpei. Euchariſtia, charitatis. Pænitentia, juſtitiæ. Extrema unctio, perſeverantiæ ſeu fortitudinis. Ordo, prudentiæ. Matrimonium, temperantiæ. Alia etiam, inquit, eſt ratio numeri Sacramentorum. Ordinantur enim contra ſeptem morbos ſpirituales, ſcilicet triplicem culpam, & contra quadruplicem pœnam. Baptiſmus contra peccatum originale, Pænitentia, contra mortale, extrema unctio, contra veniale, Ordo, contra ignorantiam, Euchariſtia, contra malitiam, Confirmatio, contra impotentiam, Matrimonium, contra concupiſcentiam. Aſſignat etiam hanc rationem numeri ſeptenarii, quod juxta rationem Medicinæ corporalis, quædam Sacramenta ſunt curativa, quædam conſervativa, quædam præſervativa, quædam meliorativa. Sed quis non videt, quam infirmæ, imo quam futiles ſint hæ rationes ad rem tantam comprobandam. Si enim hæc ſunt documenta & firmamenta cauſæ: ex ſimilibus imo ex iiſdem rationibus nullo negotio, vel plura, vel pauciora, quam ſeptem demonſtrari poſſunt Sacramenta: & propter illas ipſas rationes ſi ad demonſtrationem hujus rei valent, & ſufficiunt, neceſſe erit & ſub lege Moyſis, & ante promulgationem legis, nec plura nec pauciora, quam ſeptem fuiſſe Sacramenta. Neque enim in novo primum teſtamento cœperunt eſſe ſeptem virtutes, & ſeptem morbi ſpirituales. Ejuſdem futilitatis ſunt reliquæ etiam rationes: ideo eſſe ſeptem Sacramenta novæ legis, quia ſeptem ſunt ſigilla libri, Apocalyp 5. Item ſeptem ſunt tubæ Angelorum, Apocal. 8. Septem ſunt ſtellæ in dextera ejus, qui ſimilis eſt filio hominis, & ſeptem ſunt candelabra, Apoc. 1. Septem panibus ſatiavit turbam Matth. 15. Septem oculi ſuper lapidem Zach. 3. Septem lucernæ in tabernaculo, Exod. 37. Sed ex hoc fundamento,

ejus-

Digitized by Google

ejusdem conſequentiæ vigore D. Brentius ex aliis numeris in ſcriptura poſitis, colligit eſſe & pauciora & multo plura Sacramenta. Nec ſane video, ut conſequentia argumentationis, in aliis etiam numeris in ſcriptura annotatis, valere non debeat, niſi forſan arbitrentur, ſe hoc acumine retundere poſſe vim illius conſequentiæ, quod Apo. 1. Ubi mentio fit ſeptem ſtellarum, interpres utitur vocabulo ſacramenti. Quidni igitur firma ſit demonſtratio ſeptem eſſe ſacramenta, quia in illo loco, ubi uſurpatur vocabulum Sacramenti, ponitur numerus ſeptenarius, hæc enim ſunt verba: Sacramentum ſeptem ſtellarum, quæ ſunt Angeli ſeptem Eccleſiarum? Ego vero locum ipſis oſtendam, unde multo magis proprie & luculenter, ex eadem ſcilicet copia demonſtrari poſſit ſeptenarius numerus Sacramentorum Eccleſiæ Pontificiæ. De meretrice enim Babylonica, hoc eſt, de Antichriſto, Angelus ita loquitur, Apocal. 17. Ego dicam tibi Sacramentum mulieris & beſtiæ, quæ portat eam, quæ habet capita ſeptem, quæ ſunt ſeptem montes, ſuper quos mulier ſedet. Audis ibi utrumque, & vocabulum Sacramenti, & numerum ſeptenarium. Tota enim pictura illius capitis non male convenit. Intelligenti ſatis. Hactenus Chemnitius. Quod vero Proteſtantes Sacramentum aliter definiant quam Pontificii ne ab his accuſentur, quod logomachiam cum ipſis inſtituerint, eos ſequenti modo excuſat *p. 14. Sed inquiunt, ſe eadem libertate etiam noſtras recentes anguſtiores definitiones non recipere. Quo igitur nos vertemus, quomodo, & ex quibus fundamentis demonſtrabimus, quæ ſint vere & proprie Sacramenta novi teſtamenti. Reſpondeo: Non dimicabimus definitionibus, vel hujus vel illius, vel veteribus, vel recentioribus, ſed ſumemus fundamentum quod extra controverſiam & in confeſſionem eſt apud omnes. Baptiſmus enim & Eucharistia, omnium confeſſione vere & proprie ſunt ſacramenta. Inde igitur colligemus, quæ tanquam ſubſtantialia requirantur, ut aliquid vere & proprie ſit ſacramentum novi teſtamenti, hæc enim erit ſimpliciſſima & certiſſima demonſtratio. Ut igitur aliquid ſit vere & proprie ſacramentum novi teſtamenti, ſicut eſt Baptiſmus & Euchariſtia requiritur 1. ut habeat externum aliquid materiale ſeu corporale,*

(Egregius locus contra Pontificiorum doctrinam de ſacramentis)

Et pro binario proteſtantium.

ctum & ſubſidium principaliter pertinent. (22)

§. 3.

le, & viſibile elementum ſeu ſignum, quod certo externo ritu tractetur, exhibeatur & uſurpetur. II. Ut elementum ſeu ſignum illud, & certùs ejus ritus habeat expreſſum mandatum divinum, ſeu inſtitutionem divinam. III, Ut inſtitutum & mandatum ſit in novo teſtamento. IV. Ut non ad tempus inſtitutum ſit, ſed usque ad conſummationem ſeculi, ſicut de Baptiſmo ſcriptum eſt. Et donec ſilius Dei redeat ad judicium, ſicut de Euchariſtia Paulus inquit. Et hæc requiruntur ad elementum ſeu ſignum ſacramenti in novo teſtamento. V. Requiritur ad Sacramentum promiſſio divina, de gratia, effectu ſeu fructu Sacramenti. VI. Illam promisſionem oportet non ſimpliciter, nude, per ſe tantum habere teſtimonium in verbo Dei, ſed oportet eam divina ordinatione annexam eſſe ſigno Sacramenti, & eo quaſi veſtitam eſſe. VII. Promisſionem illam oportet eſſe non de quibusvis donis Dei ſive corporalibus ſive ſpiritualibus, ſed promisſionem gratiæ ſeu juſtificationis, hoc eſt gratuitæ reconciliationis, remisſionis peccatorum, & in ſumma de toto beneficio redemtionis. VIII. Et illa promiſſio in Sacramentis, non in genere tantum vel ſignificatur, vel annuntiatur, ſed virtute Dei offertur, exhibebetur, applicatur & obſignatur etiam ſingulis, qui fide Sacramentis utuntur. Hæc verà, manifeſta, certa & firma ſunt. Poſtea ſecundum hæc requiſita oſtendit ſolum baptiſmum & cœnam Domini eſſe vera Sacramenta, & monſtrat, quæ jam ex iſtis requiſitis deficiant in reliquis quinque ſacramentis Pontificiorum. T.

Objectio de matrimonio (22) I. Sed de matrimonio id non videtur, niſi dicere velis, illud ideo ad totius Eccleſiæ profectum facere, quia novi per illud Eccleſiæ generantur cives. At nego, fieri illud per matrimonium. Carnalis enim generatio facit quidem ad eſſe hominis, ſed non ad eſſe Chriſtiani. Z.

Reſponſio. II. Non videtur Zieglerus percepiſſe mentem Lanceloti. Dum enim dicit: *Hæc* (ordo ſacer & Matrimonium) *ad totius Eccleſiæ profectum,*

Digitized by Google

Neceſſariorum Sacramentorum quædam deſerviunt ad ingreſſum Eccleſiæ, quædam ad progreſſum in eccleſia, quædam ad egreſſum ab eccleſia.

§. 3. Et rurſus neceſſariorum quædam (k) ad ingreſſum eccleſiæ ſunt comparata, ut Baptiſmus; quædam (l) ad progreſſum in Eccleſia, ut Confirmatio, Pœnitentia, Euchariſtia: quædam (m) ad egreſſum ab Eccleſia; ut poſtrema Vnctio. (23)

k) c. nulla præter de conſ. d. 4.
l) c. ſpiritus ſancti de conſecr. d. 5.
m) c. ab infirmis 26. q. 7.

Secunda diſtinctio Sacramentorum, quod quædam characterem imprimunt, quæ iterari non poſſunt: quædam non imprimunt, quæ iterationem admittunt.

§. 4. Rurſus Sacramentorum quædam characterem imprimunt, (24) quædam vero non. Quæ chara-

---

fectum & ſubſidium principaliter pertinent; Zieglerus intellexit, acſi de utroque conjunctim profectum & ſubſidium prædicaſſet, cum tamen potius disjunctim profectum de ordine ſacro, ſubſidium de matrimonio videatur dicere voluiſſe.

ad §. 3.

(23) Quia unctio extrema plane non eſt Sacramentum, ſed merum figmentum humanum, etiam hæc concidit diſtinctio. Et poteſt tum Euchariſtia, tum baptiſmus in articulo mortis conferri & celebrari, ut ita ingreſſus & egreſſus nullo fere temporis articulo diſcerni queant. Z,

Objectio contra hanc diviſionem.

ad §. 4.

(24) I. Characterem ita definit Gabriel Biel infimæ ætatis Scholaſticus *in IV. diſt. 6. q. 2. art. 1. notab. 3.* quod ſit *ſignum ſpirituale à Deo ſolo animæ impreſſum in ſuſceptione initerabilis Sacramenti manens indelebiliter de lege communi.* At paulo poſt concluſione prima ſubjungit, *Characterem eſſe ponendum eo modo, quo definitus eſt, nec ratio neceſſaria demonſtrat, nec evidens auctoritas probat.* Item: *Omnia quæ attribuuntur characteri, puta ſignifi-*

Ineptiæ Ceniſtarum de charactere.

Hhh h 3 *care,*

care, configurare, diſtinguere, diſponere, rememorari, obligare, æque ſolvuntur ſine charactere, ſicut cum charactere. Omnia enim operatur ſacramentum ipſum ſine charactere. Et iterum *artic. 3. dub. 5. Omnia de charactere dicta pro magna parte voluntaria ſunt, & modica ratione fulcita.* Similia inveniuntur apud Scotum 4. *Sentent. d. 4. q. 9.* Durandum de S. Portiano 4. *ſent. diſt. 4. q 1.* cujus ſententiam vix à noſtra diſtingui docet Bellarminus *l. 2. de Sacram. c. 19 prop. 2.* Et ingenue confitetur Joh. Altenſtaig in *Lexic. Theol. vocab. Character. neque auctoritates S. Scripturæ, neque ſanctorum Patrum originalia cogunt ponere characterem ad hunc intellectum, in quo accipitur a recentioribus Doctoribus, nec experientia probat characterem eſſe &c.* Gabr. Vaſquez *in 3. diſp. 143. c. 1.* poſt allegata quædam Scripturæ loca, fatetur, catholicam veritatem his teſtimoniis non niti, ſed traditione, & hæc loca varie à patribus accipi. Sed & miſere porro inter ſe digladiantur Pontificii, ad quamnam rerum claſſem character ille referri debeat. Durandus *4. diſt 4. q. 1.* docet, non eſſe niſi ens rationis ſive reſpectum rationis. Scotus. *4. diſt. 6. q 10.* cenſet, eſſe rationem realem. Richardus *4. diſt. 5. art. 2. q. 1.* eſſe reductive qualitatem, quæ ad triplicem ejus ſpeciem, primam, tertiam, & quartam pertineat. Alenſis *p. 4. q. 19. memb. 1 art. 2.* & Bonaventura *4. diſt. 6. a 1. q. 1.* non niſi in prima collocant. Marſilius 4. *q. 4. art. 1. concl. 7. in quarta*, Thomas *3. q 63. art. 2.* in ſecunda, & hanc ſententiam approbant Soto, Cajetanus & Valentia. Sed Suarezio videtur difficillima, propterea ipſe facit cum Alenſi & Bonaventura. Bellarminus abſolute qualitatem eſſe dicit, de reliquis difficultatibus nihil ſollicitus. Atque hinc propter multiplices ejusmodi opiniones valde dubii fuerunt ipſi Patres in concilio Tridentino, referente Petro Suav. *in hiſt. lib.* 2. Sed referant, quo velint, nos inter figmenta habemus, & febricitantis cerebri partus prodigioſos. Z.

II. Gemina cum præcedentibus habet Chemnitius *Exam. Concil. Trident. Part. 2. Can. 9. p. 45. ſeq.* niſi quod fuſius rem tractet. T.

racterem imprimunt, (25) iterari(26)non poſſunt:(n) ut Baptiſmus,(27) Confirmatio, Ordo ſacer. Cætera vero, quæ characterem nullum imprimunt,iterari minime prohibentur: ut Euchariſtia,Unctio,Pœnitentia, Matrimonium.

n) vid. Tit. de ſacram. non iter. Gl in c. licite 32. q. 7.

Sacramenta conſtant elemento & verbo.

§ 5. Conſtant autem Sacramenta elemento & verbo. (o) Elementum hic accipimus,quicquid ſub viſibili natura, inviſibilem gratiam(28) deſignat & continet.

o) c. detrahe 1. q. 1.

---

(25) Fecit initerabilitas baptiſmi apud quosdam Scholaſticos, ut characterem ſtatuerent, tanquam illius fundamentum, ſed oſtenſum fuit à Gabriele & Scoto, id neceſſe non eſſe, partim ideo, quia de initerabilitate conſtet aliunde, ſcil. ex inſtitutione divina, per quam iſta iteratio non fuerit ordinata, partim quia minus evidens ſit character ipſe, quam initerabilitas baptiſmi cum initerabilitas ab inſtitutionis baptiſmi tempore fuerit certa, character vero ne hodie quidem evidenter certus ſit. Z.

Inepta ratio, cur character fundamentum initerabilitatis.

(26) Iſte character eſt cerebrinum figmentum ſcholaſticorum, qui de illius natura & conditione mire digladiantur; ut videre eſt apud Becanum *c. 4. de Sac. q. 2. & 3.* Et irreiterabilitas Baptiſmi aliunde eſt arceſſenda; cum Circumciſio ſub V. T. non potuerit reiterari, neque tamen juxta Becanum characterem inuſſerit. M. *p. 172.*

Inſtantia de circumciſione.

(27) De hoc themate ex Hiſtoria Eccleſiaſtica accurate agit Celeberr. Dn. Ziegler. *ſpeciali diſert. de Baptiſm. non iterand. ed. Witteberg. Anno 1661. S. p. 308.*

ad §. 5.

(28) Diſputatum fuit in Concilio Tridentino, quomodo continerent gratiam Sacramenta. Dominicani virtutem inſtrumentalem ac effectivam Sacramentis tribuebant, ex ſententia Thomæ ejusque ſequacium: Franciſcani vero illam denegarunt, & nullam vim Sacramen-

Pontificiorum obſcura. Noſtrorum perſpicua doctrina de

Digitized by Google

tinet. Verba ſunt, (29) quæ formæ viſibilis efficaciam exprimunt: ergo accedente verbo ad elementum, ſacramentum fiet.

Non

---

gratiæ collatione per Sacramenta. mentis ineſſe putarunt, ſed aſſiſtere tantum illis divinam virtutem ad producendum gratiæ effectum, Scotum, Bonaventuram, Durandum & alios ſecuti. Priores Phyſice agere & operari voluerunt Sacramenta, Poſteriores vero moraliter ea agere dixerunt. Patres in dubio reliquerunt rem & nudis verbis ac vocibus conferendi, continendi, dandi &c. abſque determinatione cauſæ controverſæ rem propoſuerunt. Et in his canonibus ſtudioſe abſtinuiſſe Patres a vocabulo inſtrumenti, cauſæ, virtutis, efficientiæ &c. memorat Eſthius *in l. 4. ſentent. diſt. 1. §. 5, f. 5.* addiditque, apparere inde, prudenter Patres hanc quæſtionem diſſimulaſſe, ac definire noluiſſe. Breviter dicimus: Sacramenta ſunt organa ſive inſtrumenta ex parte DEI, quibus DEUS gratiam ſuam offert, confert & applicat. Dupliciter tamen ſe habet ratio inſtrumentalis in Sacramentis: primo, quatenus fidem, qua juſtificamur, & alia chariſmata inhærentia efficiunt, confirmant & augent in nobis; deinde, quatenus rem juſtificam & ſalvificam, juſtitiam ſc. Chriſti offerunt & applicant. Priori modo operantia organa ſunt, & propinqua cauſa regenerationis & renovationis. Poſteriori vero dantia ſunt organa juſtificationis & ſalvationis. Quatenus enim per ea juſtificamur, eatenus nihil operantur vel efficiunt, ſed tantummodo offerunt & ſi fide apprehendatur, conſervant & poſtea obſignant. Quatenus vero per ea regenerantur, eatenus operantur & efficiunt aliquid in homine, & non tantum per illa Spiritus vires confert ſupernaturales ad credendum & obediendum, ſed etiam cætera omnia in ſpiritualibus nobis neceſſaria præſtat, excitando & inſtigando ad earum uſum. Z.

Triplex verbum in ſacramentis. (29) Signa Sacramentorum triplici verbo ſunt veſtita: 1. verbo mandati, 2, verbo inſtitutionis, & 3. verbo promiſſionis. Primum pertinet ad cauſam efficientem, ſecundum ad eſſentiam Sacramentorum, tertium ad fidem. Z.

(30)

Non eccleſia, ſed Chriſtus inſtituit Sacramenta, quæ tamen dicuntur Eccleſiæ, quia illa per ea ſanctificatur, & illa miniſtrat.

§. 6. Illud quoque ſcire nos oportet, quod non eccleſia, ſed ipſo Domino inſtituente, (30) Sacramentis utimur: ſed tamen ideo Eccleſiæ Sacramenta nuncupamus, tum quod per ea ſanctificata, & cæleſti ſponſo matrimonii fœdere conjuncta ſit: tum, quod illorum diſpenſatio ejus credita ſit miniſterio.

Etiam malus miniſter, & hæreticus poteſt miniſtrare ſacramenta.

§. 7. Ergo p) qui baptizat, qui abſolvit, & in ſingulis Sacramentis divinitus operatur, Dominus eſt: miniſtri vero eccleſiæ in conficiendis ſacris myſteriis, vel di-

p) *can aliud eſt, & can. ſeq. de conſecr. diſt. 4.*

ad §. 6.

(30) I. Bene! Ubi autem & quando confirmationem & unctionem extremam inſtituit Dominus? Z. *Objectio.*

II. Sed cur non etiam objecit idem Zieglerus de pœnitentia, ordine ſacro, & matrimonio, cum tamen & hæc tria non agnoſcamus eſſe Sacramenta. Scilicet non confundendæ ſunt duæ propoſitiones. Una eſt: *Omne Sacramentum debet eſſe à Deo inſtitutum.* Quæ propoſitio & vera eſt, & hic à Lancelotto ſupponitur, contra quem adeo ad hominem hic recte diſputat Zieglerus. Altera eſt: *Quicquid eſt a Deo inſtitutum, eſt Sacramentum.* Quæ nec à Lancelotto hic ſupponitur nec vera eſt, ſed inſuper requiritur, ut Deus inſtituerit, ut eſſet Sacramentum. Juſſit Deus & Chriſtus pænitentiam, inſtituit Deus in veteri teſtamento ordinem ſacerdotalem; inſtituit miniſterium verbi in novo teſtamento Salvator Chriſtus; inſtituit Deus in creatione hominis matrimonium, ſed non inſtituit ut eſſent ſacramenta. T. *Declaratio objectionis.*

diſpenſandis, præter nudum miniſterium nihil ſibi vendicare valent, cum non propriam, ſed ejus qui Sacramenta inſtituit, perſonam referant, nec ulla ex ipſis ſanctificandi virtus (31) manet. Unde, quanquam eos inculpatos eſſe deceat, ſi tamen mali ſint, vel a Catholica communione ſejuncti, (32) nihilominus & conficere ſacramenta, & diſpenſare poterunt: veluti enim per lapideos canales ad areolas aqua transfunditur, & ſolis radii per loca fœtidiſsima tranſeuntes, nulla contactus maculatione contaminantur: ſic multo magis Sacramenta nulla miniſtri fœditate commaculantur. (33)

§. 8.

ad §. 7.

Declaratio.

(31) Ipſum tamen miniſterium eſt cauſa inſtrumentalis ſive medium, per quod DEUS in nobis efficaciter accendit & confirmat fidem, & propter & per illud miniſterium ſibi impoſitum ipſi etiam precones Evangelii & diſpenſatores Sacramentorum ad Chriſti fidem nos perducere dicuntur. Vid. *1. Cor. 3. 9. Rom. 15 18. 1. Cor. 3. 5.* adeoque etiam miniſter Eccleſiæ ſuo modo, h. e. per modum cauſæ inſtrumentalis & influxu morali influit in converſionem hominis, ut & ipſe convertere, & ſalvos facere auditores ſuos non male dicatur. Z.

Alia declaratio.

(32) Recte. Hæretici enim non ſuum vel à ſeſe excogitatum, ſed DEI, atque ab ipſo Chriſto inſtitutum Sacramentum adminiſtrant, illudque non minus legitimum in ſuo cœtu habere poſſunt, licet non legitime, quia injuſti ejus ſunt uſurpatores, & profeſſores. Itaque licet ipſi veraces non ſint, id tamen quod dant, verum eſt, cum non dent ſuum, ſed DEI. Nolumus tamen hic intelligere eos hæreticos, qui in ſubſtantialia Sacramentorum impingunt & ſive materiam eorum ſive formam nefario auſu corrumpunt. Tales enim legitimum Sacramentum non habent. Z.

Inconſtans doctrina Caſiſtarum de commacula-

(33) At temporibus Divi Thomæ, dicunt Moraliſtæ, non fuiſſe licitum, à publico e. g. & notorio concubinario Sacramenta accipere, & ſi quis accepiſſet, gratiam Sacramenti eum conſecutum non fuiſſe,

Spiritualis poteſtas exerceri ſine fide poteſt, ſed non ſine intentione eccleſiæ.

§. 8. Hoc tamen ſic intelligi oportet, ſi tales miniſtri intentionem eccleſiæ concordem habeant. (34) Cæte-

iſſe. Ergo ex iſtius temporis doctrina colligere licet, commaculari potuiſſe per miniſtri fœditatem Sacramenta, quod falſum eſſe, ex ante dictis conſtat. Hodie, quod ſine peccato à notorio concubinario accipi poſſint Sacramenta, acceptum referunt Moraliſtæ declarationi Martini V. Papæ. Vid. Thom. Hurtado *tr. I. reſol. 25.* Quaſi vero in Pontificis poteſtate ſit decernere, ut non commaculentur Sacramenta, quæ commaculata eſſe credidit ex ipſorum ſententia & decrevit ætas anterior. Aut enim vere commaculantur Sacramenta per fœditatem Sacerdotum, aut non commaculantur. Si prius, decernere contrarium nequit Pontifex, ſi poſterius, erravit tota Eccleſia temporibus Divi Thomæ & antiquioribus, quæ id, ut refert Hurtado *d. l.* credidit. Z.

tione ſacramenti per fœdos miniſtros.

ad. §. 8.

(34) Neceſſe utique eſt, ut accedat intentio aliqua e g. baptizantis, ut baptizans in animo habeat, non vulgari modo abluere, ſed ita, quemadmodum ritu illo externo ac in ſenſus incurrente fieri ſolet in Eccleſia, ſive ut vel habitualiter duntaxat intendat, animoque conſtitutum habeat, eundem actum ſaltem quatenus externum & ſenſibilem, præſtare, quem in eo Sacramento exercere ſolent Chriſtiani. Quia etiam certi ritus & actus obſervandi ſunt, omnino ad eos præſtandos attendere aliquo modo oportet Miniſterium Eccleſiæ, ne vel ſubſtituantur alii ritus, qui non mandati ſunt, vel negligantur ac intermittantur, qui præcepti ſunt, vel eorum ordo pervertatur. Et talis intentio externum iſtum ſacrum ritum peragendi ab actione ipſa, quando peragitur, ſeparari, atque à baptizante miniſtro ſubtrahi haudquaquam poteſt. Licet enim aliquis per conſuetudinem & frequens horum actuum exercitium, adeo adſueviſſet ritui huic ſacro, ut in ani-

Quatenus miniſtri intentio in adminiſtratione ſacramenti requiratur.

Cæterum ſi aliud agere intendant q) puta ſacris illudere myſteriis, (35) vel aliud, quod eccleſiæ non conſentiat, nihil agitur: r) ſine fide enim ſpiritualis poteſtas exerceri quidem poteſt, ſine eccleſiæ intentione non poteſt. His circa Sacramenta generaliter cognitis, exordiamur nunc de ſingulis etiam ſpecialiter dicere: & quia baptiſmus fundamentum s) eſt & janua cæterorum, merito ab eo principium ſumamus.

q) c. ſicut ficti. c. quod quidam 1. q. 2. r) c. ſolet etiam quæri & ibi Gl. de Conſ. diſt. 4.

DE

s) c. veniens. de presb. non baptiz.

mo, id quod geritur non volvat, ſed aliud quid; non tamen omnis intentio ſimpliciter abeſſe poteſt. Infantes enim baptiſmo capiendo oblati, ipſe locus, adſtantes patrini, & cœtus, & circumſtantiæ aliæ actionem hanc ita veſtiunt ac determinant, ut peragens ſua incogitantia menteque ad aliud verſa, rei, quam actu præſtat, intentionem, qualis hic requiritur & non niſi ad externum ſacrum actum refertur, non valeat eripere aut intervertere. Et fatentur ipſi pontificii, non requiri intentionem, quæ reſpiciat effectum ſpiritualem baptiſmi, ſed tantum intentionem externum iſtum ſacrum ritum peragendi, neque actualem præciſe, ſed ſaltem habitualem, ut illud agat ex habitu, licet animus & cogitationes alibi verſentur. Id tamen aſſerere neutiquam licet, tum ab intentione miniſtri conferentis Sacramentum & ſecundum inſtitutionem Chriſti agere volentis, tum ab æſtimatione ipſius actionis & fide ac aſſenſu verborum in mente conficientis Sacramenta & conferentis, pendere efficaciam Sacramentorum & ita eſſe in miniſtro virtutem quandam, quæ ad efficientiam Sacramentalem concurrat, ut abſque ejus intentione & devotione actio iſta, de cætero ſecundum inſtitutionem Chriſti compoſita & inſtituta, plane irrita ſit, & ſuſcipiens fructum capere exinde nequeat. Quia enim tota Sacramenta & ſunt & pendent ab operatione Chriſti, ſubverti & inefficacia reddi, nuda miniſtri intentione, non poſſunt. Z.

Quid ſit illudere myſteriis. (35) Baptiſmus mimicus, ut & irrationalis verborum ſacramentalium pronunciatio, qualem picæ aut pſittaco tribuit Bellarminus *l. 1. de*

DE BAPTISMO, ET EIUS EFFECTU.

TITULUS III.

Baptiſmus operatur animæ ablutionem, & in locum circumciſionis eſt inſtitutus.

§. 1.

BAptiſmus a) eſt ablutio corporis exterior, quæ adhibita certa verborum forma, interiorem animæ ablutionem deſignat: & operatur. Veluti enim circumciſio in populo b) Dei, in fidei juſtitiæque ſignaculum (36) inſtituta, ad ſignificationem (37) purgationis ori-

a) *gl. 1. in ſum. de conſecr. diſt. 4.*
b) *can. ex quo diſt. 4. de conſecr.*

---

de Sacram. c. 27. non eſt verum ſacramentum, ſed requiritur, ut peculiaris inſtituatur actio, & quidem illa actio, quam Chriſtus inſtituit. Z.

TIT. III.

ad §. 1.

(36) Differunt ſignum & σφραγὶς ſive ſignaculum. Illud ad ſubſtantiam, hoc ad uſum refertur. Illud rem inviſibilem exhibet, hoc vero peccatorum remiſſionem obſignat. Z.

Signum & ſignaculum.

(37) Si ſignaculum eſt, non ſignificat tantum, ſed alium etiam effectum habet. Sed enim Pontificiorum ſententia hæc eſt, Sacramenta V. T. fuiſſe tantum ſigna earum rerum, quæ Sacramentis noſtris efficiendæ eſſent, uti habetur in Cathechiſmo Romano *c. de Sacram.* Sic & Concilium Florentinum hanc dedit Armenis inſtructionem; *Antiquæ legis Sacramenta non cauſabant gratiam, ſed ſolum eam per paſſionem Chriſti dandam figurabant, ſed noſtra & continent gratiam & ipſam conferunt.* Præterea ſtatuunt ac docent, in Sacramentis V. T. fidem ac devotionem, ceu actum obedientiæ fuiſſe requiſitum, cujus virtute & ita per modum meriti fideles tunc non tam per Sacramenta, quam in uſu Sacramentorum acciperent

Differentia inter ſacramenta V. & N. Teſtamenti.

originalis veteriſque peccati parvulis valebat: ſic & baptiſmus ad hominis (38) innovationem (39) valere cœpit.

Licet

gratiam, Greg. de Val. *T. 4. in diſp. 3. q. 3.* Noſtræ vero Eccleſiæ docent ac confitentur, Veteris Teſtamenti Sacramentis N. T in eo convenire, quod fuerint media & organa quibus mediantibus beneficia Evangelica à DEO oblata & collata fuerint. Non diffitemur tamen illuſtre inter Veteris & Novi Teſtamenti Sacramenta diſcrimen eſſe illudque conſiſtere dicimus 1. in ipſis ritibus externis. Aliis enim ritibus juxta Auguſtinum res annunciari debuerunt completæ, aliis res adhuc complendæ prænunciari. 2 In modificatione objecti promiſſi. Sacramenta enim V. T. etſi exhibebant virtutem incarnationis & redemtionis Chriſti, tamen non ipſum Chriſtum exhibebant, ſed præfigurabant & prænunciabant venturum. Non enim tantum media exhibendi gratiam erant, ſed etiam typi ac umbræ Meſſiæ, N. T. Sacramenta vero, quia non typi ac umbræ ſunt, ideo cum virtute etiam ipſum Chriſtum & redemtionem factam offerunt atque exhibent, 3. In gradu revelationis. Sicut enim modus revelationis in N. T. illuſtrior eſt, lux fidei major & menſura gratiæ uberior; ita etiam per Sacramenta N. T. gratia Chriſti luculentius, plenius, perfectius & uberius omnino diſpenſata eſt credentibus Z.

Baptiſmus campanarum apud Pontificios.

(38) Invenit tamen Papiſmus etiam baptiſmum campanarum. De quo ita docet Henricus Lincke *de juribus Templorum cap. 8. §. 34. ſeq.* Receptis campanis poſtmodum quoque ipſarum benedictio introducta fuit, ut nomine quodam impoſito Deo conſecrentur, qui ritus Johanni XIII. Pontifici adſcribitur. De eo ſiquidem refertur, quod primariam Lateranenſis Eccleſiæ Campanam ritibus ſacris adhibitis Deo conſecrarit, ipſique Johannis nomen indiderit. Qua occaſione campanas ſolenni ritu luſtrandas, vel, ut vulgo loqui amant, baptizandas ſequioris ævi ſuperſtitio duxit, quod enim Baptiſmus Campanarum in Papatu uſitatus ſit, ex Martin. de Arles *in tract. de*

Digitized by Google

de ſuperſtit.n.9.& 14. confirmat B. Gerh. *in loc. de Bapt.* §. *166.* Bellarm. quidem *lib.4 de Rom. Pontif. c.12.* & Joh. Baptiſt. Caſal. *cit. loc.* negant hunc baptiſmum. Hinc Caſal. dicit: *Errore vulgi dicuntur baptizari Campanæ, cum benedictionem ac nomen ab Epiſcopo accipiunt.* Et Bellarminus ſequentia tradit: *Hæretici aut rem ipſam vel nomen Baptiſmi Campanarum reprehendunt. Si rem, aperte decipiuntur, non enim Campanæ revera baptizantur, ſed ſolum benedicuntur & dedicantur divino cultui eo modo, quo templa, altaria, calices & alia ſacra vaſa &c.* Sed ipſa res teſtatur, quod longiorem apparatum, ambitioſiorem pompam, ceremonias plures, majoris momenti præcones, honoratiores miniſtros ad baptiſmum Campanarum, quam ad infantum requirant, unde Bellarmin. *d. l.* fatetur: *Nomen baptiſmi non quidem à Pontificibus, ſed à vulgo Campanarum benedictioni imponi, quia vident eas aſpergi, nominibus inſigniri, ablui, ungi, exorcizari.* Quapropter Maximilianus I. Romanorum Imperator & Status S. R. I. in centum gravaminibus coram Legato Pontificio in Comitiis Noribergæ *Anno 1522.* propoſitis pie & prudenter de Campanarum baptiſmo conqueruntur his verbis *Suffraganei excogitaverunt, ut ſolum ipſi & nullus alius Sacerdos Laicus campanas baptizent. Credunt deinde ſimpliciores, ita affirmantibus ſuffraganeis, tales campanas baptizatas pellere Dæmones & tempeſtates. Quapropter innumeri plerumque adhibentur compatres, præcipue vero qui fortuna pollent, exorantur, qui baptizationis tempore funem, quo campana religata eſt, tangunt, ac ſuffraganeo præcinente* (quemadmodum in parvulorum baptizatione fieri ſolet) *omnes pariter reſpondent ac campana nomen ingeminant, veſteque nova* (quemadmodum & Chriſtianis fieri ſolet) *Campana induitur, inde ad ſumtuoſa properatur convivia, quibus præcipue compatres, ut eo largius munera offerant, adhibentur, nec non ſuffraganei & eorum Capellani cum multis aliis miniſtris regaliter paſcuntur. Nec hoc ſatis eſt, ſed & ſuffraganeo mercedem perſolvere neceſſe eſt, quam illi munuſculum vocare ſolent: inde evenit, ut aliquando etiam in parvis villis centum floreni in tali abſumantur & expendantur baptiza-*

ptizatione, quæ res non ſolum ſuperſtitioſa, ſed etiam Chriſtianæ religioni contraria, ac ſimpliciorum ſeductio & mera eſt exactio: Veruntamen Epiſcopi, ut ſuffraganeos vel viliſſimos obærare poſſint mercede, talia & adhuc abſurdiora tolerant. Res itaque tam nefanda & illicita merito aboleri debet. Ceterum, ſi conducere vocatur, ut campanæ conſecrentur, (ita enim ſuffraganei baptizationem appellant, quoties à prudentioribus de hac re interpellantur) *conveniens erit, ut talis conſecratio per unumquemque fiat ſacerdotum, quemadmodum cum aqua benedicta, ſale, herbis & ſimilibus fieri ſolet, idque absque pretio & expenſa Laicorum, ne populus ſimplex ita ſeducatur & damno afficiatur, nec non avaritiæ deteſtandæ præſumtio evitetur.* Hæc Cæſar & Imperii ordines. Congemina de Baptiſmo campanarum tradit Wierus *lib. 1. de præſtig. Dæmon. c. 9.* & ex eo Joh. Wolf. *lection. memorab. cent. 16.* hanc campanarum baptizationem cit. Joh. XIII. tribuunt. Aſſignatur quoque campanis hoc modo baptizatis ſingularis quædam virtus & efficacia ad expulſionem omnis Diaboli inſultus, ad fuganda tonitrua & fulmina; ad ſalutem defunctarum animarum. Quinimo tum ſanctæ habentur, ut ſi Eccleſia vel populus aliquis ſub anathemate ſit, ſignum illis dari magnum ſit piaculum, ut a Bonif. VIII. *in cap. alma mater 24. §. adjicimus de ſentent. Excomm. in 6.* & Gregor. IX. *in c. permittimus 57. X. de ſentent. excomm.* ſtatutum. Ritus in baptizatione illa adhibendos, quo nimirum modo campanam circumeant, aqua S. & ſale conſpergant, eluant, inungant, ſacris innotent crucibus, ſuavi odore excipiant, quas quoque preces pro excitanda in fidelibus ad ſacra vel ad ſolennes preces convocandis devotione profundant, qui noſſe voluerit, Pontificale Romanum *Anno 1520. Venet. editum evolvat, ubi l. 2. de benedict. Camp.* latiſſime deſcribuntur, verba refert B. Gerhard. *in loc. de Baptiſm.* § 166. Hactenus Linckius. Plura collegit honoratiſſimus Collega Ludovici *in diſp. de eo quod juſtum eſt circa campanas c. 1. §. 14. ſeq.* ubi formulam §. 19. refert literarum invitatoriarum ad ſuſceptionem munus compatris in baptiſmo campanarum. Adde Giſbertum Voet. *Polit. Eccleſ. Part. 1. lib. 4. p. 895.* ubi ex Pontificali Romano ritus bapti-

baptizandi campanas ſequentem in modum deſcribit: *Signum vel campana benedicenda: debent benedici, antequam ponuntur in campanili: hoc ordine. In primis debet campana ipſa ita ſuſpendi & ſituari, ut commode poſſit intus & extra tangi, tractari, & circuiri; deinde prope ipſam campanam benedicendam, paratur Pontifici faldiſtorium. Vas aquæ benedicendæ. Aſperſorium. Vas cum ſale. Linteamunda ad extergendam campanam, quando opus erit. Vas olei ſancti infirmorum, ſanctum chrisma, Thymiama, Thus, mirra, & thuribulum cum igne. Diaconus etiam accipit amictum, albas, cingulum, manipulum, ſtolam & dalmaticam albi coloris. Quibus ordinatis, Pontifex in ſacriſtia, aut alio convenienti loco paratus amictu, alba, cingulo, ſtola, pluviali albi coloris, & mitra ſimplici, baculum paſtoralem manu geſtans, venit prope campanam: ubi ſedens ſuper faldiſtorium ibidem ſibi paratum, dicit cum miniſtris Pſalmos ſequentes: videlicet &c.* Et ſic intermixtis lectionibus, cantibus, & benedictionum atque exorciſmorum formulis, totum hunc ritum abſolvit Epiſcopus 1. benedicendo ſal & aquam. 2. mittendo ſal in aquam. 3. campanam intus & extra lavando, eamque poſtea extergendo. 4. Faciendo ſignum crucis ſuper campanam ab extra, cum pollice intincto in oleo infirmorum. 5. Hanc crucem à ſe factam abſtergendo linteo mundo. 6. faciendo ſeptem cruces ſuper campanam exterius de oleo infirmorum; & quatuor cruces ſuper campanam interius de ſacro chriſmate. 7. Thuribulum cum thure & myrrha ſupponendo campanæ, ut totum fumum recipiat. 8. Oſculando librum Evangeliorum & producendo ſignum crucis ſuper campanam. Prout hæc omnia in Pontificali cit. deſcribuntur. Idem Voëtius *ibidem p. 902 ſeq.* latius defendit Proteſtantes adverſus Pontificios, qui illos propter hanc imputationem criminis falſi & calumniæ reos eſſe voluerunt. T.

Ritus baptizandi campanas.

(39) Certum eſt fuiſſe olim hæreticos non tantum, ſed & Catholicos, qui mortuis Baptiſmum conferebant; idque vel immediate cadavera tingendo, vel mediate, viventem aliquem loco mortui baptizando, quod latius probat Voet. *Part. 1. lib. 2. p. 645.* & adverſus Albaſpinæum, fœdiſſimum hunc errorem ex ſimplicitate & errore

Baptiſmus mortuorum.

Kkk k popu-

Licet in baptiſmo plena contingat peccatorum remiſſio, non tamen contingit plena novitas.

c) *c. non ex quo 146. d. diſt. 4.*

§. 2. Non tamen ex quo quisque baptizatus, ſtatim etiam in eo omnis vetus infirmitas abſumitur, c) ſed renovatio ad remiſſionem peccatorum incipit, & ad intelligentiam & operationem ſpiritualium: cætera vero ſunt in ſpe, donec re compleantur, quod erit in reſurrectionis tempore. Quamvis ergo in baptiſmate plena fiat peccatorum remiſſio, non propterea plena novitas & mutatio contingit.

Cura baptizandi ad ſolos ſacerdotes ſpectat, ſed ex cauſa neceſſitatis quilibet poteſt baptizare.

d) *can. conſtat. d. conſecr. diſt. 4.*

§. 3. Baptizandi d) autem cura ad ſolos ſacerdotes pertinet, ejusque miniſterium nec ipſis diaconis (40) explere permittitur absque epiſcopo vel presbytero: niſi his procul abſentibus, ultima languoris cogat neceſſitas: (41) quo caſu & laicis fidelibus, (42) atque ipſis

---

populari ortum dicentis, defendit, quod etiam Presbyteri & Clerici ab hac ſuperſtitone non fuerint immunes ex concil. Carthagin. *can. 18. Item placuit, ut corporibus defunctorum euchariſtia non detur* &c. *& ne jam mortuos homines baptizari faciat Presbyterorum ignorantia.* T.

ad §. 3.

Remiſſio. (40) Hac de re jam ſupra dictum *ad lib. 1. nota 316. p. 285. ſeq.* T.

Neceſſitas baptiſmi non eſt abſoluta. (41) I Abſolutæ illi neceſſitati, nec favet Chriſtus *Joh. III. 5.* ubi non agit de baptiſmo externo, ſed de regeneratione, & reclamat Auguſtinus *can. Baptiſmi vicem diſt. 4. de Conſec.* exemplo Latronis ſervati ſine baptiſmo, & quoties *myſterium baptiſmi non contemtus religionis, ſed articulus neceſſitatis excludit.* Hinc Ambro-

broſius Valentinianum juniorem cælo locat, etſi catechumenus obiisſet; *orat. de ejus ob.* Videatur & Bernardi *ep. 77. quæ eſt ad Hugonem.* Quid quod *cap. Apoſtolicam, extra. de Presbyt. non bapt.* definitur ab Innocentio III. hoc ipſo Valentiniani ex Ambroſio exemplo in argumentum prolato *omiſſionem baptismi non nocere credenti probabiliter ſe eſſe baptizatum.* M. *p. 175.*

II. Huc pertinent tres obſervationes Basnagii *Hiſt. Eccleſ. lib. XI. cap. 3 p. 613. ſeq. Prima:* Eccleſiam ſeu Patres Seculi quarti, non agnoviſſe neceſſitatem abſolutam Baptiſmatis, quaſi infantes vel etiam adulti non baptizati damnarentur, ſed potius veroſimile eſſe, illam doctrinam de abſoluta neceſſitate baptiſmi demum ortam eſſe in Africa, poſt hæreſin Pelagii, quia ipſe Auguſtinus, antequam in hac controverſia incaluerat, credebat, non ſolum defectum baptiſmi ſuppleri per martyrium, ſed & confeſſionem cordis & fidem ſufficere, ſi quis baptizari non poſſet. (Ubi ſimul reſpondet ad objectionem ex aliqua viſione à Macario adducta.) *Secunda:* Quod etiamſi in quarto ſeculo baptismus non creditus fuerit abſolute & ſub pœna damnationis neceſſarius, non tamen omiſſus ſit baptiſmus infantum æque ac adultorum (Qua de re plura adducemus *infra ad* §. 7.) *Tertia:* Baptiſmum infantum potiſſimum fuiſſe univerſaliter receptum ob peccatum originale. In effectu enim Eccleſiam contuliſſe baptiſmum in remiſſionem peccatorum; infantes autem nondum commiſiſſe peccata actualia, ergo collatum fuiſſe ob remiſſionem peccati originalis &c. T.

Patrum Seculi quarti doctrina de baptiſmi neceſſitate ex Basnagio.

(42) Atque hos, quia tum Sacerdotis partes agunt, neque bigamos eſſe, neque tales, qui poſt baptiſmum acceptum pœnitentiam exſolverint, voluit olim Concilium Eliberinum *can. 38.* uti eum explicat Gabriel Albaſpinæus *in not.* Sed de autoritate ejus concilii adhuc diſceptatur inter ipſos Pontificios, uti videre eſt apud Franciſc. Long. à Coriolano in *ſumm.* & dubius de ea adhuc videtur Baronius *an. 57. n. 119. & 122.* Z.

Baptiſmus laicorum.

Digitized by Google

e) can. mulier. d. diſt. 4. de conſecr.

ipſis (43) mulieribus e) baptizare permittitur: (44) Pres-

Baptiſmus mulierum.

(43) I. Sicuti in caſu neceſſitatis & ubi Viri, qui præſtent, deſunt, fœminis munus docendi aliquando obire licet, ita etiam iisdem in pari caſu baptiſmi miniſtrationem haudquaquam derogare poſſumus. In eo tamen errant Moraliſtæ hodierni, quod à mulieribus baptizatos deinceps ab miniſtris Eccleſiæ denuo baptizari velint ſub conditione. Vid. Paul. Laymann *in Theol. moral. lib. 5. tr. 2. c. 5. n. 3.* Z.

Contra baptiſmum laicorum & mulierum.

II. Nulla neceſſitas id magis exigit à Laico, quam ut miſſam celebret: quod enim *munus ſacerdotum proprium* eſt, ut hic dicitur, non poteſt à Laico exerceri, ex *l. Culpa non caret, ff de R. I.* Saltem muliebre baptiſma frequentiſſimum in Papatu, expreſſe damnatur ex Conc. Cartag. IV. *can. Mulier. diſt. 4.* M. *p. 174.*

Momentum controverſiæ.

III. Confer contra baptiſmum parentum & mulierum Voëtium *Polit. Eccleſ. Part. I. l. 2. p. 631. & 644.* Dn. Böhmerus *diſſert. 10. ad Tertull.* oſtendit §. 4. *ſeq.* olim omnes fideles ab initio baptizaſſe, poſtea jus dandi baptiſmum Presbyteris fuiſſe aſſignatum, Tertullianum tamen permiſiſſe Laicis jus baptizandi in caſu neceſſitatis, non tamen fœminis. Varietas ſententiarum de Baptiſmo hodierno Laicorum & Mulierum, multum dependet ab hypotheſi de neceſſitate abſoluta baptiſmi, de qua dictum *nota 41.* T.

Baptiſmus puerorum ludentium.

(44) *Quæſt. An Baptiſmus à pueris ludentibus jocularitèr collatus, aliqua ratione admitti, aut poſt factum ab Eccleſia ejusve Anteceſſoribus hactenus approbari poſſit; ut ſic baptizati ad Baptiſmum in Eccleſia recipiendum non teneantur? Reſp. Neg.* Indigna hæc eſſet profanatio, ſi Φρικτὰ μυστήρια (ita ſacramentum Cœnæ à nonnemine veterum appellatur,) luſuum & jocorum puerilium materia fiant. Vide quam reverentiam & præparationem verbi audibilis & viſibilis diſpenſatio requirat *Jeſa 66. v. 2. Actor. 22. v. 16. & 1. Cor. II. v. 22--23.* Factum ergo illud Athanaſii pueri baptizantis alios pueros colluſores, & Alexandri Epiſcopi Baptiſmum illum approbantis, merito improbandum cenſemus; tantum abeſt, ut tales

Presbyter vero, cujus negligentia commiſſum eſt, ut quis

---

tales pueros tanquam vere & rite baptizatos fidelium catalogo cum eodem Alexandro adſcriberemus. Vide Hiſtoriam facti apud *Sozomenum Lib. 2. cap. 16.* Diſſentit eruditiſſ. Abotus, poſtea factus Archiepiſcopus Cantuarienſis Prælect. cit. pag. 101. *Quæ iſtis*, inquit, *contradicerent, & ex profeſſo oppugnarent rationes ſanas & ſolidas exinde non reperio.* Rationes, quibus γυναικο-βαπτισμὸν ſolide oppugnabat, nos in illius ſcripto invenimus, & easdem fortius adverſus hunc jocularem & luſorium puerorum Baptiſmum intòrqueri poſſe putamus. Erat enim I. *Puerorum*, qui in civilibus ad teſtimonia, juramenta, teſtamenta, tutelas aut advocatias obeundas, contractus ineundos non admittuntur. 2. Erat ſub forma & ſigillo luſus puerilis. 3. Erat extra omnem præſumtæ neceſſitatis caſum. Venit nunc in mentem factum Minoritæ Flandri; qui in nova Hiſpania 28. annis evangeliſtam egerat, & per pueros emiſſarios duodecennes millia aliquot Indorum circumquaque baptizari fecerat: Siquidem ipſi talia de ſe jactanti, fides adhibenda. Ineptam & ſtolidam Guardiano ſeu Priori Gandavenſi inſcriptam epiſtolam inveniet Lector in *Epiſtolis ex nova Hiſpania ſcriptis* & uno volumine in 8. editis. Hactenus Voëtius *Polit. Part. 1. lib. 2 p. 636.* Et iterum *p. 643.* *Quæſt. An baptiſmus valeat cum intentione joci aut illuſionis per actus: ſeu an intendens jocari & ludere vere baptizet?* Item intendens infantem occidere? *Reſp.* Lepida hæc quæſtio ex eodem præſumtæ neceſſitatis puteo regurgitat. *Qu. an baptiſmus valeat cum intentione joci.* *Guido in Manipulo Curatorum fol. 16.* videtur *Aff.* Recentiores *Zwarez, Toletus, Reginaldus, Filiucius* ſic diſtinguunt: Si baptizans, ſolum habet intentionem jocandi & ludendi, aut occidendi non valet: ſed ſi habeat intentionem jocandi aut occidendi, & ſiwul baptizandi, valet: quia finis extrinſecus non tollit intentionem requiſitam ad ſacramentum. Vide quem labyrinthum intentionis fiuæ ſuorumque conſcientiæ paraverint. Confer jam notata ſuperius *nota 34. & 35.* T.

Digitized by Google

quis ſine baptiſmate ex humanis exceſſerit, deponendus erit. f)

f) can. quicunque d. diſt. 4.

Baptizati ab hæreticis, ſchiſmaticis, paganis, vel alias facinoroſis, non ſunt denuo rebaptizandi.

§. 4) Sed & qui ab hæreticis g) ſive ſchiſmaticis, (45) vel etiam paganis, (46) aut alias facinoroſis bapti-

g) can. ſive ab hæreticis. & can. ſeq. ac conſecr. diſt. 4.

ad §. 4.

Summa hiſtoria controverſia de rebaptizandis hæreticis. Reſponſio ad objectiones, diſtinctio hodierna praxeos.

(45) I. Dogma hoc de rebaptizandis iis, qui ab hæreticis baptizati fuerant, miſere diſcerpſit & afflixit Eccleſiam. Cum enim Cyprianus eam in ſententiam inclinaſſet, nec aſſenſum habere ab Stephano Epiſcopo Romano poſſet, uno eodemque anno tria, unum poſt aliud, Carthagine convocavit concilia, & per illa confirmari fecit ſententiam, quæ baptiſmum iterari debere volebat. Idque factum anno Chriſti CCLVIII. In Aſia eadem cotroverſia mox mota, & eodem anno in Iconio Phrygiæ oppido per Synodum definitum fuit, nihil eorum, quæ ab hæreticis facta eſſent, ab Eccleſia Orthodoxa recipiendum eſſe, ordinationes, baptiſmum, manuum impoſitiones, aliudve ſacrum quodvis ab hæreticis adminiſtratum invalidum eſſe. Huic concilio aſſenſum præbuit eodem tempore alterum illud, quod Synadis in Aſia confluxerat, & ſic Aſia duorum, Africa trium conciliorum decretis dogmati iſti magnam conciliavit autoritatem. Sopita tamen brevi poſt tempore tota ea fuit controverſia, donec ineunte ſeculo IV. Donatus cum ſociennis eam reſuſcitaret, & præter alios errores etiam Sacramentorum efficaciam ex miniſtri dignitate & bonitate judicaret, ita ut à minus digno & hæretico baptizatos rebaptizari oportere contenderet. Fieri enim non poſſe, ut in falſo baptiſmate inquinatus abluat, immundus emundet, ſupplantator erigat, perditus liberet, reus veniam tribuat, damnatus abſolvat, uti Donatiſtarum verbis loquitur Optatus Milevitanus *lib. 1.* Maſcule tamen ſemper reſtitit Eccleſia orthodoxa, docuitque, non antiquiſſimam tantum eſſe conſuetudinem ſemel jam vere baptizatos non rebaptizandi, verum etiam ſacræ Scripturæ conſentaneam, utcunque Cypriano tan-

baptizati fuerint, quaſi baptizati non fuerint, iterum baptizari non debent. Antiqua *b*) tamen patrum in- duxit

b) *can. ab antiqua. d. diſt.* 4.

tanto Eccleſiæ lumini & tot præſtantibus Epiſcopis aliter viſum fuiſſet. Equidem baptiſma verum unum tantum eſt, i. e. tale, quale Chriſtus inſtituit: eſt etiam Eccleſiæ, non hæreticorum, quantumvis ab hæreticis miniſtretur: nec enim tum impartiuntur, quod ipſi habent, i. e. perfidiam & fraudes ſuas, ſed quod Eccleſiæ proprium eſt, & ab Eccleſia ſeu mutuati ſeu ſuffurati ſunt. Aliud etiam eſt recte baptizare, aliud recte credere, cum in ipſa Eccleſia ſæpe hypocrita baptizet, qui recte tamen non credit. Sed non obſtat, quod hæretici nec jus nec poteſtatem baptizandi habeant: neque enim inde id conficitur, non legitimum eſſe baptizare, i. e. id eos facere, quod ipſis non licet nec commiſſum eſt. Quod ſi tamen hæreticus ſubſtantialia baptiſmatis ſive materiam, ſive formam nefario auſu corruperit, verum is baptiſmum non habet, & idcirco ab illo baptizatos non tam rebaptizare, quam recte baptizare neceſſe eſt. Unde etiam concilium Nicenum, cum omnes alios ab hæreticis baptizatos reciperet, Pauli tamen Samoſateni ſectatores propter hanc cauſam denuo baptizandos eſſe decrevit, *can.* 19. Vid. Auguſtin. *lib. de hæreſ. ad Quod vult deum hæreſ.* 44. Z.

II. Sane Canonibus Apoſtolorum baptiſmus Hæreticorum lavacrum Diabolorum appellatur, cujus mentio fit in appendice *can. Præter* 6. *diſt.* 32. Imo infantes quoque Reformatorum à Pontificiis rebaptiſatos eſſe exempla occurrunt apud Thuan. *Lib. XXX. Hiſtor. ad Ann.* 1562. & Petr. Suav. *in Hiſtor. Concil. Trident. p.* 727. Verum ultimum hoc nec ab ipſis pontificiis hodie probatur; Prius vero de Hæreticis Trinitatem negantibus intelligendum; alioqui certum, ſi ſubſtantialia Sacramenti ſalva maneant, fidelitatem vel infidelitatem Miniſtri, nihil integritati Sacramenti conferre vel detrahere. Vid. Brochman. *Syſtem. Theol. Loc. de Baptiſm. cap.* 7. *Caſ.* 2. Dn. D. Calov. *Syſtem. Theol. Tom.* 9. *Artic.* 5. *p.* 230. S. *p.* 308. *ſeq.* *Illuſtratio dicterum.*

(46)

Digitized by Google

duxit inſtitutio, ut qui ab his in Trinitatis nomine baptizati fuerint, cum ad ſanctam eccleſiam redierint, aut unctione chriſmatis, aut ſola profeſſione fidei, (47) ad ſinum matris eccleſiæ revocentur.

Nemo ſeipſum baptizare poteſt.

i) c. debitum. extr. eod.

§. 5. Sed i) quanquam baptiſmus ab hæreticis, ſchiſmaticis vel paganis ſuſceptus valeat, ipſum tamen ſe baptizare nemo poterit (48) ſicut enim in carnali genera-

Jus Canonicum ſibi non conſtans.

(46) Hoc ipſum etiam reſcribit Nicolaus Papa ad conſulta Bulgarorum *c. à quodam 23. de conſecrat. diſt. 4* At contrarium reſcribit Gregorius II. quod à paganis baptizati denuo baptizari debeant in nomine Trinitatis *c. quos 51. diſt. ead.*

An tum profeſſio fidei neceſſaria?

(47) Utrum autem profeſſio fidei tam neceſſaria ſit, ut ſine ea baptiſmus ab hæreticis acceptus, vires emundationis non recipiat, uti fere dicitur *c. ab antiqua 43. de conſecrat diſt. 4.* diſceptent Pontificii. Nos dicimus formam eſſentialem Eccleſiæ conſiſtere in unione intrinſeca cum Chriſto capite & reliquis membris, eamque unionem diſtincta ſingulorum individuorum notitia infallibiliter ſcire non poſſe, uter ſc. fidem profitentium vere unitus ſit, nec ne, eo quod plurima quandoque ſubſit hypocriſis. Et ergo interna potius unio Eccleſiæ membrum facit, qua unione & communione Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſionis conjuncti fuerunt illi omnes, qui ſub Papatu beate mortui ſunt, utcunque noſtris Eccleſiis profeſſionem ſuam nunquam ediderint. Quamquam enim fieri non poſſit, ut cœtus in fide & doctrina fundamentali corruptus ſit membrum homogeneum Eccleſiæ veræ; fieri tamen poteſt, ut in externa ſocietate corruptæ illius Eccleſiæ ſint membra homogenea Eccleſiæ veræ per conſenſum circa veritates Teologicas connexa. Vid. Joſeph. Hallus *in Rom. irreconciliab. ſect. 1.* Z.

ad §. 5.

Sebaptiſta.

(48) Tales adhuc hodie inveniuntur in Britannia, qui propterea Se-

generatione, qua proles ex viro & fœmina naſcitur, alius eſt qui carnaliter gignit, alius qui gignitur: ſic in ſacramentali generatione, qua ſoboles ex aqua & Spiritu ſancto renaſcitur, alius debet eſſe qui ſpiritualiter generet, alius qui generetur. Unde de Judæo, qui in mortis articulo conſtitutus, in aquam ſeipſum immergendo dixerat, *Ego me baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti,* reſponſum eſt, denuo ab alio illum baptizandum eſſe, ut oſtendatur, quod alius eſt qui baptizatur, alius qui baptizat: quamvis ſi talis continuo deceſſiſſet, protinus ad patriam evolaſſet, non propter fidei ſacramentum, ſed propter ſacramenti fidem. (49) *Baptiſ-*

Sebaptiſtæ dicuntur, de quorum origine vid. Honor. Reggius *de ſtat. Eccleſ. in Britann.* Z.

(49) Hoc ita explicant, quod talis ſalvatur non ratione baptiſmi actualis, ſed ratione baptiſmi in voto, quia creditur habere contritionem cum propoſito baptiſmi. Aug. Barboſa *ad c. debitum 4. X. h. t.* Sed enim utrinque hic aliquod meritum ſtatuitur, propter quod ſalus contingat. Si enim baptiſmum in voto ſpectes, tantam ejus faciunt neceſſitatem, ut ſine eo ſalvari poſſit nemo quiſquam. Diſtinguunt namque inter id, quod neceſſarium eſt in re, h. e. ut re ipſa applicetur, & inter id quod in voto i. e deſiderio ac propoſito ſaltem applicandi, ſi facultas ſubeſſet, neceſſarium eſt. Addicunt neceſſarium eſſe baptiſmum ſingulis ad ſalutem ad minimum ſub voti, ac deſiderii neceſſitate. Quin diſtinguunt porro inter votum explicitum & implicitum, & ſufficere dicunt votum, etiamſi non actu fieret, ſi modo voturus id eſſet, ſi rem intelligeret. Et tum propter iſtud votum, qualecunque id fuerit, ſalutem contingere perhibent. Nos vero neceſſarium quidem dicimus baptiſmum tum neceſſitate præcepti & inſtitutionis divinæ, tum neceſſitate medii & finis, non ta- *Doctrina Canoniſtarum cum monitis ubi iterum de neceſſitate præciſa ſeu abſoluta.*

 men

Baptiſmus alius fluminis, flaminis alius ſanguinis.

k) *c. baptiſmi vicem d. 4. de conſ.*

§. 6. Quod quidem & de illo recte creditur, (k) qui viſibiliter non baptizatus martyrii ſubiit ſacramentum.

men tantam ejus eſſe neceſſitatem, quanta eſt fidei & Verbi. Diſtinguendum vero eſt inter contemptum Sacramentorum, ac privationem eorundem. Sine fide nemo poteſt ſalvari, & ſine verbo non poteſt eſſe fides modo ordinario; ſi tamen ex audito verbo habeat quis veram fidem in Chriſtum,& ipſi non concedatur facultas, ut poſſit Sacramentis juxta divinam inſtitutionem uti, in tali certe caſu non eſt ſtatuenda præciſa neceſſitas Sacramentorum ad ſalutem, ut propterea ſalus denegetur illis, quibus non datur facultas utendi Sacramentis, licet fide in verbo apprehendant Chriſtum mediatorem. Nec tamen hic etiam votum aliquid facit, ſed cum baptiſmum neceſſitas excludit, ſola fides juſtificat & ſalvat, non votum. Quod ſi ex altera parte baptiſmum actualem ſpectes, ſtatuunt pontificii, Sacramenta N. T. ex opere operato conferre gratiam ſuſcipienti. Obſcure quidem de opere operante & opere operato plerumque diſſerunt Scholaſtici, ut etiam Vazquez *in 3. Thom. diſp. 131. n. 10.* fatetur, à nemine exacte ſenſum ejus rei fuiſſe traditum, & aliter in ſcholis veterum, aliter in hodiernis accipi; Sed eſt tamen hæc communis interpretatio quod opus operans ſit fides ac devotio ſuſcipientis Sacramentum, quatenus eſt opus meritorium ipſius ſuſcipientis, ex qua omnis vis & actio Sacramenti pendeat; opus operatum vero ſit actio externa, quæ Sacramentum dicatur, & vi ſua interna, non quidem naturali, ſed accepta ex ordinatione divina efficiat & operetur active & proxime gratiam juſtificationis, in illis, qui non obicem ponunt, quæque non dependeat à fide & devotione ſive conficientis & agentis, ſive ſuſcipientis Sacramentum. Bellarm. *l. 2. de effect. Sacram. c. 1.* Paul. Laymann. *theol moral. l. 5. tr. 1. c. 3. n. 5.* Et quamvis de eo adhuc diſceptent, an Sacramenta N. T. ex opere operato agentia producant gratiam, an vero DEUS in illorum uſu eam producat, ſicut Bellarm. *c. 11.* diſputat, virtutem effecti-

tum. Baptiſmus enim inviſibiliter miniſtratur: (50) quem non contemptus religionis, ſed terminus neceſſitatis excludit. Unde ſcite, (l) ſcriptum à quibuſdam reperitur, baptiſmum alium eſſe fluminis, (51) alium flaminis, alium vero ſanguinis: cum baptiſmi virtus & effi- *l) gl. 1. in ſum. de conſecr. diſt. 4.*

---

fectivam, quæ Sacramentis indita ſit, non eſſe qualitatem inhærentem ſpiritualem vel corporalem, ſed eſſe motum Dei utentis actione Sacramentali; tamen in eo omnes conveniunt, à fide ſuſcipientis non dependere iſtam efficaciam; non excludi quidem eam à ſubjecto juſtificando, ad juſtificationem tamen nihil conferre, niſi quod per modum diſpoſitionis obſtacula tollat. Sed enim diſputent illi ut velint. Noſtræ Eccleſiæ negant, ad juſtificationem & ſalvationem noſtram ita concurrere Sacramenta, ut eam conferant & exhibeant etiam illi, qui non ſpeciali fide & fiducia oblatum bonum apprehendit & recipit. Ut enim quis actu juſtificetur ex Sacramentis, utque oblatum bonum ei conferatur & applicetur, ad id fides ceu organum recipiens requiritur, non quod fides eſſentiam Sacramentorum ingrediatur, aut efficaciam in eis exſuſcitet; ſed quod in uſu Sacramentorum, & in relatione quoad nos, atque eorum applicatione fides ex parte ſuſcipientis, ut organum recipiens neceſſario requiratur. Z.

ad §. 6.

(50) Aſſertio hæc proficiſcitur ex aſſertione abſolutæ neceſſitatis baptiſmi, de qua egimus paulo ante. Et vero ſi inviſibiliter miniſtrari poterit baptiſmus, vix miniſtrari poterit, ut Sacramentum, quia ex ſententia ipſius autoris ſacramentum demum fit, ubi verbum acceſſerit ad elementum. Z. *Objectio.*

(51) Ita quidem venuſte diſtinxit antiquitas. Sed iſtud peſſime deinceps depravatum & ita acceptum fuit, ac ſi dignitas operis & meriti in martyrio tanta ſit, ut baptiſmo æquari & ejus vicem ſupplere poſſit. Item baptiſmum flaminis ita interpretati ſunt, quod tanta poſſit in aliquo contrito ſatisfactio & charitas eſſe, ut dignitas ejus *Abuſus hujus diſtinctionis.*

m) can. verus bapti. d. diſt. 4.
n) can. aliud. eſt. d. diſt. 4.

efficacia, non tam ablutione (*m*) corporis quam fide cordis contineatur, (52) & aliud ſit per miniſterium baptizare, *n*) quod ſacerdos exequitur: aliud per poteſtatem, quam Dominus non uſque adeo ſacramentis adjunxit, (53) ut ſine illis eorundem gratiam tribuere non poſſit.

Parvuli baptizantur in fide parentum, & eccleſiæ, & non debet minor eſſe virtus baptiſmi, quam circumciſionis.

o) cap. majores in fine prin. extr. cod.

§. 7. Non tamen, quia fide cordis baptiſmatis virtus continetur, ideo minus (54) parvulos, *o*) qui credere

---

vicem virtutis baptiſmi ſupplere poſſit. Quæ omnia falſa & impia ſunt Z.

Objectio.

(52) Recte hoc. Non ergo efficaciam habet baptiſmus ex opere operato. Z.

Alia.

(53) Recte & hoc. Ad quid ergo facit, quod neceſſarium dicunt baptiſmum ad minimum ſub voti ac deſiderii neceſſitate. Z.

ad §. 7.

Controverſia de Pædobaptiſmo.

(54) Nota controverſia cum Anabaptiſtis & Socinianis de baptiſmo. Vid. Hoornbeeck *Summam controverſ. lib. 5. p. 377. qu. 26. & lib. 7. p. 574. qu. 39. 40. 41.* Spanhemii *Elench. controv. p. 116. ſeq. & p. 228. ſeq.* Et notabilis eſt cenſura Hoornbeeckii *p. 362. Benignius ſemper judicarunt Docti de Adverſariorum* (Anabapt.) *erroribus, præſertim illis &c. Atque ita in pædobaptiſmo hærent, quia, uti vident,* officii *nihil ab aliquo præſtari extra uſum rationis, ita putant, absque eo nihil* beneficii *recipere quenquam poſſe; quod quantopere ab omni deviet ratione & uſu nemo non videt, Hinc tamen eſt, quod conſiderantes nonnulli, mitius de illis judicent.* Confer Spanheim. *d. l. p. 134. ſeq.* Occaſio controverſiæ ſumta ex doctrina Tertulliani *de Baptiſmo c. 18.* (quem librum

Hujus occaſio.

brum Tertullianus dicitur ſcripſiſſe, cum adhuc Catholicus eſſet. *Locus Tertulliani.* Du Pin *T. I. Bibl. Nov. p. 138.*) *Itaque pro cujuscunque perſonæ conditione ac diſpoſitione, ETIAM ÆTATE, cunctatio Baptiſmi utilior eſt: præcipue tamen circa parvulos. Quid enim neceſſe, ſi non tam neceſſe, ſponſores etiam periculo ingeri? qui & ipſi per mortalitatem deſtituere promiſſiones ſuas poſſunt, & proventu malæ indolis falli. Ait quidem Dominus: nolite illos probibere ad me venire. Veniant ergo dum ADOLESCUNT: veniant dum DISCUNT, dum quo veniant DOCENTUR: fiant Chriſtiani dum Chriſtum NOSSE potuerint. Quid feſtinat innocens ætas ad remiſſionem peccatorum? cautius agetur in ſecularibus, ut, cui ſubſtantia terrena non creditur, divina credatur. Norint petere ſalutem, ut petenti dediſſe videaris. Non minore de cauſa innupti quoque procraſtinandi, in quibus tentatio præparata eſt, tam virginibus per maturitatem, quam viduis per vagationem; donec aut nubant, aut continentia corroborentur. Si qui pondus intelligant Baptiſmi, magis timebunt conſecutionem quam dilationem. Fides integra ſecura eſt de ſalute.* Putarunt itaque Anabaptiſtæ, uſum infantes baptizandi demum Tertulliani tempore cœpiſſe, & ab eo hic taxari. Accedit quod Auguſtinus *in Epiſtola* *Et Auguſtini.* *23.* refert, ſibi à Bonifacio Co-Epiſcopo objectum fuiſſe, qui fiat, ut infantibus in baptiſmo proſit parentum fides, cum poſt baptiſmum non noceat ipſis parentum impietas, deinde, quo jure ſuſceptores in baptiſmo reſpondeant, illos credere, cum parvuli tamen cognitionem fidei non habeant & incertum ſit, an ſint credituri. Cum ergo Auguſtinus frigide ad illa reſpondiſſet, putaverunt quidam, hæc eſſe indicia nova moris novioris & abuſus demum in ſeculo tertio orti. Qui contra Anabaptiſtas ſcripſerunt, voluerunt, jam à Chriſti & Apo- *Fata controverſia.* ſtolorum temporibus infantes credentium, ut hodie apud nos moris eſt, fuiſſe ex mandato Chriſti ſemper & ſtatim baptizatos. Interim, cum noſtri fateantur, neutrum in ſcripturis expreſſis verbis dici, neque quod Chriſtus juſſerit baptizari infantes, neque quod ab Apoſtolis & aliis infans fuerit baptizatus, & argumentis ſaltem topicis adverſus Anabaptiſtas pugnaretur, eumque in finem argumenta diverſi

 pon-

Digitized by Google

ponderis congererentur, non defuit Anabaptiſtis, quod regererent, & quandoque non ſine ſpecie. Eſt in omnium manibus Antonii

Dale hiſtoria baptiſmorum.

van Dale *Hiſtoria Baptiſmorum cum Hebraicorum tum Chriſtianorum*, eum in finem conſcripta, ut ipſe loquitur *p. 375*, ut oſtendat, Anabaptiſtis non deeſſe argumenta, quibus ſuum dogma cum ex ipſa ſacra ſcriptura, tum ex prima Antiquitate Chriſtiana firment. Et cum hic Mennoniſta, non, ut communiter homines hujus ſectæ eſſe ſolent, literis & ſtudiis ſit vacuus, ſed multis iisque valde eruditis ſcriptis, ſe in Antiquitatibus Eccleſiaſticis egregie eſſe verſatum, erudito orbi probaverit, optandum eſſet, ut ex Proteſtantibus Theologis aliquis Autori iſti ſolide & cum ratione reſponderet. Interim hæc obſervatio non eſt negligenda, Non confundendas eſſe tres

Tres ſententiæ de pædobaptismo; una Anabaptiſtarum. Secunda communis eorum, qui priori ſe oppoſuerunt.

ſententias de Pædobaptiſmo. Quam Anabaptiſtæ defendunt, eo tendit, baptiſmum infantum nec à Chriſto præceptum nec ab Apoſtolis in Eccleſiam introductum, ſed ſeculo demum tertio contra principia Chriſtianismi & ſanam rationem eſſe introductum. Contra Anabaptiſtas hactenus plerumque diſputatum eſt ex doctrina plane oppoſita, tam ratione facti, quod infantes perpetuo à Chriſti & Apoſtolorum tempore ſtatim baptizati fuerint; quam ratione juris, quod baptiſma infantum ſit neceſſitatis tantum non abſolutæ. Quæ ſententia magnam partem, ut ex hoc titulo patet, deſumta eſt ex principiis

Tertia media paucorum.

juris Canonici. Tertia ſententia inter hæc duo extrema media: Pædobaptiſmum non quidem à Chriſto & Apoſtolis præceptum eſſe, ſed tamen ad exemplum circumciſionis, & baptiſmi apud Hebraicum populum uſitati non ſolum licite ſed & laudabiliter fuiſſe introductum, ſive jam ratione facti id ſtatim primo ſeculo Chriſtiano factum fuerit, ſive etiam ſecundo vel tertio. Sunt quidem pauci quos in hanc claſſem collocare poſſum, ſunt tamen aliqui, iique viri Clariſſimi, probi, eruditi. Eo enim refero ea quæ jam vel ante vel ſtatim poſt mo-

Johannis Ludovici Vivis.

tam de pædobaptiſmo controverſiam ſcripſit Joh. Ludovicus Vives *in notis ad Auguſtini lib. 1. de Civit. Dei cap. 27. Nemo olim ſacro admovebatur baptiſmo, niſi adulta jam ætate, & cum idem ipſe & ſciret, quid ſibi myſtica illa vellet aqua, & ſe ablui illa peteret, nec ſemel peteret. Cujus rei imaginem adhuc in noſtris in-*

infantium baptiſmis videmus. Similiter Salmaſius in *libro ad Julium Pacium de tranſſubſtantiatione p. 494. Primis duobus ſeculis nemo baptismum accipiebat, niſi qui in fide inſtructus & doctrina Chriſti imbutus teſtari poſſet ſe credere propter illa verba: Qui crediderit & baptizatus fuerit. Ergo prius erat credere. Inde ordo Catechumenorum in Eccleſia. Mos etiam tum perpetuus conſtanter tenuit, ut ſecundum baptiſmum Catechumenis illis ſtatim daretur Euchariſtia. Poſtea opinio invaluit neminem ſalvari poſſe, niſi qui baptizatus fuiſſet. Ideo & conſuetudo nata, infantibus baptiſmum conferendi. Quia autem Catechumenis adultis olim ſimul ac loti fuiſſent ſacro baptiſmate, dabatur Euchariſtia, nullo interjecto temporis ſpatio, hoc etiam & in infantibus ut fieret, inſtitutum poſt Pædobaptiſmum introductum. Sed infantes tenelli & recens nati, cum in vino & pane communionem non poſſent accipere, ut in iis quæ ſumere poſſent acciperent, receptum eſt, id eſt in cibo & potu infantum proprio. Apud antiquos pro cibo & ante omnem cibum infanti, ut natus erat, mel dabatur, deinde lac.* Ejusdem ſententiæ videtur etiam fuiſſe Fridericus Ulricus Calixtus, ſi recte mentem ejus percepi *in diſſert. de baptiſmo & antiq. circa eum ritibus. §. 8. Obſervandum autem eſt, primis Eccleſiæ temporibus & ſeculis baptiſmum adultorum frequentiorem fuiſſe, quam infantum: adultos vero baptizari non potuiſſe, vel debuiſſe, priusquam ſummam fidei ad ſalutem neceſſariæ edocti eſſent, & profiterentur.* Maxime vero huc referri debet Baſnagius, cujus locum ex parte jam ſupra recenſui *nota 4. §. II.* Quæ vero ibidem huc reſervavi ſunt ſequentia. Dicit: Walafridum Strabonem docuiſſe, usque ad tempora Auguſtini, non admiſſos fuiſſe niſi adultos ad baptiſmum, atq; hunc in finem eum provocare ad ipſum Auguſtinum, qui ob hanc cauſam Catechumenus manſerit usque ad annum ætatis 25. Sed Auguſtinum ipſum, cum poſtea cognoviſſet, eos qui ante baptiſmum mortem obirent, perire propter peccatum originale, docuiſſe, infantes neceſſario baptizandos eſſe. Ac etiam Ludovicum Vivem (cujus verba modo dedimus) fere eandem cum Walafrido Strabone tenuiſſe ſententiam. Sed

Salmaſii.

Friderici Ulrici Calixti.

Baſnagii.

Digitized by Google

Sed utrumque falli, neque diligenter legiſſe ſcripta Auguſtini. Strabonem quidem non recte computaſſe annum, quo Auguſtinus ſit baptizatus, cum demum anno ætatis trigeſimo quarto id factum fuerit. Præterea etiam ex Epiſtola Auguſtini ad Bonifacium (de qua initio hujus notæ jam mentionem feci) conſtare, quod Strabo & Vives decepti fuerint. Etſi enim Auguſtinus ad dubia à Bonifacio ipſi propoſita plane inconvenienter reſponderit (quod fuſius demonſtrat Basnagius) id tamen ex dicta Epiſtola Auguſtini conſtare, quod jam ante controverſiam cum Pellagio de peccato originali baptiſmus infantum in uſu fuerit, cum Epiſtola illa anno 408. ſcripta fuerit. Noviſſime hanc quæſtionem cum cura tractavit Campegius Vitringa *Obſerv. Sacr. lib. 2. cap. 6. p. 302. ſeq.* Summa eo redit: Cum infantes baptizatos eſſe à Chriſto & Apoſtolis in Evangeliis & Actis Eccleſiæ primævæ non narretur (§. 2.) rationibus pugnari cœptum eſſe, ſed quæ non omnes unius ponderis, vel pari cum judicii diſcrimine à noſtrarum partium Doctoribus in medium prolatæ & adverſus contrariæ ſententiæ patronos vindicatæ fuerint. Ipſe igitur diſtinguit quæſtionem facti & juris. Quoad factum provocat ad dicta ſcripturæ (§ 3.) in quibus mentio fiat, baptizatas eſſe integras credentium domos i. e. familias ut *1. Cor. I. v. 16. Actorum XVI. 15. item 31.* (§. 5.) Familiam vero bene ordinatam (§. 6.) conſtituere Parentes, liberos, majores, minoresque natu, ſervos, ſervas, ætate majores etiam & minores. Quodſi regeras, incertum eſſe, num familiæ iſtæ infantes habuerint, ſufficere, quod phraſis ſcriptorum ſacrorum nos eo ducat, ut probabiliter præſumere debeamus, minorennes ibi non defuiſſe. Probabilius enim eſſe, familiam bene conſtitutam infantes habere vel minorennes, quam non habere. Accedere (§. 7.) quod rituum Judaicorum ſcriptores doceant, florente Hebræorum Republica Proſelytos ad communionem Eccleſiæ Judaicæ admittendos baptizatos fuiſſe omnes abſque differentia ſexus, ætatis, conditionis, quod ex Lightfooto, Altingio, & Seldeno probat. Roborari ulterius hanc ſententiam ex comparatione Pauli (§. 8.) *1. Cor. X. 2.* inter baptiſmum Chriſtianorum, & baptiſmum Iſraelitarum in mari rubro. Etenim hunc pertinuiſſe ad omnes ſine diſcrimine ætatis, ſexus, conditionis, qui

Campegii Vitringa.

per

Digitized by Google

per mare rubrum tranſierint. De praxi primitivæ Eccleſiæ ſic diſſerit §. 9. p. 309. *Nimirum vetus Eccleſia Chriſtiana à prima antiquitatis memoria poſt tempora Apoſtolorum ſic ſenſiſſe videtur, quod Baptiſmus omnibus poſt hanc vitam per gratiam Jeſu Chriſti ſervandis prorſus neceſſarius ſit. More itaque receptum fuit in Eccleſia antiqua, ut, ſi infantes graviter laborarent & forte immineret mortis periculum, vel, ſi parentes ſingulari cura affecti eſſent erga liberorum ſuorum ſalutem, infantes, ſive minorennes, Epiſcopo baptizandos offerrent. Quæ cauſæ ſi eos non urgerent, ſatius putarunt & magis è re minorennium, ut eorum baptiſmus differretur usque quo perveniſſent ad ætatem magis provectam. Quæ conſuetudo Auguſtini ætate nondum fuit abolita, licet ille neceſſitatem Baptiſmi, dum Gratiam adverſus Pelagium pro virili tuebatur, vehementer urgeret. Sic itaque intelligendus erit Origenes, ex Apoſtolica traditione* licere ut infantes baptizentur: *atque inde à temporibus Apoſtolorum*, data occaſione, & *urgente caſu, illos baptizari ſolitos eſſe. Quod nobis in diſputatione adverſus Anabaptiſtas prorſus videtur ſufficere. Qui enim adverſus Anabaptiſtas hoc in negotio, ex mea quidem ſententia, prudenter diſputabit, ſtatum controverſiæ non figet in hunc modum, an* infantes Chriſtianis editi Parentibus neceſſario debeant baptizari: *ſed* an eos ſecundum diſciplinam Chriſtianam baptizare liceat, *ſive*, an quid vitii ſit in Ritu baptizandorum infantum: *Ego adverſus Anabaptiſtas nihil in hoc ritu vitii ineſſe contendo: ut illi exiſtimant: & primævam Eccleſiam Apoſtolicam in cauſæ meæ patrocinium adſciſco, quæ infantes nullo caſu aut occaſione baptizari permiſiſſet, ſi ea fuiſſet opinione qua nunc ſunt Pædobaptiſmi Adverſarii, Pædobaptiſmum cum ratione & principiis Chriſtianiſmi pugnare.* Tum de jure Pædobaptiſmi diſputare incipit §. *11. ſequentibus p. 311. usque ad p. 328.* rejectis ſæpius vulgaribus doctrinis, &c. Sed hæc ſingula judicio cujuslibet relinquo. Id ſaltem addo: Mediam hanc ſententiam carere iſtis anxietatibus, in quas ſe conjiciunt, qui ex principiis juris Canonici pædobaptiſmum defendere conantur, dum poſtea ſudant, quomodo fidem infantum expli-

 cent,

dere ob ætatem non poſſunt,(55) unda ſalutaris abluit cum & ii, non per uſum, ſed per habitum fidei, quem ſuſcipiunt in baptiſmate, credere non male credantur, (56) & in fide (57) parentum *p*) & eccleſiæ, alio pro;

p) *can. illud & can. ſeq. verſ. parvuli de conſecr. diſt. 4.*

Vitringæ ſententia de fide infantum.

cent, ut patebit ex ſtatim dicendis. Vitringa de ſide infantum ſic ſentit *d. l. p. 323. Fidei fateor, capaces non ſunt; Nec ignoro tamen, quosdam noſtræ Eccleſiæ doctores ita ſentire. Sed illa ſententia mihi ſemper tam viſa eſt inepta, ut nulla magis.* Hoc tam fatuum eſt, *ait Cunæus de Rep. Hebr. lib. 3. cap. 9.* ut flagris caſtigari dignum ſit. Apoſtoli enim vox eſt *ad Romanos X. 17.* ſidem eſſe ex auditione. *Id ſane veriſſime ſcripſit. Ad fidem requiritur mens veritatum Evangelii percipiendarum & diſcernendarum capax, qualem non habent infantes niſi ea extra ordinem donentur.* T.

Fides infantum eſt actualis non habitualis.

(55) Contrarium dicit Salvator *Matth. 18. 6.* quo ipſo confutatur fides habitualis ab autore deinceps infantibus aſſertus. Hoc quidem certum eſt, ſidem infantum non eſſe diſcurſivam, ut adultorum, ſed eſſe ſimplicem adprehenſionem ſeu notitiam, ab Spiritu S. in iis excitatam; notitia tamen illa eſt vera fides actualis meritum Chriſti apprehendens. Credunt in Deum, neſciunt tamen, ſe credere, quia fides eorum eſt ſine reflexione. Et hinc recte Nazianzenus: *Infantes ſanctificantur ſine ſenſu ſanctificationis.* Z.

Nova objectio contra fidem habitualem.

(56) Si modo intelligi poſſit, quid ſit ille habitus. Ens alias eſt vel actu vel potentia. Fidem potentialem noluerunt dicere Canoniſtæ, quia ens potentia nondum adeſt. Actualem noluerunt dicere, ob rationes à Vitringa modo adductas. Dixerunt ergo fidem habitualem. Et ergo invenerunt, ut aliquid dicerent, vocem ſine ſenſu, ens quod nec eſt ens actu, nec potentia. Quod Ziegleri doctrinam in nota præcedente

Notatur Zieglerus.

attinet, intelligo quidem, quid ſit ſanctificari ſine ſenſu ſanctificationis. Sed non intelligo quid ſit notitia ſine reflexione. Chemnitius *in Exam. Concil. Trident. Parte 2. ad Canonem 13. p. 85. ſeq. Ipſi*

(Pon-

Digitized by Google

profitente,(58) baptizati,ob fidei ſacramentum (59) recte

(Pontificii) *litem movent, quam tamen non explicant, de fide infantum baptizatorum cum fundamentum, quod & quare baptiſmus etiam ad parvulos pertineat, non ſit difficilis & obſcura illa diſputatio, an & quomodo infantes credant.* Quod etiam repetit *p. 88.* Et *p. 89.* addit: *Ego ſane, qui ſimplicitatem amo, etiamſi nec intelligam, nec explicare poſſim, quomodo infantes, qui baptizantur, credant, judico tamen ſufficere firmiſſima illa teſtimonia, infantes eſſe baptizandos. Neque enim ab illis propterea diſcedendum eſt, ſi non poſſim intelligere vel explicare, quomodo credant infantes.* Et rurſus *p. 91. Cum certum ſit, infantes eſſe membra Eccleſiæ, & placere Deo, certum & hoc eſt, ſpiritum S. in illis efficacem eſſe & quidem ita efficacem, ut regnum Cœlorum, h. e. gratiam Dei & remiſſionem peccatorum accipere poſſint* &c. T. *Sententia Chemnitii.*

(57) Falſum & hoc eſt, Nam voluntas & fides aliena non prodeſt infantibus ad ſalutem, ſed tantum ad accipiendum organum fidei, dum Eccleſia & in hac parentes pii & ſuſceptores aut patrini credunt, baptiſmum eſſe organum fidei, & propterea afferunt infantem, ut baptizetur. Fides igitur aliena & legitimum officium charitatis præſtitum infantibus, ut ipſi per baptiſmum regenerentur & accipiant fidem ſicut Auguſtinus ait *lib 10. de verb. Apoſt. Accommodat mater Eccleſia infantibus aliorum pedes, ut veniant, aliorum cor, ut credant, aliorum linguam ut confiteantur.* Cum itaque quærenti Eccleſiæ miniſtro, *an infans credat in DEUM & abrenunciet Satanæ?* patrini reſpondent, *ita:* tunc ſenſus eſt, quod patrini credant, baptiſmum eſſe medium illud ſalutare, quod ſi infans à ſe allatus accipiat, fidem propriam ſit habiturus, & nuncio Satanæ miſſo ſuum obſequium DEO addicturus. Z. *Objectio.*

(58) I. Quo tempore primum Patrini vel ſuſceptores Baptiſmo adhiberi cœperint, non conveniunt. D. Brochmand. *in Syſtem. Theolog. Artic. I. de Baptiſm. cap. 5. ſect. ult. n. 5.* originem refert ad *Origo Patrinorum.*

 Higi-

q) cap. ma- ...cte fideles dici poſſunt: & cum circumciſio, q) tam *jores 5.* adul-

cum ergo. extr. eod.

Higinum X. Eccleſiæ Romanæ Epiſcopum, qui cum viveret Anno Chriſti 140. juſſit, ut in graviſſimis illis perſecutionibus, in quibus liberis parentes eripiebantur, adhiberentur certi teſtes baptiſmi infantibus adminiſtrati; quibus etiam demandabatur, ut parentibus ſublatis infantem in Doctrina Chriſtiana erudiendum curarent. Alii aliunde deducunt originem. Vid. Balduin. *de Caſib. Conſcient. lib. 2. cap. 9. Caſ. 8.* Winckelman. *Tom. 3. Diſp. Gieſſenſ. Th. 12. n. 56.* præcipue vero Dn. Gerhard. van Maſtricht. *Tract. de ſuſceptorib. p. 23. ſeq.* S. *p. 310.*

Excerpta eam in rem ex Maſtricht libro de ſuſceptoribus.

II. Cum diſtinctius Maſtricht in alleg. tractatu egerit de ſuſceptorum origine, juvabit eorum ſummam hic exhibere. Initio itaque refutat opinionem Ludolphi Saxonis *p. 15.* qui ex verbis Evangeliſtæ, *& adduxit eum ad Jeſum* ad Chriſtum retulit moris illius originem: refutat etiam *p. 16. ſeq.* opinionem Covarruviæ & Vice-Comitis, qui ex Apoſtolica traditione eum derivare intendebant, nixi inter alia autoritate Pſeudo Dionyſii Areopagitæ & Pſeudo Clementis Romani; & ratione, quia videlicet ab incunabulis naſcentis Eccleſiæ in more fuerit, Chriſti fidem in baptiſmo profiteri, dæmoni & pompis ejus nuncium mittere, etiam in parvulorum baptiſmo. Ad rationem hanc reſpondet Maſtricht *p. 19. Quamvis non eam inficias, eſſe iſtam renunciationem in adultis antiquam. Formula vero non eſt ab apoſtolis, ſed à poſterioribus temporibus, neque forte diu poſt tempora apoſtolica introducta. Quin ipſa baptiſmalis initiatio, eſt diaboli & pomparum e'us renunciatio. Nulla enim Chriſto eique initiatis poteſt eſſe communio cum Beliale. Cum igitur adultus in regnum Chriſti tranſiens eo ipſo Diabolo, Mundo & ſibi renunciaret, voluerunt ut competentes id quoque verbis in baptiſmo teſtarentur. & inde renunciationes iſtæ ortæ & in Eccleſiam introductæ. Quibus deinceps formula inventa & præſcripta eſt, adultis, inquam, non infantibus. Nam cum iſti in fœde-*

re

Digitized by Google

adultis, quam parvulis ex præcepto Domini conferretur,

re nati ideoque ſancti, id facere non poſſent, & ſpes eſſet, parentes eorum Chriſtianos, & Eccleſiæ antiſtites eos poſtquam adoleviſſent, docturos eam vitam, cujus baptiſma eſt initium; propter fideles parentes, illi in fœdere nati, ſacramenta fœderis participabant, ſine iſta renunciatione aut ſponſore aliquo, inſtar infantum in Judaiſmo, qui ob ſuam in fœdere nativitatem, octavo die circumciſionis ſacramento, cui baptiſmus ſucceſſit, compotes fiebant, ſine aliqua profeſſione, ut dictum eſt, & ſine actuali fide; etiam ſine fide alterius pro eis profitente; neque enim aliorum fides, ut preces, nobis prodeſſe poſſunt, ſed ſua fide juſtus vivet. Iſtaque fides primitivæ Eccleſiæ fuit. Poſtea cum aliqui generale præceptum credendi, etiam ad infantes extenderent, illique credere non poſſent, quæſiverunt iis ſponſores, & ſuſceptores, qui pro iis crederent. Cum vero hæc ſententia, quam Maſtricht profitetur egregie illuſtretur ex Auguſtini jam ſupra *n. 54.* adducta Epiſtola, proderit verba Bonifacii, quibus multa adverſus hunc morem patrinorum objicit, partim apte reſoluta ab Auguſtino, ut ipſe Baſnagius ibi adductus agnovit, hic apponere. Ita vero Auguſtinus referens verba Bonifacii *d. Epiſt. 23. p. m. 90. Si conſtituam*, inquis, *ante te parvulum, & interrogem, utrum, cum creverit, futurus ſit caſtus, vel fur non ſit futurus; ſine dubio reſpondebis: Neſcio: & utrum in eadem parvula ætate conſtitutus cogitet aliquid boni vel mali; dices: Neſcio. Si itaque de moribus ejus futuris nihil audes certi promittere, & de ejus præſenti cogitatione; quid eſt illud quod, quando ad baptiſmum offeruntur, pro eis parentes, tanquam fidedictores, reſpondent, & dicunt, illos facere, quod illa ætas cogitare non poteſt; aut ſi poteſt, occultum eſt? Interrogamus enim eos, a quibus offeruntur, & dicimus: Credit in Deum? de illa ætate, quæ, utrum ſit DEus, ignorat: reſpondent: Credit: & ad cætera ſic reſpondent ſingula, quæ quæruntur. Unde miror, parentes, in iſtis rebus tam fidenter pro parvulo reſpondere, ut dicant,*

retur, ne baptiſmus, qui ſuccedit in locum ipſius, (60) &

cant, cum tanta bona facere, quæ ad horam, qua baptizatur, baptizator interrogat: tamen eadem hora ſi ſubjiciam: Erit caſtus, qui baptizatur, aut non erit fur? neſcio, utrum audet dicere aliquis: Aliquid horum erit, aut non erit: ſicut mihi ſine dubitatione reſpondet, quod credat in Deum, & quod ſe convertat ad Deum. Deinde ſcripta tua concludens adjungis, & dicis: *Ad iſtas ergo quæſtiones, peto, breviter reſpondere digneris, ita, ut non mihi de conſuetudine præſcribas; ſed rationem reddas.* Redeo ad Maſtricht, qui *p. 20.* etiam refutat Walafridi Strabonis opinionem ad tempora Auguſtini originem patrinorum referentis, cum certum ſit (& ex modo adducto loco clarum) tempore Auguſtini eum morem jam in uſu fuiſſe. Et cum *capitulum 100. diſt. 4. de conſecr.* ſit Hygino affictum, ut Blondellus probavit, recte etiam *p. 23.* rejicit eorum ſententiam, qui Hyginum autorem hujus moris conſtituunt. Tertullianum (*p. 24.*) primum eſſe, qui in *cap. 18. libri de baptiſmo* (locum etiam deſcripſimus n. 54.) horum ſponſorum mentionem faciat, & quidem in infantum baptiſmo (*p. 25.*) *qui* (ita noſter pergit) *ut ex hoc loco colligere poſſumus, etiam non debiles aut ægroti Tertulliani ævo videntur frequentius, quam antea ſub fidejusſione ſponſorum baptizati fuiſſe*: & quidem ex illa ratione, quia incertum erat, an credituri eſſent infantes & chriſtiane victuri: Adultos tali ſponſore non indiguiſſe, cum ipſi promitterent, & ſpecimina fidei Chriſtianæ jam ante baptiſmum edidiſſent. Poſtea tamen (*p. 29.*) etiam hunc morem ad adultos tranſiiſſe, atque jam tempore Baſilii hanç extenſionem (*p. 30.*) videri in uſu fuiſſe &c. Neque enim unquam teſtimonii cauſa patrinos olim fuiſſe adhibitos, quod latius probat idem *p. 50. ſeq.*. T.

Objectio. (59) Videtur hic denuo opus operatum ſubintelligere, eique omnem virtutem & efficaciam attribuere, quod falſum diximus ſupra. Z.

Circumciſi (60) Statuit tamen differentiam aliam Innocentius III. *cap. Majo-*

& generalior tamen exiſtit, (61) tum tam viri, quam fœminæ baptizentur, minoris videatur effectus, tam adultis, quam parvulis eſt conferendus. (62)

Tam

Majores X. de bapt. quod nempe longe majorem utilitatem afferat baptiſmus, quam olim circumciſio afferebat, quippe per Baptismum renatum januam cœleſtem reſeratam invenire, quæ circumciſis occluſa fuerit, quamvis culpa ingenita per circumciſionem ipſam remitteretur. Hæc Innocentii III. doctrina falſa nititur hypotheſi, quod omnes pii, qui moriebantur ſub V. T. fuerint excluſi ex regno cœlorum: cum ſemper mortuorum reſpectu illud obtinuerit Auguſtini, *Non eſt ullus ulli medius locus, ut poſſit eſſe niſi cum Diabolo, qui non eſt cum Chriſto.* Quid quod diſputant Pontificii contra hanc Innocentii ſui doctrinam quoad circumciſionem, ut videre eſt nominatim apud Becanum *cap. 3. de ſacram. q. 11.* M. *p. 174.*

Infantes an ſalvati

(61) An ergo dicendum, circumciſionem olim ad fœmellas non pertinuiſſe? imo vero fuerunt illæ in fœdere, licet ſignum fœderis ſolis eſſet injunctum maſculis. Quanquam enim fœmellæ non circumcidebantur, tamen, quia genitæ erant a circumciſis patribus, ad quos promiſſio ſpectabat; ero DEUS tuus & ſeminis tui poſt te: ideo fœminæ quoque tanquam ſemen circumciſi populi, erant in fœdere. Z.

Circumciſio etiam fœmellis profuit.

(62) Unde ſolent Pontificii ſolliciti eſſe de multis quæſtionibus v. g. (1) an abortus procurandus ſit, ut poſſit baptizari? *Reſp.* Si humanus ſit, & animatus, *Aff.* Sed fruſtra atque abſurde quæreretur, an abortus procurandus ſit, ut poſſit baptizari? (2) An, ſiquidem partus nequeat in lucem edi, Fœminæ parturientis corpori aqua ſit aſpergenda, ut infans hac ratione in utero matris baptizaretur, antequam moriatur. (3) An infantis in partu conſtituti pes, aut brachium aliave pars emiſſa & foris apparens poſſit baptizari? Hos, aliosque complures ſcrupulos & diſquiſitiones peperit falſa hypotheſis de abſoluta neceſſitate & de directe operativa efficacia Baptismi. De abortu,

Quæſtiones inanes Pontificiorum ex hypotheſi de neceſſitate abſoluta baptiſmi.

§. 8. Is r) quoque, cujus mater (63) vel præ-gnans *r) can. ſi ad matris.*

„nach denn die heilige Tauffe ein Sacrament der Wiedergeburth „iſt / erfordert die Natur dieſes Sacraments / daß das Kind ſo „das Sacrament der Wiedergeburth empfahen ſoll / zuvor an die „Welt gebohren ſey. Eadem fere verba invenies in der Weym. „Kirchen-Ordn. *L. 2. cap. 12.* §. *1.* & ordin. Eccleſ. Hallenſ. Tit. „von der Noth-Tauffe in verbis: was weiter & Niederſächſ. Kir„chen-Ordnung *fol. 171.* ibi zum funfften muß ꝛc. Sic etiam novi„mus caſum, ubi in patria obſtetrici cuidam propterea, quod ſuaſu „parientis, quæ ob pudorem, paſtorem (putabat enim eum advenientem „baptizaturum eſſe partum) admittere recuſabat, fœtum nondum „totaliter ex ventre egreſſum, baptizaverat, pœnam carceris ad ali„quot dies dictatam fuiſſe. Quod idem obſervandum eſt in eo ca„ſu, ubi partus quidem perfectus, ab utero tamen puerperæ ob alia „impedimenta ſeparari non poteſt, vid. Braunſchw. Kirchen-Ordn. „*fol. 69. in verbis* ſondern ſolche Leibes-Frucht. T.

ad §. 8.

(63) Quæſitum etiam fuit: An fœminæ conſuetam purgationem patientes baptizari poſſint. De qua quæſtione ita Voetius *d. l. p. 650.* In antiqua Eccleſia ſcrupulus hic ita invaluit, ut etiam decretum conditum fuerit: quod non conveniat Mulierem tempore purgationis ſuæ baptizari: Photius *in nomocanone tit. 4. cap. 16.* ubi annotat, Timothei Can. 6. Sed hoc ſapit ceremonialia V. T. per Chriſti crucem abrogata. Et ſi ceremonialis immunditia contracta per purgationes Fœminarum nunc non magis locum habet, quam per contactum cadaveris, manducationem carnis porcinæ, aut leporinæ, aut ſuffocati: cur magis aut minus ab externa communione verbi, & ſacramentorum excluderentur Fœminæ, quam alii quicunque ſive viri ſive fœminæ alio quo defluxu aut quocunque morbo ſive curabili ſive incurabili laborantes. Aut enim propter ſe excluderentur, aut propter alios in Eccleſia. Non propter alios in Eccleſia, quia nullum contagium ex tali purgatione ad alios tranſit; nec *Dubium de baptiſmo fœminarum tempore menſtrui.*

 ulla

& can. ſeq. de conſecr. diſtin. 4.

gnans, (64) vel in ipſa hora qua parturit, mortis ûrgente periculo, baptiſmatis gratiam perceperit, baptizari poterit, nec propterea bis baptizatus reputabitur cum utique ad maternum corpus, cum eſſet in utero, pertineret: nec ibi regeneratio reperiri poſſit, (65) ubi gene-

ulla fœditas, quæ faſtidium pariat, aliorum oculis objicitur. Non propter ſe, quia conſcientiæ ipſius per hanc purgationem nullus obex, ſecundum legem, ponitur. Eſt ergo hoc totum ad *κακοζηλίαν* ceremoniæ Judaicæ relegandum, uti & puerperarum purgationes, juxta *Levitic. 12.* in Papatu, obſervatæ. T.

Dubium de baptiſmo fœminæ gravidæ.

(64) De baptizanda aut non baptizanda muliere prægnante apud antiquos quæſitum fuiſſe conſtat ex *Concil. Neocæſarienſis can. 8.* ubi baptiſmus ille mandatur. Metuebant enim, ne ſi gravidas ex Gentiliſmo ad fidem accedentes baptizarent, & fœtus ejus in utero baptizatus crederetur. Sed in *cit. Can. Concilii Neocæſarienſis* (quod habitum anno 314.) contra deciditur, quod *ȣ̓δὲν ἐν τȣ́τῳ κοινωνεῖ ἡ τίκτȣσα τῷ τικτομένῳ.* Vide & alia teſtimonia *diſt. 4. de conſecrat. cap. 114. & ſeq.* Voetius *d. l. p. 647.* T.

Canoniſtarum hodiernorum doctrina de baptizando infante nondum nato.

(65) Sed alia mens ſedet Moraliſtis hodiernis, qui volunt in caſu, quo fœtus edi non poteſt, & periculum mortis immineat, poſſe & debere fœtum illum quomodocunque & quacunque corporis parte conſpicuum baptizari, ita ut ſufficiat, vel manum tantum, aut pedem, aut digitum, imo crines etiam, & ſecundinam, ſi nulla alia pars ex utero appareat, baptizari. Diana *part. 5. tract. 3. reſolut. 12.* Joh. Præpoſit. *part. 3. qu. 66. art. 8. dub. 3.* Baſilius Pontius *lib. 4. c. 25. n. 27.* Jacob. Marchant. *in candelabro Sacrament. tr. 2. qu. 1. caſ. 2.* Soto *in 4. diſt. 3. qu. un. §. 3.* Ochagavia *de Sacram. tr. de baptiſm. qu. 4. n. 3.* Et ipſi tamen viciſſim conſultius ducunt, ut, ſi deinceps fœtus editus fuerit, de novo ille baptizetur. Joh. Bapt. Coſta *de remed. ſubſid. c. 127. n. 6. 7.* Quo ipſo, quantum priori baptiſmo tribuant, haud obſcure produnt. Nec vero decet Chriſtianos teſſeras ſuas veluti ludos exponere. Z.

(66)

Digitized by Google

generatio non præceſſerit,nec in hoc infanti,qui naſcitur, aliquid mater participat, cum uniuscujusque propria voluntas in confeſſione ſit attendenda.(66)

Muti,ſurdi,& ægrotantes baptizari poſſunt.

§. 9. Muti quoque, s) & ſurdi,(67) item ægrotantes, qui pro ſe reſpondere non poſſunt,(68) aliis pro *s) can. parvuli alio. & can ſeq.*

(66) De fide enim interrogabantur catechumeni, antequam baptizarentur, neque aliter ad fontem lavacri admiſſos reperies, niſi ejus rationem aliquam reddidiſſent. Vid. Auguſtin. *de fid. & operib. cap. 6. & 9. & lib. 8. Confeſſ. c. 2.* Præterea paulo antequam mergerentur, baptiſmum ſe optare, ſe baptizari velle magna voce conteſtabantur. Mater igitur uterum gerens de ſua tantum animi intentione & fide reſpondet, ut fœtus in utero ex baptiſmo matris nihil plane participet. Z. *Declaratio.*

ad §. 9.

(67) Qui tantum muti & non ſurdi ſunt, ſi fidem ex auditu aut ex lectione Scripturæ perceptam analogico ſignorum ſermone profiteantur, & ſancta converſatione cohoneſtent, ſine dubio baptizari debent. Qui ſurdi ſunt ex caſu, ſi fidem jam ante ex auditu & lectione perceptam hoc in ſtatu per ſigna aut ſcripturam, aut ſi muti ſimul non ſunt, viva voce profiteantur, etiam baptizari debent. Qui vero ſurdi ſunt nativitate, quia difficulter & non niſi per externa ſigna atque imagines ſive picturas Chriſtianam fidem edoceri poſſunt, baptizari non debent, niſi certam aliquam fidei ſuæ ſignificationem ediderint, ſeque vita & moribus inculpatos præſtiterint. Z. *Quatenus ſurdi & muti baptizandi.*

(68) Si illi cathechumeni ſunt, utique admitti poſſunt ad baptiſmum, quod eorum animus, voluntas & cupiditas toto cathechumenatu nemini non cognita dubitationem omnem de dando baptiſmo tollat. Si gentiles, admitti non debent, quod nec de fide nec deſiderio eorum conſtet. Vid. Gabr. Albaſpinæus *not. in can. 34. concilii Carthaginenſis III.* Fuerunt autem olim duo genera eorum, qui gravi morbo decumbentes baptizabantur, quique exinde Clinici dicebantur. Alterum eorum, qui Chriſtianam fidem amplexi & morbo *Quatenus ægrotantes.*

Digitized by Google

d. diſt. 4. de conſec. pro ſe profitentibus, (69) recte baptizari poterunt.

Dormiens & amens, ſi ante ſomnum & amentiam habuerunt propoſitum baptizandi, baptizari poſſunt.

t) cap. majores. in fin. extra. eod. de Baptiſm.

§. 10. De (70) dormientibus *t)* & amentibus (71) quæ-

---

bo præventi, in ipſa ægritudine baptizabantur, de quibus agit Epiphanius *hæreſ. 28*. Alterum eorum, qui profeſſione Chriſtiani jam erant, baptiſmum tamen ad extremum vitæ conſulto differebant, ſimul & baptizari & mori volentes, ne, qui erat ſeculi error, poſt acceptum baptiſmum ubi peccaſſent, nihil haberent reliquum, quo peccata expiare poſſent. In poſterius hoc genus acri reprehenſione inſurrexerunt patres. Prius autem reprehendi ideo nequit, quia in catechumenatu facile quis morbo infeſtari poteſt. Vid. Chriſtoph. Juſtell. *ad cod. can. Eccleſ. univerſ. p. 170. 171.* Z.

Sponſores pro ægrotantibus promittentes. Baptiſmus pro mortuis.

(69) Perinde ut in baptiſmo infantum. Quæ enim hi per ſe reſpondere & promittere & profiteri non poterant, eorum nomine reſponderunt, & promiſerunt & profeſſi ſunt ſuſceptores, ſeu Patrini, aut ſponſores. Vid. Auguſt. *epiſt. 23, & ſermon. 116. de tempore.* Id vero adhuc latius extenderunt Cerinthiani & Marcionitæ, qui etiam pro mortuis ut reſponderent & baptizarentur alii, admiſerunt. Sic enim de Marcionitis Chryſoſtomus *hom. 40. in Cor. 15. Poſtquam catechumenus quiſpiam apud eos exceſſerit, ſub lecto mortui abſconſo aliquo, qui vivit, accedunt ad mortuum, & alloquuntur, & rogant, velitne baptiſmum accipere deinde illo nihil reſpondente, is qui eſt abſconſus inferius, pro illo dicit ſe velle baptizari, & ſic eum baptiſant pro eo qui exceſſit &c.* Z.

ad §. 10.

Objectio contra neceſſitatem.

(70) I. Inutilis videtur de his diſceptatio. Cur enim non vigilanti potius baptiſmus conferri debet? & quæ eſt hæc neceſſitas, quæ dormientes baptizare coget? Z

Reſponſio tentata.

II. Reſpondi ad hanc quæſtionem in *diſput. Lipſienſi de jure circa ſomnum & ſomnia cap. 2. §. 7. Provocat Pontifex ad Eccleſiam*

quæſitum eſt, & plane ſi prius quam dormirent, aut amentiam incurrerent, non baptizandi propoſitum haberent, quia in eis eadem perdurare voluntas intelligitur, ſi ſic immerſi fuerint, characterem ſacramenti non ſuſcipiunt: ſecus autem, ſi prius catechumeni extitiſſent, & baptizandi propoſitum habuiſſent: tales enim in neceſſitatis articulo baptizare conſuevit Eccleſia. Tunc ergo characterem ſacramentalis imprimit operatio, tum obicem voluntatis contrariæ non invenit obſiſtentem.

Invitus baptizatus characterem ſuſcipit, & cogendus eſt ad obſervantiam fidei: ſecus ſi penitus coactus ſit.

§. II.

ſiam, quæ tales homines in neceſſitatis articulo conſueverit baptizare, hoc eſt, ut Thomas l. 2. qu. 113. art. 1. dicit, in periculo mortis, id enim haud dubie innuit Papa & ex eo Lancelottus, non aliam aliquam neceſſitatis ſpeciem. Interim cum Zieglerus ſupra aliquoties cum cordatioribus quibusdam negaverit neceſſitatem illam abſolutam Baptiſmi a Canoniſtis effictam, etiamſi ſic explicetur Lancelottus, remanebit tamen emphaſis quæſtionis a Zieglero propoſitæ. T.

(71) Veram amentiam definiunt, cum phantaſia & ratiocinatio ita læſa eſt, ut nec principia cognoſcat, nec ullos conceptus gignere poſſit. Eamque porro vel naturalem vel adventitiam, propter morbum ſc. vel vulnus, vel aliam cauſam, faciunt. De adventitia hic ſermonem eſſe nemini dubium eſt. Et quanquam ſint, qui cum autore ſentiant, cavendum tamen omnino eſt, ne temere baptiſmus conferatur, præſertim cum contemptus baptiſmi, non privatio ejus damnet. Add. Gisbert. Voet. *diſp. theol. part. 2. p. 424. ſeqq.* Quæ vero de charactere hic fabulatur autor, humanæ mentis idola eſſe diximus ſupra tit. anteced. Z. *Similis objectio de baptiſmo amentium.*

Digitized by Google

u) d. c. majores verſ. propter.

§. II. Sed & ſi quis non ſponte, *x*) dum tamen non omnino coactus baptiſmatis ſuſceperit ſacramentum, Chriſtianitatis characterem ſuſcipit:utputa; cum quis terroribus, atque ſuppliciis (72) ad undam ſalutarem

ad §. II.

Impietas coactionis ad Baptiſmum.

(72) De duplici violentia & coactione hic agit autor, tum ea, quæ tendit ad baptiſmum ſuſcipiendum, tum altera, quæ ita baptizatum cogit ad Chriſtianæ fidei obſervantiam. Neutra Chriſtianum hominem decet. Et tamen utramque eam quotidie exercent Religionis pontificiæ propugnatores. *Verum ſæviant illi,* (ſunt verba B. Auguſtini) *qui neſciunt, quo cum labore verum inveniatur, & quam difficile caveantur errores. Illi ſæviant, qui neſciunt, quam rarum & arduum ſit, carnalia phantaſmata piæ mentis ſerenitate ſuperare. Illi ſæviant, qui neſciunt, quanta difficultate ſanetur oculus interioris hominis, ut poſſit intueri ſolem ſuum. Illi ſæviant, qui neſciunt, quibus gemitibus & ſuſpiriis fiat; ut ex quantulacunque parte poſſit intelligi DEUS.* Nobis nefas eſt ſævire, quorum auribus perpetuo inſonat Prophetæ illud, *veritatem & pacem diligite,* quibus ante oculos poſita lex Evangelica, *quod tibi non vis fieri, id alteri ne feceris,* quibus denique ſemper in manibus illud Apoſtoli; *Servum Domini non oportet pugnare, ſed placidum eſſe erga omnes, aptum ad docendum, tolerantem malos, cum lenitate erudientem eos, qui contrario ſunt animo affecti, ſi quando det eis DEUS forte reſipiſcentiam ad agnitionem veritatis. Fides ſuadenda eſt,* inquit Bernhardus *ſerm. 66. in Cant. non imperanda.* Et *ſerm. 64. Hæretici capiantur potius, quam effugentur. Capiantur dico, non armis, ſed argumentis, quibus refellantur errores eorum.* Et Auguſtinus *epiſt. 48. neminem,* ait, *ad unitatem Chriſti eſſe cogendum, verbo eſſe agendum, diſputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos catholicos haberemus, quos apertos hæreticos noveramus.* Certe cum unica hac ratione & Arianos & Apollinariſtas, & Macedonianos & Sabellianos alios.

rem trahitur, & ob id tanquam conditionaliter volens,(73) licet abſolute non velit, eſt ad fidei Chriſtianæ cogendus obſervantiam. Ille vero, qui nunquam conſentit, ſed penitus contradicit, nec rem, nec characterem ſacramenti ſuſcipit. (74) Plus eſt enim expreſſe contradicere, quam minime conſentire.

Is

aliosque ſui temporis hæreticos in viam a ſe reductos, glorietur Sanctiſſimus Nazianzenus, ſevitia autem aliis infeliciter ceſſerit, par utique eſt, ad tanti viri exemplum, animum, linguam & calamum componere. Tortoribus enim magis, lictoribus & carnificibus convenit diſputandi ratio ſanguinaria, quam Apoſtolis & Eccleſiæ Doctoribus. Z.

(73) Ad hanc objectionem Pontificis reſpondi *in d. diſput.* §. 4. *Subtilitatem audis ex Gentilium philoſophia ortam, qui non ſolum actiones metu patratas ad ſpontaneas referebant, ſed & effectum moralem tribuebant iisdem, clamantes: coactam voluntatem etiam eſſe voluntatem, cujus rei fragmenta etiam in Jure Juſtinianeo deprehendimus, nam ſi quis metu inductus promiſiſſet, ex iſta erronea hypotheſi jure civili oriebatur obligatio. Æquiores tamen Innocentio Ethnici erant; Quippe Prætor, iniquitatem abſurdæ iſtius illationis ſentiens, non ſolum exceptionem dabat promittenti, ſed & per actionem eum reſtituebat in integrum. Æquiores Pontifice ſunt Doctores Pontificii, obſervantes, quod initiatus metu non cogatur continentiam ſervare, quando metus fuerit, cadens in virum conſtantem.* Hæc philoſophia Pontificis viam pandit latronibus ut conveniant innocentes, qui metu mortis ipſis pecuniam dare promiſerant. Nam & tum latro dicet; *cogendus eſt ad promisſionis obſervantiam: Etſi enim non abſolute voluerit promittere, voluit tamen promittere conditionaliter.* T. *Declaratio præcedentium.*

(74) De charactere nolumus diſputare, cum is merum ſit figmentum cerebri humani. De re autem, quod ait Autor, ideo ad- *Contra id, quod Lancellottus de re*

mitti

Is de quo non eſt præſumtio, quod ſit baptizatus, debet ſine metu iterationis baptizari.

x) can. ſi nulla extant. de conſecr. diſt. 4.

§. 12. Illud *x*) in dubium venire non debet, quoties nulla extant indicia inter propinquos & familiares, quibus aliquos baptizatos eſſe doceri poſſit, eoſdem baptizari minime prohibendos (75) eſſe. Quod enim factum eſſe neſcitur, nulla ratio ſinit, ut iteratum videatur: nec temeritas intervenit præſumptionis, ubi eſt diligentia pietatis. De eo tamen, *y*) qui Chriſtianis

y) c. fin. de presbyter. non bapt.

Sacramenti hic dicit.

mitti nequit, quia ad integritatem & ſanctitatem Sacramenti nihil facit, quid credat & quali fide imbutus ſit ille, qui Sacramentum accipit. Intereſt quidem plurimum ad ſalutis viam, ſed ad Sacramenti veritatem & eſſentiam nihil intereſt. Fieri enim poteſt, ut homo integrum accipiat Sacramentum, ſed plane perverſam habeat fidem. Et idcirco diſputat Auguſtinus, errorem in fide, ejus qui baptizatur, utilitatem quidem baptiſmi, quod ad ſalutis viam attinet, excludere; Sacramentum tamen illi non deeſſe, nec ſi convertatur, repeti oportere, tunc enim demum, cum fides vera facta fuerit, Sacramentum prius ſuſceptum vires ſuas exſerere *lib. 4. contr. Donatiſt. c. 15.* Z.

ad §. 12.

Contra baptiſmum conditionalem Pontificiorum.

(75) Sed volunt tum adminiſtrari debere baptiſmum ſub conditione hoc modo: *Si baptizatus es, non te baptizo; Sed ſi non baptizatus es, ego te baptizo in nomine Patris, &c.* Quam conditionem non hoc tantum caſu, ſed alibi ſæpe, quando de validitate baptiſmi dubium naſcitur, addendum eſſe conſulunt. Et tradit Johannes Chapeaville apud Paulum Laymannum *in theol. mor. lib. 5. tr. 2. c. 5. in fin.* hanc regulam: *Si dubium de valore Sacramenti publice notum eſt, conditio in ejus collatione exprimi debet; ſin vero occultum eſt, conditio tacite ſubintelligenda.* Quaſi vero conditio hæc quicquam faciat vel ad valorem vel ad efficaciam Sacramenti. Z.

(76)

Digitized by Google

nis parentibus natus inter Chriſtianos eſt fideliter converſatus, (76) tam violenter præſumitur, quod baptizatus fuerit, ut hæc præſumptio pro v.ritate habenda, donec evidentiſſimis argumentis contrarium probatum fuerit. (77)

Ite-

(76) Si enim inter Chriſtianos educatus aut converſatus non eſt, vacillat præſumtio. Quo facit Synodica Lucæ Patriarchæ Conſtantinop. *c. 21.* *Cum infantes*, inquit, *ex Chriſtianorum regione a Scythis & Agarenis bello capti eſſent, & empti a Romanis, dubitatum eſt, an oporteat venundatos rebaptizari. Dicebant enim nonnulli, quoniam ex Chriſtiana regione capti ſunt, præſumptio eſt, eos fuiſſe baptizatos in patria ætate infantili, nec denuo rebaptizandos eſſe. Magis tamen placuit, eos debere baptizari, quod neſciant, an in infantia fuerint baptizati, nec ulli inveniantur, qui baptiſmum affirment, &c.* Quin & Laymannus *loco ſupra citato* putat, dari poſſe tales conjecturas, quæ præſumtionem accepti baptiſmi tollant, & contrarium veriſimile efficiant, eoque refert e.g. ſi quis a veneficis parentibus natus fuerit; it. ſi a Diabolo valde infeſtetur, &c. quæ tamen profecto tales mihi haud videntur, ut præſumtionem accepti baptiſmi elidere poſſint. Z. *Præſumtiones contra Chriſtianorum liberos examinantur.*

(77) Ut evenit noſtris temporibus, reſpectu cujusdam Archiepiſcopi, cui jam ad honores profecto conſtitit Romæ ex ſua nutrice, quæ forte fortuna illum inviſerat, ſe ab illa ſola tinctum fuiſſe, (quod in periculo mortis verſari infans videretur,) idque in nomine B. Mariæ virginis, nulla facta vel Chriſti vel Trinitatis mentione: unde ille varios movit ſcrupulos de Epiſcopis à ſe conſecratis, presbyteris a ſe & illis poſtea ordinatis, hoſtiis per illos in objectum adorationis populo propoſitis, matrimoniis ab illis celebratis, &c. qui, cum inſolubiles eſſent ex hypotheſibus Ecc. Rom. ſilentio preſſi ſunt, forte ex regula quæ dicit: *Error communis jus facit*, ut notant JCti *ad l. Barbarius 3. ff. de off. prætoris.* M. *p. 175.* *Caſus ſingularis.*

 ad

Iterum ſcienter baptizatus debet ſeveriſſime puniri, ignoranter vero bis baptizatus non poteſt ordinari, niſi ex neceſſitate.

z) can. qui bis de conſecr. diſt. 4. §. 13. Quod ſi z) quis ſciens & prudens (78) iterum baptizari ſuſtinuerit, arctiſſimæ pœnitentiæ ſubjiciendus erit: quod ſi ignoranter, nulla quidem imponenda erit pœnitentia, *a*) ſed niſi magna cogat neceſſitas, ordinari non poterit.

a) c. confirmandum 50. diſt.

Iterantes Baptiſmum ſunt deponendi ab officio & beneficiis

b) c. rebaptizare de conſecr. d 4. §. 14. Illi quoque *b*) qui auſu temarario in homine jam baptizato cœleſte lavacrum iterare auſi fuerint, excommunicationis mucrone percuſſi, ab omni officio & beneficio eccleſiaſtico deponentur. (79)

Mul-

ad §. 13.

Pœna civiles contra anabaptiſmum. (78) Etiam civiles leges anabaptiſmum ſeverè prohibuerunt, atque eum tùm in baptizante, tùm in baptizato ſatis gravibus pœnis vindicarunt, uti videre eſt ex *tot. tit. Cod. & Theodoſiani & Juſtinian. ne ſanct. baptiſm. iteret.* adeo ut ultimo eos ſupplicio percelli velint Honorius & Theodoſius Impp. *l 2. C. eod.* Z.

ad §. 14.

Declaratio ulterior. (79) In *l. 2 C. Theod. ne ſanct. bapt. iteret.* ſanciunt Impp. Gratianus Valens & Valentianus, ut rebaptizantes Eccleſias, quas contra fidem retinent, reſtituere debeant. Quæ verba non depoſitionem tantùm ſed ipſam degradationem innuere videntur. Is enim reſtituit, qui cedit, qui renunciat, qui abdicat ſe jure ſuo, qui omni ſpe recuperandi dejicitur. Et omnino ſeverius eo tempore in hujusmodi homines animadvertere oportuit, cum propter Donatiſtarum hæreſin longè lateque ſe diffundentem in immenſum excreſceret eorum numerus. Z.

ad

Multa fiunt in baptiſmo, quæ non ſunt de ejus ſubſtantia.

§. 15. Poſtremo ſciendum eſt, quod licet verbo tantum c) & elemento, baptiſmatis ſubſtantia contineatur & forma, multa tamen a ſanctis patribus ad ejus decorem fuerunt ſolenniter (80) conſtituta, d) ut immerſionis (81) numerus, (82) exorciſmi, (83) clericorum ex ſuſ-

c) c. non ut ext. eod.

d) c. ſive parvuli & ſeq. de conſ. d. 4.

ad §. 15.

Nota generalis de additionibus Papalibus ad baptiſmum.

(80) Adjuncta Baptiſmi antecedentia, concomitantia, conſequentia quamplurima numerantur a *Pamelio*, *Joh. Stephano*, *Durando*, *Guilielmo Pariſienſi*, *Guidone Vicecomite* modo *cit.* Quæ pleraque nos tanquam ἐπεισάκτυς hominum traditiones & conſuetudines, cultum divinum onerantes aut corrumpentes, una litura delenda cenſemus, ut ad primævam Eccleſiæ Apoſtolicæ ſimplicitatem, omnia quantum fieri poteſt, revocentur. Id enim verum quod prius, & quod ab Apoſtolis. *Lancelottus Andrews in opuſculis poſthumis in ſtricturis ſeu Reſp. ad Cardin. Perroni cap. 18. Lib 1. p. 13.* cauſam contra Pontificios acturus, concedit, chriſma, ſalem, candelas, exorciſmos, ſignum crucis, Epphata, conſecrationem aquæ, eſſe in poteſtate Eccleſiæ, & poſſe ab ea retineri aut mutari. Sed talis conceſſio aliarum traditionum longiſſimum ſyrma, & quidni tandem bonam partem Papatus poſt ſe traheret. Ita Voetius *P. 1. lib. 2. p. 695.* T.

Specialis de confeſſione fidei.

(81) Catechiſmum etiam ſeu confeſſionem fidei abſurde præmitti Baptiſmo infantum, vel ex ipſis ceremoniarum iſtarum Rationariis evincere poſſumus. Sic enim de illis Joh. Baptiſta de Rubeis in novo Rationali divinorum officiorum *lib. 1. cap. 20. pag. 42. b.* *Quantum ad ſecundam ceremoniarum Baptiſmi expoſitionem, notandum eſt, quod in primitiva Eccleſia quando baptizabantur, erant adulti, & ipſi reſpondebant, ſed prius inſtruebantur.* Hic vides ad adultos pertinere catechiſmum & inſtructionem præparatoriam

riam ; & fidei Chriſtianæ confeſſionem, quam ad propoſitas quæſtiones reſponſione τῦ *credo*, & recitatione formulæ fidei ſeu ſymboli edebant. Voetius *d. l.* T.

De immerſonis numero. (82) Terna olim in uſu erat immerſio. Vid. Tertull. *lib. de coron. milit. c. 3. & adverſus Praxeam c. 26.* Hieron. *dial. adv. Lucifer c. 4.* Cyrillus *cathecheſ. myſtagogica.* Ambroſius *l. 2. de Sacram. c. 7.* In Hiſpania tamen tempore Gregorii Magni uſurpata fuit merſio unica. Hinc enim ille ad Leandrum Epiſcopum *epiſt. 41. Quia in tribus perſonis una ſubſtantia eſt, reprehenſibile eſſe nullatenus poteſt, infantem in baptiſmo vel ter vel ſemel immergere, quando & tribus merſionibus perſonarum trinitatis, & in una poteſt divinitatis ſingularitas deſignari. Sed quia nunc hucusque ab hæreticis infans in baptiſmate tertio mergebatur, fiendum apud nos eſſe non cenſeo, ne, dum merſiones numerant, divinitatem dividant, dumque quod faciebant, faciunt, ſe morem noſtrum viciſſe glorientur,* &c. Hæc Gregorius, cujus tamen deceſſor Pelagius trinam merſionem ſancte obſervandam inculcaverat. Vid. *c. multi ſunt 81. de conſecrat. diſt. 4.* Poſt aliquot annos habita fuit Synodus Toletana IV. in qua *can. 5.* tale fuit Patrum judicium ; *De baptiſmi ſacramento, propter quod in Hiſpaniis quidam Sacerdotes trinam, quidam ſimplam merſionem faciunt, a nonnullis ſchiſma eſſe conſpicitur, & unitas fidei ſcindi videtur. Nam dum Partes diverſo & quaſi contrario modo agunt, alii alios non baptizatos eſſe contendunt.* Laudata deinceps Gregorii Magni ſententia, ſequendam eam ſtatuunt, & ita definiunt; *Propter vitandum ſchiſmatis ſcandalum vel hæretici dogmatis uſum, ſimplam teneamus baptiſmis merſionem, ne videantur apud nos, qui tertio mergunt, hæreticorum approbare aſſertionem, dum ſequuntur & morem.* Z.

De exorciſmo. (83) I. Illis ſignificatur mali ſpiritus expulſio, non quaſi, antequam regeneremur, ſimus ἐνεργούμενοι, ſed quia natura ſumus filii iræ, inimici DEI & mancipia diaboli. Præter baptiſmum tamen non peculiaris aliqua vis & efficacia Exorciſmo tribuenda eſt, ſed vis omnis conſtituenda in precatione Eccleſiæ annexa, quæ dum ritus ejus-

Digitized by Google

ſufflationes, (84) ſalis benedicti exhibitio, (85) ſalivæ con-

ejusmodi uſurpat, DEUM ſimul rogat, ut parvulum liberet Diaboli poteſtate, eumque ſpiritus ſui vinculo, myſtico Eccleſiæ corpori conjungat. Non igitur tam neceſſarius eſt exorciſmus, ut aboleri non poſſit, ſed adhibet tamen eum Eccleſia, tanquam non parum utilem ad ſtatum, in quo nati ſumus, explicandum, & commendandam inſimul ipſius baptiſmi dignitatem, quod a poteſtate Satanæ DEus pater divina ſua potentia propter filium per Spiritum S. nos liberet. Vid. Chemnit. *Loc. de baptiſm.* Z.

II. Exorciſmum in baptiſmo & adjurationes nec a Chriſto & apoſtolis præceptas nec uſitatas fuiſſe fatentur Centuriatores Magdeburgenſes *Cent. 1. lib. 2. cap. 6.* Occaſiones cur exorciſmus in baptiſmo introduceretur, videntur fuiſſe variæ. Nam cum olim baptiſmus certis anni temporibus conferretur, & eodem tempore etiam ejicerentur ab obſeſſis dæmonia per exorciſmum, poſtea etiam in ipſo baptiſmo videtur vel ex ignorantia exorciſmus adhibitus, vel ad autoritatem Cleri augendam vel conſervandam. Præterea etiam cum baptizati adulti e paganis renunciarent operibus diaboli ante baptiſmum, creditum fuit, eos ſaltem ſpiritualiter obſeſſos eſſe a diabolo. Ac poſtea illa perſuaſio etiam ad infantes Chriſtianorum videtur fuiſſe porrecta. Id ſaltem dolendum, quod ob exorciſmum etiam inter proteſtantes multæ eæque graves rixæ & turbæ hactenus fuerint ortæ. De his omnibus vide fuſius Voetium *diſput. ſelect. parte 3. p. 1173. ſeq.* & Friderici Becmanni *diſſertationem Theologicam de exorciſmo, cum additamentis editam Francof. ad Oderam 1685.* T.

(84) Exſufflationibus iſtis efficaciam verbi & baptiſmi indigitarunt Veteres. Auguſtinus *de nupt. & concupiſcent. l. 2 c. 8. In Eccleſia toto Orbe diffuſa ubique omnes baptizandi infantuli non ob aliud exſufflantur, niſi ut ab eis princeps mundi mittatur foras.* Hugo de S. Victore *l. 1. de ſacram. c. 18. exſufflatur ab ipſo, i. e per Spiritum S. cujus ſignum eſt flatus exterior, amovetur diabolus, dum* *De exſufflationibus.*

 per

contactus, inunctio, (86) quæ ſi ex neglectu prætermiſſa fuerint, omiſſio culpæ reos arguet. (87)

Bap-

---

per ea, quæ timet agi, poteſtas ejus minoratur. Vid. pluribus Simeon Theſſalon. *apud Goar. p. 347.* Z.

De ſale & ſputo. (85) Ori ſalem indi & ſputo nares atque aures tangi, quod etiam hodie apud Pontificios uſurpatur, apud Latinos tantum, ut videtur, obtinuit. Iſidorus *de offic. Eccleſ. l. 2. c. 20. Sales in myſterio catechumenis dandos a Patribus ideo eſt inſtitutum, ut eorum guſtu condimentum ſapientiæ percipiant.* Ambroſius, ſi tamen is ipſe eſt, *l. 1. de Sacram. c. 1. Ideo tibi Sacerdos aures tetigit, ut aperirentur aures tuæ ad ſermonem & ad eloquium Sacerdotis, ideo nares, ut bonum odorem accipias pietatis æternæ.* Z.

De inunctione. (86) Intelligere hic videtur eam, quæ baptiſmum antecedit, aut in ipſo actu baptiſmi peragitur, non, quæ eum ſequitur & confirmationis nomine inſignitur, de qua tit. ſeq. Dicitur autem inunctio de qua hic agit, a Pontificiis fieri oleo catechumenorum & ſalutis. Solent enim infantes a Presbytero, qui baptiſmum adminiſtrat poſt exorciſmos, abrenunciationem & catecheſin, antequam baptizentur, in pectore & inter ſcapulas ungi, addito ſigno crucis & hac pronunciata formula: *Ego te linio oleo ſalutis in Chriſto JEſu Domino noſtro.* Didicerunt vero iſtum ritum ungendi Pontificii ſine dubio ab Cyrillo, ex cujus catecheſi myſtagogica ſecunda & tertia ſimilem ritum in Hieroſolymitana Eccleſia in uſu fuiſſe, clarum exiſtit. Sed in hoc tamen differunt Græci a Latinis, quod Græci frontem, pectus, ſcapulas, aures, nares, manus, pedes, totum denique corpus ungant; Latini vero pectus ſolummodo cum ſcapulis. Æthiopes ungunt ſcapulas, granum pectoris ſeu os ſtomachi, & manuum interiores & exteriores partes, genua & omnes juncturas corporis eorum in ſignum crucis. Z.

Iterum de ceremoniis additis in genere. (87) Hoc certum eſt, ceremonias liberas privata autoritate non eſſe introducendas, nec abrogandas. Sed in hoc Pontificii non ſubſiſtunt, verum ceremonias quaſdam faciunt meritorias & partem

cultus

Digitized by Google

Baptiſmus non debet conferri in privatis domibus, niſi ex neceſſitate, vel ob magnam nobilitatem.

§. 16. Illud etiam noviſſime *e*) Viennenſi concilio conſtitutum eſt, ne quis in privatis domibus,(88) ſed dun- *e*) *clem. un. eod. tit.*

cultus divini, illisque tribuunt effectus ſpirituales, ut adeo omitti ſine peccato non poſſint. Quibus proinde ſuum hoc conſilium opponit Georgius Caſſander *in conſultat. art. 9. p. 935. De ſignis & ceremoniis baptiſmi, quæ antiquitus recepta per univerſum orbem conſuetudine uſurpantur, docendi ſunt homines diligenter, hæc non tanquam neceſſaria adhiberi, ut ſine illis baptiſmus inutilis & inefficax ſit habendus: ſed quemadmodum verbis a Chriſto præſcriptis alia quoque verba docendi & hortandi cauſa adjungimus, ita ceremoniæ a Chriſto inſtitutæ, quæ ſimpliciſſima eſt alias quoque ceremonias, quæ Sacramenti hujus dignitatem & vim commendent, tanquam verba quædam viſibilia conjungi.* Cæterum quis ſit uſus ejusmodi ceremoniarum, & quatenus in Eccleſiis noſtris ferendæ ſint, enucleate diſcutit Chemnitius *in Exam. Concil. Trid. part. 2. p. m. 229.* qui omnino videndus. Ritus autem pontificii, ſi non aliter, ad minimum ſua multitudine exorbitant. Tot enim ritus ſuperadditi ipſum divinum & Sacramento eſſentialem ritum quodammodo obruunt & obſcurant, & ab eo unice conſiderando & obſervando animos abducunt. Z.

ad §. 16.

(88) Olim duo erant conſtituta tempora ſolennia huic ſacramento, ſcil. Feſtivitas Paſchalis & Pentecoſtalis *c. 12. d. D. 4.* quamvis infirmis omnia tempora conveniant. *c. 15. & ſeq. d. Diſt. 4.* Et ſemper adminiſtrabatur Sacramentum in publico conventu totius Eccleſiæ, ut tota Eccleſia preces pro Baptiſatis funderet, quod procul dubio magnæ virtutis fuit. Impoſſibile enim eſt, ut DEus non audiat conſpirantia vota multorum. Populus admonebatur negotii gerendi, totus Populus intercedebat apud DEum pro Baptiſandis. B. *p. 305. §. 9.* *Tempus & locus baptiſmi.*

(89)

duntaxat in eccleſiis, (89) in quibus ſunt ad hos fontes ſpecialiter deputati, (90) aliquos audeat baptizare: niſi Regum vel Principum liberi baptizandi fuerint, vel

Objectio. (89) I. Male quidam mori potius infantes permiſerunt, quam extra Eccleſiam privatim baptizare. Vid. Voſſ. *de baptiſm. diſt. 15. th. 11.* Z.

Ejus declaratio. II. Nec eſt quod dicas, hanc objectionem non ferire conſtitutionem Clementis Papæ, cum ipſe hic exceperit caſum neceſſitatis. Siquidem non omnis neceſſitas hic eſt excepta, ſed talis propter quam ad eccleſiam abſque periculo acceſſus haberi nequeat, quorſum non eſt referendus morbus aut debilitas baptizandi. T.

De fontibus baptiſmi. (90) Antiqui poſt pacem Chriſtianis datam fontes & baptiſteria ampliſſima exædificarunt. Onuphr. Panvin. *libr. de præcip. Urb. Rom. Baſilic.* ubi obſervat, in multis civitatibus unum tantum per ſingulas urbes fontem ſive locum, quem baptiſterium vocaverint, prope majorem civitatis baſilicam condidiſſe. Baptiſterium vero Eccleſiæ Lateranenſi adjunctum, hodie adhuc reliquum, quanquam, ut ipſe ait, omnibus ornamentis, quæ inſignia fuiſſe veſtigia ſubindicent, exſpoliatum, ita deſcribit: *Totum eſt forma octangula. In medio habet fontem in terra excavatum ad quinque ulnas, totum tabulis lapideis coopertum, præter pavimentum, quod eſt e calce. Tribus gradibus in id deſcenſus eſt* &c. Aliud baptiſterium a Leone III. Pontifice extructum deſcribit Anaſtaſius Bibliothecarius: *Baptiſterium*, inquit, *quia jam præ nimia vetuſtate ruinæ proximum erat, & quia anguſtior locus populi exiſtebat, qui ad baptiſmum veniebat, in meliorem erexit ſtatum, atque ſacrum fontem in medio largiore ſpacio fundavit, & in circuitu columnis porphyreticis decoravit & in medio fontis columnam poſuit, & ſuper columna agnum ex argento puriſſimo, fundentem aquam.* Cæterum ideo fere fontes vel alvei parari ſolebant, quia baptiſmus per immerſionem ordinarie peragebatur, quæ tamen nec neceſſaria fuit, nec poſſibilis ſemper, præſertim in iis locis, ubi maria vel fluvii non habebantur. Z.

TI-

vel talis neceſſitas emerſerit, propter quam ad eccleſiam absque periculo acceſſus haberi nequeat.

DE SACRAMENTO CHRISMATIS.

TITULUS IV.

Fideles poſt receptum baptiſmum debent chriſmari.

§. I.

QVamvis autem *a*) continuo tranſituris regenerationis ſufficiat beneficium, victuris tamen etiam confirmationis (91) auxilium eſt neceſſarium.

a) c. ſpiritus S. §. & quamvis de conſec. diſt. 5.

TITULUS IV.

ad §. I.

(91) Pontificii peculiare hic faciunt Sacramentum à reliquis diſtinctum. Ejus materiam remotam dicunt eſſe oleum balſamo mixtum, atque ab Epiſcopo conſecratum; proximam, ipſam unctionem in fronte ad ſignum ſeu figuram crucis. Formam ejus: *Signo te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis in nomine Patris, Filii & Spiritus S.* Miniſtrum volunt ſolum Epiſcopum. Tempus quando quis fuerit legitimæ ætatis. Effectum faciunt duplicem, unum, conferre gratiam gratum facientem & quidem majorem gratia baptiſmi in ordine ad roborandam animam contra diaboli impetus, ſed minorem in ordine ad remiſſionem peccatorum: alterum, imprimere characterem, quo adſcribimur in militiam Chriſti. Sed enim confirmatio hæc multum diſtat ab ea, quæ in primitiva Eccleſia fuit in uſu. Habuerunt quidem Veteres etiam inter ritus baptiſmo ſuperadditos aliquam unctionem, ſed inter ritus tantum & ceremonias, quas ut liberas & indifferentes adhiberi nemo ignorat. Nec alius ejus fuit uſus, quam ut commonefacerent baptizatos, quod ge-

Monita generalia de confirmatione & quod non ſit ſacramentum.

 rere

b) c. de his d. diſt.

um. (92) Ita enim (*b*) conjuncta ſunt hæc duo ſacramenta (93) ut unum ab altero, niſi morte præveniente,

rere ſe in poſterum debeant, tanquam Reges, Sacerdotes, & athletæ ſpirituales, & quod Chriſto ſepulto ſed e ſepulchro ad novam & immortalem vitam reſurgenti confirmari debeant. Materia, forma, & miniſter, quales Pontificii requirunt, nec ex ſcriptura, nec teſtimonio antiquitatis, nec conſenſu aliarum Eccleſiarum probari ullo modo poteſt. Nec igitur perſuaderi poſſumus, ut confirmationem Pontificiam Sacramentum eſſe credamus. Ipſe Eugenius IV. inſtructione Armeniorum docet, Apoſtolos per manuum impoſitionem Spiritum S. dediſſe, *loco autem*, inquit, *illius manus impoſitionis datur in Eccleſia Confirmatio.* Atqui, ſi ea Sacramentum eſſet a Chriſto inſtitutum, impoſitio manuum in ritus illos plane diverſos commutari nulla humana vel Eccleſiaſtica poteſtate potuiſſet. Ingenue igitur Alexander Alenſis *part. 4. quæſt. 24. membr. 1. ſine præjudicio,* inquit, *dicendum, quod neque Dominus hoc Sacramentum inſtituit, neque diſpenſavit, neque Apoſtoli, ſed inſtitutum eſt in Concilio Meldenſi.* & Petrus de Alliaco *in 4 ſent. quæſt. 4. art. 1. ſupponitur,* ait, *ſic inſtitutum fuiſſe a Chriſto, & Apoſtolos ſic uſos fuiſſe, licet hoc non legatur in Scriptura.* Z.

Contra neceſſitatem confirmationis.

(92) Non eſſe neceſſarium patet ex eo, quod unctionem Veteres tantum inter ritus & ceremonias baptiſmo ſuperadditas habuerint. Quantum igitur neceſſitati confirmationis tribuitur, tantum efficaciæ baptiſmi decedit, Z.

Qua ratione ex confirmatione olim baptiſmo conjuncta, factum ſit peculiare ſacramentum.

(93) I. Apud Veteres inunctio Chriſmatis non fuit peculiare aliquod Sacramentum diverſum a baptiſmo; ſed uti varias habuerunt ceremonias antecedentes intinctionem baptiſmi: ita etiam habuerunt varias poſt intinctionem, connexas tamen ipſi actioni baptiſmi: Pontificii autem plane disjungunt ea, & plane diverſa faciunt Sacramenta. Factum autem & natum id videtur exinde: Antiquitus, quando ab hæreticis aut Schiſmaticis aliquis vero baptiſmo baptizatus ad Eccleſiam redibat, tunc non rebaptizabatur, ſed vel impoſitione manuum,

nuum, vel unctione Chriſmatis recipiebatur. Ita & quando urgente neceſſitate a Catechumeno vel Laico aliquo baptizatus fuerat, ut baptiſmus ille tanquam verus confirmaretur, ducebatur baptizatus ad Epiſcopum. Et narrat porro Hieronymus, ſuo tempore Eccleſiarum conſuetudinem fuiſſe, ut ad eos, qui in minoribus urbibus per presbyteros & diaconos baptizati erant, Epiſcopus ad invocationem Spiritus S. manum impoſiturus excurreret. Baptizati enim tales de fide interrogabantur, & examinabantur, & quando Epiſcopus intelligebat eos recte credere & legitime baptizatos eſſe, verbo eos confirmabat, & impoſitis manibus Spiritum S. pro ipſis invocabat, ut in fide perſeverarent. Et tum igitur, quia divelli cœperat ritus iſte confirmationis ab actione baptiſmi, ſenſim peculiare exinde factum fuit Sacramentum, cui tamen omnia fere Sacramenti requiſita deeſſe diximus ſupra, *tit. 2.* Addo inſuper illud, etiam Euchariſtiam dictam quandoque fuiſſe confirmationem, quia baptiſatis olim protinus conferebatur tanquam Sacramentorum complementum & perfectio, quod late docet Joſephus Vice Comes *in antiq. baptiſm. l. 5. c. 34.* Alcuinus *tr. de ceremon. bapt.* ita ſcribit de bpatiſato & Chriſmato: *Confirmatur poſtea corpore & ſanguine domini, ut ſciat per talia myſteria diabolum expulſum ab ejus corde ac Chriſtum inhabitare.* In Ordine Romano *tit. de ordinat. Diaconor.* ita legitur: *Expleta confractione diaconus minor levata de ſubdiacono patena refert eam ad Pontificem, ut communicet corpore dominico. Sed ipſe Pontifex confirmatur ab Archidiacono in calice ſancto, de quo parum refundit Archidiaconus in majorem calicem, ſive in ſcyphum, quem tenet acolythus, ut ex eodem ſacro vaſe confirmetur populus.* Non igitur neceſſe eſt, ut quandocunque apud veteres confirmationis vocabulum occurrit, nos protinus aliud aliquod extra Euchariſtiam fingamus Sacramentum. Z.

II. Diſtinctius originem, quomodo confirmatio facta fuerit peculiare ſacramentum ex Dallæo explicat Dn. Böhmerus *diſſ. 10. ad Tertull. §. fin.* his verbis: „Hoc jus ſibi facilius vindicare poterant Epiſcopi, poſtquam uni tantum eccleſiæ præerant, in qua omnia „ſacra dirigebant. Introductis parochialibus eccleſiis, quibus pres- *Ulterior declaratio notæ præcedentis,*

 „byte-

te, ſeparari non debeat. (94)

Chriſmatis ſacramentum operatur augmentum gratiæ, & ſoli epiſcopi chriſmant.

§. 2. Igitur omnes fideles poſt baptiſmum paracletum

„byteri præficiebantur, ſacra quidem quædam illis communicata ſunt, „in eccleſiis parochialibus peragenda: epiſcopi tamen jus baptizan„di ſibi adhuc longo tempore reſervarunt. Neque enim in omni„bus eccleſiis ab initio fuit fons baptiſmalis, ſed tantum in quibus„dam, quæ proinde *eccleſiæ baptiſmales* fuerunt dictæ, *c. 54. 55. C. 16.* „*q. 1.* Et quidem ab initio ſolæ epiſcopales eccleſiæ baptiſterium ha„buerunt vid. CHRISTIANUS LUPUS *de afric. eccl. a*„*pell. c. 28.* CAROLUS DU FRESNE *in gloſſar. voce ba*„*ptiſterium*, poſtea tamen plures in uno loco exſtructæ ſunt ec„cleſiæ baptiſmales, & cum his omnibus non poſſit præeſſe epiſco„pus, inde tandem epiſcopi presbyteris, qui eis præerant, jus bapti„zandi communicarunt, ut ita parochi *miniſtri ordinarii baptiſmi* „facti ſint, quemadmodum jure novo canonico cavetur. Quoddam „tamen jus adhuc ſibi reſervarunt epiſcopi, *confirmationem* ſcilicet „*baptizatorum*, quæ olim ceremonia & appendix baptiſmi erat, & „ita neceſſario ab epiſcopo, qui totum actum baptiſmi peragebat, fieri „debebat, TERTULLIANO *c. VII. de baptiſmo* teſte. Nam etiam „Patres Eliberini *c 38.* illos, qui caſu neceſſitatis a laicis baptizati „erant, offerendos eſſe epiſcopo cenſuerunt, ut manus impoſitionem „perficeret. Sic etiam, licet Presbyteri poſtea jus baptizandi accipe„rent, epiſcopis tamen regulariter ſalvum manſit *jus confirmandi*, „& ita quod antea erat ceremonia baptiſmi, ſacramenti rationem in„duere cepit, quod DALLAEVS *de confirm.* erudite demonſtra„vit. T.

Remiſſio. (94) Videatur in hanc rem *can.* 77. Concilii Eliberini, & ibi Gabriel Albaſpinæus. Z.

ad

cletum *c*) per manus impoſitionem (95) accipere debent, ut perfecte Chriſtiani inveniantur, (96) Spiritus *d*) ſanctus enim, qui ſuper aquas baptiſmi ſalutifero deſcendit lapſu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione robur & augmentum præſtat ad gratiam. Unde *e*) cum cæteras unctiones ſimplex ſacerdos vel presbyter valeat exhibere, hanc non niſi ſummus ſacerdos, hoc eſt epiſcopus conferre

c) can. noviſſime de conſecr. diſt. 5.
d) can. 1. de conſecr. d. 5.
e) can. unic. §. per front. ex-

---

ad §. 2.

(95) Manuum impoſitio tum inter Judæos, tum inter Chriſtianos Eccleſiæ primitivæ uſitata, & ab ipſo Salvatore Chriſto ejusque Apoſtolis plurimum frequentata fuit. Vid. Richard Montacut. *de orig. Eccleſ part. 2. p. 228.* Erat quippe in primitiva Eccleſia promiſſio de effuſione viſibilium donorum Spiritus S. ſuper credentes, quam Apoſtoli impetrabant orantes ſuper eos & adhibentes ritum impoſitionis manuum, non mandatum illum quidem, ſed ideo tamen uſitatum, ut præter benedictionem ſeu invocationem divinam (quæ impoſitioni ejusmodi aut expreſſim aut tacite ut comes adeſſe ſolet) perſona, de qua agitur, palam certiusque deſignaretur. Vid. Hugonis Menardi *obſervationes in Gregorii Magni librum Sacramentorum.* Duplex autem fuit χειροθετία, εὐλογίας videlicet & καθιερώσεως. Nec enim omnis manuum impoſitio conſecrationis fuit ſymbolum, ſed etiam orationis ſuper hominem, cui manus imponebantur. Chriſtoph. Juſtell *ad Cod. Can. Eccleſ. univ. p. 155.* Apud Pontificios in confirmationis actu impoſitio manuum eſt abolita, & ejus loco confirmando levis infligitur alapa. Vid. Pontificale Roman. per Clement. VIII. edit. Z.

Monita de manuum impoſitione.

(96) Effectus, qui hic confirmationi tribuuntur, ab ejus inventoribus primis nunquam fuerunt intenti; ſed ſunt Eccleſiæ ſequioris ἀποκύημα. Z.

Inventum recentioris ævi.

tr. de ſacr. re debet : (97) alioqui nulla excuſante conſuetud-
unct. & ne
can. manus quoq; de conſecr. diſt. 5.

Origo Chriſmatis.

(97) I. Primum de conficiendo Chriſmate decretum ſeculo quarto ab Sylveſtro Papa prodiit, nec ullius Eccleſiæ uſu ante id tempus receptum fuit, ut ſolus Epiſcopus frontem Chriſmate ſignaret. Vid. David. Blondell. *apol. de Epiſc. & presbyt. pag. 145. & 209.* Et Hieronymi *in dial. contr. Lucifer.* ſententia hæc eſt, non eſſe ex neceſſitate legis, quod Epiſcopus ſolus per manus impoſitionem Spiritum S. conferat, ſed hoc eſſe ex Eccleſiæ inſtitutione ad honorem ſacerdotii. Vid. Alphonſ. a Caſtro *in voc. Epiſcopus.* Accommodate hinc Beda *in Pſalm. 26. Sciendum,* inquit, *quod illa unctio, quæ per manuum impoſitionem ab Epiſcopis, quaſi alia a duabus prædictis, & vulgo confirmatio dicitur, eadem eſt cum ſecunda; propter arrogantiam tamen non conceſſa eſt ſingulis ſacerdotibus, ſicut & multa alia.* Z.

An etiam presbyteri poſſint confirmare.

II. At Jeſuitæ prætendunt etiam *ſimplicem ſacerdotem ex commiſſione ſummi ſacerdotis poſſe hoc ſacramentum conferre,* ut habet Coninck *q. 72. de ſacram. art. 11. dub. unico. concl. 2. §. 104.* Et Gregorius I. *lib. I. ep. 26.* conceſſit, *ubi Epiſcopi deſunt, ut presbyteri etiam in frontibus baptizatos chriſmate tangere debeant,* quod patet etiam factum olim *ex can. Poſtquam* modo citato, *diſt. 4. de Conſ.* ut niſi validiori argumento propugnetur diſcrimen inter Epiſcopum & Presbyterum, quam ab imaginario hoc ſacramento, facile ſit collapſurum : Nec conſtat ratio qua chriſmare baptizatos in pectore presbyteris liceat, *Cann. Presbyteris. & Presbyteri. diſt. 4. de Conſec.* in fronte non liceat : cum tamen Rabanus *can. Poſtquam.* jam bis citato, ita habeat; *poſtquam aſcenderit baptizatus de fonte, ſtatim ſignatur in cerebro a presbytero cum ſacro chriſmate.* M. *p. 176.*

Controverſia inter Sirmondum & Aurelium.

III. Provocat etiam Mareſius *d. l.* in quæſtione an chriſma pertineat ad ſolum Epiſcopum & an ſit de eſſentia confirmationis ad controverſiam peculiarem ea de re inter Sirmondum Jeſuitam & Pa-

Digitized by Google

ne (98) chriſmatio irrita habebitur & vacua, nec inter eccleſiaſtica ſacramenta reputabitur, (99) cum manum impoſuiſſe (100) præter apoſtolos, (101) quorum hodie vicem ſuſtinent epiſcopi, 102) nulli alii leguntur.

Jeju-

Patrem Aurelium, item ad Joh. le Moyne Jeſuitæ Apologiam Gallicam pro ſuis *ſect. 10.* Hiſtoriam & momenta controverſiæ inter Sirmondum & Aurelium latius explicat Zieglerus *de Epiſc. lib. 3. c. 5.* §. *3. ſeq. p. 522. ſeq.* & Petri de Marca ſententiam de ea examinat §. *8. ſeq. p. 524. ſeq.* T.

(98) Atqui Sardis, Hiſpanis, Gallis & Græcis etiam poſt promulgata Romanæ Eccleſiæ decreta aliud in uſu fuiſſe late deducit Blondellus *d. l.* Z. *Conſuetudo contraria.*

(99) At permiſit Sardis Gregorius *lib. 3. epiſt. 26.* ut presbyteri etiam in frontibus baptizatos chriſmate tangere deberent. Et Gregorius XIII. in gratiam Indorum ſimplici presbytero conferendæ chriſmationis poteſtatem dedit. Numquid igitur in Pontificis erit arbitrio, Sacramenta facere, & iterum evertere aut abrogare? Z. *Contraria diſpoſitio Paparum.*

(100) Plus eſt in concluſione, quam fuit in præmiſſis. Quæ enim conſequentia? Apoſtoli baptizatis manus impoſuerunt, qui ita acceperunt Spiritum S. Ergo nunc in Eccceleſia Chriſmate conſecrato linienda eſt frons baptizatorum cum conceptis illis verbis ſupra memoratis? Si dixeris, hoc ſaltem inde ſequi, utrobique cauſam efficientem eſſe Epiſcopum, adhuc reſpondeo, a diverſis argumentationem non procedere. Multum enim differunt impoſitio manuum, & inunctio Chriſmatis in fronte. Z. *Ratiocinatio inepta.*

(101) Non ſequitur, ad diaconi preces & impoſitionem manus Spiritum S. nunquam deſcendiſſe, ſed Apoſtolis a diaconis hunc honorem reſervatum, ut ipſimet Spiritus adventum implorarent, Chryſoſtomus notat. *homil. 18. in act. apoſt.* Z. *Adhuc alia.*

(102) Apoſtolos omnium Eccleſiæ paſtorum, ſive Epiſcopi ſive pres- *Objectio.*

Jejunis a jejuno debet dari Chriſma, niſi neceſſitas aliud cogat.

§. 3. Accedent igitur qui legitimæ ſunt ætatis,(103) ad confirmationem jejuni, (*f*) ut a jejunis epiſcopis ſacro (104) chriſmate in fronte (105) deliniti per manus

f) can. ut jejuni & can. ſeq. de conſecr. diſt. 5.

presbyteri fuerint, formam & primitivum exemplar præbuiſſe, nec functione Eccleſiaſtica differentiam tum fuiſſe dixi ſupra *lib. 1. tit. 21, §. & non ineleganter.* Z. *vid. ſupra p. 273. not. 302.*

ad §. 3.

Quænam ætas legitima? (103) h. e. qui ad pubertatis annos pervenerunt. In id enim tempus differtur hodie apud Pontificios chriſmatio. At olim etiam infantes confirmabantur. Vid. lib. Sacrament. *ad fin. oper. Gregorii.* Z.

Triplex Chriſma Pontificiorum. (104) Triplici hodie in ſacris ſuis unguento utuntur Pontificii. (1) Eſt oleum infirmorum ex puro oleo olivæ, quo moribundi unguntur. (2) Eſt oleum, quod catechumenorum & ſalutis vocant, eoque infantes baptizandi a presbytero baptizante poſt exorciſmos, antequam baptizentur, in pectore & inter ſcapulas ungi ſolent (3) eſt chriſma ex oleo olivæ cum admixtione balſami die cœnæ Domini ab aliquo Epiſcopo precibus, ſigno crucis, inhalatione & ſalutatione confectum. Hoc infantes ſtatim poſt acceptum baptiſmum a presbytero, qui baptizavit, in vertice inunguntur, his additis verbis: *DEus omnipotens Pater Domini noſtri JEſu Chriſti, qui te regeneravit ex aqua & Spiritu S. quisque dedit tibi remiſſionem omnium peccatorum, ipſe te liniat chriſmate ſalutis in Chriſto JEſu Domino noſtro in vitam æternam, Amen.* Et hoc idem Chriſma poſtea etiam in confirmatione ab Epiſcopo uſurpatur, maximæque pututur eſſe efficaciæ, quod certis & præſcriptis exorciſandi & benedicendi formulis conſecratum antea fuerit. Z.

Unctio in fronte. (105) In hoc ſcilicet ἀξίωμα Epiſcoporum eſſe volunt Pontificii, quod illis in fronte ungere baptizatos liceat, presbyteris autem tantum in pectore & vertice. Frons vero ita delibuta panno albo, qui

nus impoſitionem paracletum recipiant. (106) Plane infirmis & morte periclitantibus, vel qualibet cauſa impeditis, nulla de jejunio habita ratione,(107) manus imponi poterit.

In Baptiſmo, Confirmatione, & Catechiſmo debent patrini intervenire.

§. 4. Illud g) commune eſt (108) tam his qui bap-ti- *g) can. vos ante om-*

---

qui ſeptimo poſt die deponitur, circumcingitur, ne recens unctio vel defluat, vel deleatur. Z.

(106) Prima Eccleſia Apoſtolica promiſſionem habuit de ef-fuſione donorum Spiritus S. viſibilium ſuper credentes. Quando igitur Apoſtoli ſuper ipſos orabant, adhibebant uſitatum tunc temporis ſymbolum, impoſitionem manuum. Quod ſi effuſio illa ſenſibilium donorum in Eccleſia adhuc duraret, recte adhiberetur etiam impoſitio manuum, quæ & ad orationes adhiberi ſolebat. Quia autem temporale illud donum fuit, & poſtquam doctrina Evangelii jam ſatis confirmata fuerat, in Eccleſia deſiit, retineri quidem adhuc poteſt χειροθεσία, ſed expectari tamen exinde dona iſta Spiritus S. viſibilia amplius non poſſunt. Z. *Manuum impoſitio quid hodie operetur?*

(107) Perpetua hæc eſt theſis pontificiorum, jejunium Chriſtianorum eſſe meritorium & ſatisfactorium, ea ipſa autem merito & ſatisfactioni Salvatoris Chriſti detrahi, noſtri jam pridem oſtenderunt Theologi. Cæterum jejunium non eſt per ſe præceptum divinitus, quia cibi ſumptio moderata non eſt prohibita: neque etiam per ſe facit ad gloriam DEI, quia comeſtio temperans non eſt gloriæ DEI adverſa, denique nec per ſe DEO placet jejunium, cum cibi uſus moderatus DEO non diſpliceat. Quia tamen jejunium adminiculum eſt pietatis, & ſignum humiliationis coram DEO, in noſtris etiam Eccleſiis identidem illud inculcatur, jejuno ore & corde tractari debere ſacra, & ſancte adeo atque pie omnia peragi debere Z. Conf. ſupra *p. 323. not. 352.* *Monita de jejunio.*

ad §. 4.

(108) Et hoc commune eſt, quod nec baptismus nec confirmatio debe- *Monita de prohibita rei-*

nia de con- ſecr. diſt. 4. tizandi ſunt, quam etiam illis qui confirmationis munus recipere debent, ut aliquem in patrinum (109) habeant, qui eosdem in religione Chriſtiana & fide Dominica inſtituat, (110) & qui pro eis apud DEum, quaſi fidejuſſor exiſtat: (111) quod & in Catechiſmo (112) obſervandum erit.

Pa-

Iteratione chriſmatis. debeant reiterari. Vide ſupra *tit. 2. §. 4 Can. dictum eſt 8. diſt. 5. de conſec.* Hoc *can. dictum* ſancitur ut illi *non ſæculo ſed ſoli Deo ſub habitu regulari, vel clericali* debeant famulari, quos contigerit *bis vel ter vel amplius baptizatos aut confirmatos fuiſſe*, quaſi vitioſa repetitio Sacramenti eos ſanctiores faciat: Non ſit tamen magni hoc Sacramentum in Papatu, niſi ab iis, qui hunc characterem beſtiæ in fronte debent ſumere ut cum illa negotiari queant. M. *176*.

Origo patrinorum. (109) Et hic ſcilicet, ſi infans fuerit baptizandus, reſpondere debet ea quæ infans confiteri ore diſerto adhuc nequit. Ritum hunc adhibendi patrinos in Eccleſia Chriſtiana Immanuel Tremellius profectum putat ex ritu Judæorum, qui ſimiliter teſtes adhibuerint de impoſito nomine, cum infans circumcideretur, *ad Eſ. cap. 8. verſ. 2.* Eo enim die nomina infantibus impoſita fuiſſe, ex antiqua quidem traditione notum eſt. Vid. Richard. Montacut. *de orig. Eccleſ. part. 1. pag. 83.* Atque ſic etiam Chriſtiani eo tempore, quo baptizatur infans, nomen imponere ſolent, Montacut. *d. l. p. 104.* Pontificii longius progreſſi aliud porro a baptiſmali hoc nomine imponunt tempore confirmationis, atque hoc præferri quandoque nomini baptiſmali idem notat Montacutius *p. 115.* Z. Confer *ſupra not. 58.*

Alcuini teſtimonium. (110) Alcuinus *lib. de offic. divin. p. 262. tom. X. bibl. Pp.* Patrini providere debent, ut, cum ad intelligibilem ætatem pervenerint, fide & bonis moribus inſtruant, orationem dominicam & ſymbolum eos inſtanter erudiant. Quod ſi neglexerint, norint ſe rationem pro eis reddituros ante Dominum, quorum ſponſores extiterunt. Z.

Patrini ſponſores. (111) Spondent enim hoc ipſo, ſe curaturos, ut in fide & pietate

Digitized by Google

Patrini non debent eſſe plures, vel non baptizati, vel confirmandi.

§. 5. Admonendi tamen ſumus, quod nec plures quenquam in baptiſmo aut in confirmatione ſuſcipere debent, ſed unus *h*) tantum, (113) ſive vir, ſive mulier: *h) can non plures de*

te Chriſtiana, quos baptizandos offerunt, educentur. Z.

(112) Significatur hic catechiſmi examen, quod baptiſmo præmitti ſolebat, & ſcrutinium dicebatur. Adulti quidem in ejusmodi examine ipſi ad interrogationes reſpondebant, & diabolo ejusque operibus renunciabant. Pueri quoque ipſi ore ſuo acceptam catechiſmi doctrinam recitabant, patrinorum tamen, quos vocant, ſeu ſuſceptorum præſidio aliquo opus habebant; quare cum ad confeſſionem edendam ſeſe ſiſterent, pedem ſuam ſuſceptoris pedi imponebant. Infantes vero & parvuli, qui a ſuſceptoribus geſtabantur, ipſi profeſſionem fidei edere non poterant, & idcirco nomine eorum reſpondebant patrini ſeu ſuſceptores. Add. Cujac. *ad. c. 5. X. de cognat. ſpirit.* Z. Conf. *ſupra n. 81.* *Catechiſmus in baptiſmo.*

ad. §. 5.

(113) Cauſam prohibitionis edidit Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. c. 2.* ne ſcil. nimium extendatur cognatio ſpiritualis, & coarctetur ita libertas nubendi. Sed enim cum cognatio ſpiritualis nullo fundamento nitatur, nec proinde impedimentum aliquod matrimonii naſci inde poſſit, fruſtra erit prohibitio, ne plures uno patrini rogentur. Et ineunte jam ſeculo decimo quinto circa annum MCCCCX. uſum adhuc fuiſſe plurium patrinorum apparet ex verbis Joh. Petri de Ferrariis, quando *in prax. tit. 33. n. 12.* quærit: *Si plures levent unum de ſacro fonte (ut fit quotidie) nunquid inter ſe excepto levato poterunt matrimonium contrahere:* Idque affirmat cum Innocentio. Statuunt enim Doctores cognationem ſpiritualem non contrahi inter ipſosmet patrinos. Vid. Auguſtin. Barboſa *ad concil. Trid. ſeſſ. 24 c. 2. n. 19.* Multitudinem tamen ſuſceptorum vitandam, præſertim ſi quæſtus cauſa fiat, recte præcepit Conventus Melodunenſis ann. 1579. his verbis; *Nec enim in ele-* *Monita de numero patrinorum.*

 ctio-

conſec. diſt. 4. & can. ſeq. lier: nec quemquam quiſpiam tenere, vel levare poterit, qui ipſe baptizatus non ſit, vel confirmatus.

Parentes non poſſunt eſſe patrini propriorum filiorum, nec Abbates, vel monachi aliorum.

i) can. non licet. de conſecr. diſt. 4. §. 6. Parentes quoque (114) proprios filios, vel Abbates, *i)* vel monachi (115) alienos de ſacro fonte ſuſcipere aut in confirmatione tenere non debent.

Nec baptiſmus, nec Chriſma poſſunt iterari, & utrumque conferri poteſt tempore interdicti.

k) c. dictum eſt diſt 5. de conſecr. §. 7. Commune etiam illud eſt utriſque, quod & neutrum (ut paulo ante diximus) iterari (116) poteſt, *k)* quippe quod ambo characterem imprimunt, & quod interdicti tempore ob imminens ex dilatione peri-

ctione patrinorum potiſſimum reſpectus ad tales patrinos habendus, ut ab eis aut in paupertate aut in mundi rebus favorem potius, quam filiorum ſalutem expectent. Admoneantur ſæpius a parocho, ut tales deinceps eligant, quales & rei magnitudo & ſuſcipiendorum filiorum ſalus exigit: ut ſe ſc. tales ætate præſtare valeant & velint, quales tanti vadimonii gravitas poſtulat. Similia habentur in articulis generalib. Saxonic. *tit. 6.* Z.

ad §. 6.

Olim parentes etiam erant patrini. (114) Ipſos etiam parentes aliquando obtuliſſe liquet ex Auguſtini *Epiſt. 23.* Interrogat enim Auguſtinum Coepiſcopus Bonifacius: *Quid eſt illud, quod quando ad baptiſmum offeruntur, pro eis parentes tanquam fidedictores reſpondent &c.* Z.

Cur Monachi prohibeantur. (115) Quod ideo conſtitutum videtur, ne extra monaſteria evocentur, & negotiis alienis implicentur monachi. Z.

ad §. 7.

Iterum de iteratione. (116) Baptiſmum iterari non debere, diximus *tit. anteced.* ubi & dogma de charactere inventum plane humanum eſſe notavimus. De confirmatione autem non eſt, quod ſolliciti ſimus, cum nec Sacra-

Digitized by Google

periculum utrumque conferri, *l*) & pro utroque chriſma confici poterit, ut infra ſuo loco latius exponemus. *l) c. reſponſo de ſent. excomm.*

DE POENITENTIIS, ET REMISSIONIBUS.

TITULUS V.

Quid ſit pœnitentia, & effectus pœnitentiæ.

§. I.

POenitentia, (117) eſt Sacramentum, (118) quod contritione, confeſſione, & ſatisfactione concurrentibus

---

cramenti quidem requiſita habeat, & adeo fruſtraneum ſit de aliis qualitatibus diſquirere. Z. Repete dicta *nota 105*.

TIT. V.

ad §. 1.

(117) Jam aliquoties monui, maximum momentum arcanorum Papatus conſiſtere in corruptione terminorum in ſacris literis occurrentium, eorumque detorſione ad ſenſum plane alienum. Qua in re uti non tam fraus Cleri, quam ſtupiditas Laicorum ſibi ita craſſiſſime imponi patientium, notari meretur; ita vel maxime hujus moniti illuſtre exemplum præbet vox pœnitentiæ, de qua ante omnia videndum, quisnam ſit ejus vocis genuinus ſenſus apud ſcriptores probatos & impartiales, antequam definitionem ejus hic a Lancelotto traditam, & quæſtionem, an pœnitentia ſit ſacramentum, examinemus. Gellius *l. 17. noct. Attic. cap. 1.* dum ex inſtituto de vocis hujus ſignificatu agit, ita ſcribit, *Pœnitere, inquiunt tum dicere ſolemus, quum, quæ ipſi fecimus, aut quæ de noſtra voluntate, noſtroque conſilio facta ſint, ea nobis poſt incipiunt diſplicere, ſententiamque in iis noſtram demutamus.* Et paulo poſt: *Eſt hæc quidem, quam dicunt, verbi hujuſce ſententia. & pœnitere, niſi in voluntariis rebus, non probe dicitur.* Ergo pœnitentia eſt diſpli- *Pœnitentia quid ſit apud ſcriptores Græcos & Latinos.* *Locus Gellii*

centia, non actionum pure intellectualium verſantium circa cognitionem veri aut falſi, qua talis, ſed quatenus his admixtæ ſunt actiones voluntariæ, occupatæ non ſolum circa cognitionem boni & mali, ſed etiam circa praxin. Etiamſi in quæſtionibus de vero & falſo in genere mutemus ſententias, etiamſi prior opinio nobis diſpliceat, non tamen earum nos pœnitet. Pœnitet vero factorum a voluntate noſtra provenientium, dum ea quæ revera mala ſunt fecimus, cum cupiditate & delectatione quadam, quia putavimus eſſe bona, quæ jam averſamur, & dolemus nos ea feciſſe, quia jam cognoſcimus ea eſſe mala. Hinc non male a Philoſophis pœnitentia inter affectus & virtutes refertur. Duæ igitur ſunt partes eſſentiales pœnitentiæ, agnitio ſtultitiæ noſtræ, & ſerium propoſitum in poſterum aliter faciendi. Huc reſpexit Cicero in *Oratione Philippica 12. c. 2. Quid autem integrum non eſt ſapienti, quod reſtitui poteſt? Cujusvis hominis eſt errare, nullius, niſi inſipientis, in errore perſeverare. Poſteriores enim cogitationes, ut ajunt, ſapientiores ſolent eſſe.* Et paulo poſt. *Quodſi eſt erratum, redeamus in viam. Optimus eſt portus pœnitenti, mutatio conſilii.* Et iterum *lib. 5. Tuſc. quæſt. c. 18. Ut ſtultitia, etſi adepta eſt, quod concupivit, nunquam ſe tamen ſatis conſecutam putat: Sic ſapientia ſemper eo contenta eſt, quod adeſt, neque eam unquam ſui pænitet.* Et *cap. 28. Sapientis eſt proprium, nihil, quod pœnitere poſſit, facere.* Confer Senecam, *lib. 4. de benefic. cap 34.* Non eſt ſine agnitione ſtultitiæ pœnitentia, nec ſine propoſito aliter faciendi. Qui dolent ſe turpiter feciſſe, metu ſolo pœnæ, non agnoſcunt ſe ſtulte feciſſe, non deteſtantur factum, ſed dolent, ſe non clam feciſſe ne puniri poſſint, non mutant propoſitum, ſed optant, ut iterum facere liceat, modo non puniantur. Ergo pœnitentia vera pœnam non metuit. Ita Horatius *lib. 1. Epiſt. 16. verſ. 52.*

Ciceronis.

Pœnitentia non metuit pœnam.

Oderunt peccare boni virtutis amore
Tu nihil admittes in te formidine pœnæ

ſive ut poſtea mutatus in omnium ore eſt verſiculus poſterior:

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Pœnitentia juridica & philoſophica. Eodem hoc ſignificatu pœnitentiæ utuntur JCti in doctrina de con-

tracti-

tractibus, niſi quod hi magis ſolliciti ſint de pœnitentia ratione damni in quæſtionibus de meo & tuo, cum contra Philoſophi conſiderent pœnitentiam in quæſtionibus de honeſto & turpi. Convenit utraque pœnitentia, quod utraque præſupponat agnitionem ſtultitiæ & mutationem propoſiti; At pœnitentia de qua agit philoſophia moralis, inſuper conjuncta eſt cum pudore facti. Adjuncta vero pœnitentiæ non eſſentialia, ſed quæ modo ſic, modo aliter ſe habent, varia ſunt. *Adjuncta pœnitentia varia.* Alii enim dum eos ſerio pudet actionum commiſſarum, flent ac plorant; Alii contra, dum eos pudet rei geſtæ, tacent & ſerii ſunt, etſi non plorent. Denique rurſus alii, qui hilarioris ſunt animi, dum eos pudet, nec tacent nec plorant, ſed ipſi ſtultitiam propriam cum indignatione rident, & hac irriſione ſuam maxime ſeriam pœnitentiam teſtantur. Variatio hæc dependet a diverſis hominum temperamentis; Sanguineo-melancholici, facile plorant, cholerico-melancholici ſerii ſunt, ſanguineo-cholerici nec ad fletum, nec ad ſerios geſtus proni facilius deteſtationem facti alicujus irriſione teſtantur. Riſibilitas, flebilitas, ſunt utræque homini propriæ affectiones, in ſe nec bonæ nec malæ, ſed quæ pro diverſitate circumſtantiarum & bonæ & malæ fieri poſſunt. Adeoque utrumque falſum eſt, riſum eſſe indicium ſtultitiæ, fletum ſapientiæ; Datur etiam ſimulatus & affectatus riſus, datur etiam ſimulatus& affectatus fletus. Sunt qui flere poſſunt, quoties volunt. Sunt qui flere nequeunt, etiamſi velint, etiamſi maximos dolores ſentiant. Uti ergo non omnis fletus ſeriæ pœnitentiæ indicium eſt, ſi fiat ob metum aut ſenſum pœnæ, aut ſi quis ſimulare fletum noverit, ita nec omne ſeriæ pœnitentiæ indicium in fletu conſiſtit, ſi quis regulariter non ad fletum pronus ſit, aut ſi plorare etiam in tormentis nequeat. *Fletus in pœnitentia non neceſſarius.* Quæ ſingula ita indubie vera ſunt, ut probatione non habeant opus. Conſtant enim ex ſenſu communi & quotidiana experientia. In gratiam tamen eorum, qui etiam in talibus autoritatem deſiderant, excerpere quædam ex Seneca liceat. Ita vero ille *Epiſt. 99. p. m. 588.* *Illuſtratio dictorum, ex Seneca.* *Excidunt etiam retinentibus lacrimæ, & animum profuſæ levant. Quid ergo eſt? permittamus illis cadere, non imperemus. Fluant, quantum affectus ejecerit, non quantum poſcet imitatio. Nihil vero mærori adjiciamus, nec illum ad alienum augeamus exem-*

exemplum. Plus oſtentatio doloris exigit, quam dolor: quotusquiſque ſibi triſtis eſt? Clarius, cum audiuntur, gemunt: & taciti quietique, dum ſecretum eſt; cum aliquos viderint, in fletus novos excitantur. Tum capiti ſuo manus ingerunt, quod potuerant facere, nullo prohibente, liberius: tunc mortem comprecantur ſibi, tunc lectulo devolvuntur. Sine ſpectatore ceſſat dolor. Sequitur nos, ut in aliis rebus, ita in hac quoque hoc vitium, ad plurium exempla componi; nec quid oporteat, ſed quid ſoleat, adſpicere. A natura diſcedimus; populo nos damus, nullius rei bono auctori, & in hac re, ſicut in omnibus, inconſtantiſſimo. Videt aliquem fortem in luctu ſuo? impium vocat, & efferatum. Videt aliquem collabentem & corpori affuſum? eff minatum ait, & enervem. Omnia itaque ad rationem revocanda ſunt. Stultius vero nihil eſt, quam famam captare triſtitiæ, & lacrimas approbare: quas judico ſapienti viro alias permiſſas cadere, alias vi ſua latas. Dicam quid interſit. Cum primum nos nuncius acerbi funeris perculit, cum tenemus corpus e complexu noſtro in ignem tranſiturum, lacrimas naturalis neceſſitas exprimit: & ſpiritus ictu doloris impulſus, quemadmodum totum corpus quatit, ita oculos, quibus ad acentem humorem perpremit & expellit. Hæ lacrimæ per eliſionem cadunt, nolentibus nobis. Aliæ ſunt, quibus exitum damus, cum memoria eorum, quos amiſimus, retractatur: & ineſt quiddam dulce triſtitiæ: cum occurrunt ſermones eorum jucundi, converſatio hilaris, officioſa pietas, tunc oculi velut in gaudio relaxantur. His indulgemus, illis vincimur. Non eſt itaque, quod lacrimas propter circumſtantes aſſidentesque aut contineas, aut exprimas: nec ceſſant, nec fluunt umquam tam turpiter, quam finguntur: Eant ſua ſponte: ire autem poſſunt placidis atque compoſitis. Sæpe ſalva ſapientis auctoritate fluxerunt, tanto temperamento, ut illis nec humanitas, nec dignitas deeſſet. Licet, inquam, naturæ obſequi, gravitate ſervata. Vidi ego in funere ſuorum verendos, in quorum ore amor eminebat, remota omni lugentium ſcæna. Nihil erat, niſi quod veris dabatur affectibus. Eſt aliquis & dolendi decor. Hic ſapienti

pienti ſervandus eſt: & quemadmodum in ceteris rebus, ita & in lacrimis aliquid ſat eſt. Confer eundem *de conſolatione ad Polybium cap. 23. & 24.* Item *de tranquillitate animi cap. 15. p. m. 330. In hoc flectendi ſumus. ut omnia vulgi vitia non inviſa nobis, ſed ridicula videantur: & Democritum potius imitemur, quam Heraclitum. Hic enim quoties in publicum proceſſerat, flebat, ille ridebat. Huic omnia quæ agimus, miſeria; illi ineptiæ videbantur. Elevanda ergo omnia, & facili animo ferenda. Humanius eſt deridere vitam, quam deplorare. Adjice, quod de humano quoque genere melius meretur qui ridet illud, quam qui luget. Ille ſpei bonæ aliquid relinquit: hic tamen ſtulte deflet, quæ corrigi poſſe deſperat. Et univerſa contemplatus, majoris animi eſt, qui riſum non tenet, quam qui lacrimas. Quando leviſſimum affectum animi movet, & nihil magnum, nihil ſeverum nec ſerium quidem, ex tanto apparatu putat. Singula, propter quæ læti ac triſtes ſumus, ſibi quisque proponat, & ſciat verum eſſe, quod Bion dixit,* Omnia hominum negotia ſimilia initiis eſſe, nec vitam illorum magis ſanctam aut ſeveram eſſe, quam conceptus inchoatos. *Sed ſatius eſt, publicos mores & humana vitia placide accipere, nec in riſum nec in lacrimas excidere. Nam alienis malis torqueri, æterna miſeria eſt: alienis delectari malis, voluptas inhumana. Sicut illa inutilis humanitas, flere, quia aliquis filium efferat, & frontem ſuam fingere. In tuis quoque malis id agere te oportet, ut dolori tantum des, quantum poſcit, non quantum conſuetudo. Plerique enim lacrimas fundunt, ut oſtendant: & toties ſiccos oculos habent, quoties ſpectator defuit: turpe judicantes, non flere, cum omnes faciant. Adeo penitus hoc ſe malum fixit, ex aliena opinione pendere, ut in ſimulationem etiam ſimpliſſima res, dolor veniat.* Iterum *Epiſt. 78 p. 459. Dolorem gravem ſentio. Quidni ſentias, ſi illum muliebriter tuleris? Quemadmodum perniciosior eſt hoſtis fugientibus, ſic omne fortuitum incommodum magis inſtat cedenti & averſo. Sed grave eſt. Quid? nos ad hoc fortes ſumus, ut levia portemus? Utrum vis, longum eſſe morbum, an concitatum & brevem? Si longus*

 eſt,

eſt, habet intercapedinem, dat refectioni locum: multum temporis donat. Neceſſe eſt ut exſurgat & deſinat. Brevis morbus ac præceps alterutrum faciet: aut extinguetur, aut extinguet. Quid autem intereſt, non ſit, an non ſim? in utroque finis dolendi eſt. Illud quoque proderit, ad alias cogitationes avertere animum, & a dolore diſcedere. Cogita quid honeſte, quid fortiter feceris: bonas partes tecum ipſe tracta: memoriam in ea quæ maxime miratus, ſparge. Tunc tibi fortiſſimus quiſque, & victor doloris, occurrat. Ille qui non deſiit ridere, cum hoc ipſum irati tortores omnia inſtrumenta crudelitatis experirentur. Non vincetur dolor ratione, qui victus eſt riſu? Quidquid vis, nunc licet dicas, diſtillationes, & vim continuæ tuſſis egerentem viſcerum partes, & febrem præcordia ipſa torrentem, & ſitim, & artus in diverſum articulis excuntibus tortos: plus eſt flamma, & equuleus, & lamina, & vulneribus ipſis intumeſcentibus, quod illa renovaret & altius urgeret impreſſum. Inter hæc tamen aliquis non gemuit: parum eſt; non rogavit: parum eſt; non reſpondit: parum eſt; riſit, & quidem ex animo: vis tu poſthoc dolorem deridere? (Aut, ut non ſine ratione Lipſius corrigit: *vis tu poſt hoc minorem dolorem non deridere?*)

Idem ſignificatus pœnitentiæ in ſacris litteris.

Neque alius eſt pœnitentiæ in ſacris literis ſignificatus. De ſignificatu loquor, non de fundamento pœnitentiæ, (neque enim nunc quæro, utrum pœnitentia Chriſtiana proveniat a viribus naturalibus an ſupranaturalibus, de eo enim agetur *ad* §. *5.*) *Vox ipſa*, inquit Dallæus *lib. 2. de auric. confeſſione c. 4. p. 143. qua & Chriſtus & Paulus & divini ſcriptores* (alii) *in hoc negotio paſſim utuntur, eſt* μετανοεῖν *pœnitere, vel ut alii malunt reſipiſcere, proprie & ex Etymo mentem mutare &, quæ ante probaveras, ea jam reſpuere ac refutare. Jam quis Græce peritus eum* μετανοεῖν *negaverit, qui admiſſum a ſe peccatum ex animo dolens, & ab eo tota mente refugiens bene ſancteque, & contra quam hactenus egerat, vitam inſtituit, &c.*

Apud Canoniſtas pœnitentia in pœnam mutata.

Jam videamus quid Pontificii & Canoniſtæ de ſignificatu pœnitentiæ doceant. *Nimirum*, ita pergit Dallæus *d. l. error, & prava ex errore conſuetudo vocabulorum apud eos uſum hic, ut in ple-*

rnque

riſque aliis invertit, ac immutavit, ſed eum eſſe in ſacris ſcriptoribus, verbi μετανοεῖν aut pœnitere vel pœnitentiam agere, uſum & ſenſum, nemo in iis verſatus dixerit. Initio pœnitentiæ vocabulum in jure Canonico pœnam denotat, quæ pro expiandis criminibus imponitur delinquentibus, ut variis eam in rem adductis conciliorum locis latius probat Zieglerus *de Epiſcopis lib. 3 cap. 12. §. 1.* Occurrit etiam hic ſignificatus apud Lancelottum *lib. 2. tit. 10. §. 17.* verbis *injungenda pœnitentia.* Unde etiam in Germanico idiomate cum pœnitere ſit einem etwas leid ſeyn/ einem etwas gereuen/ & vera pœnitentia ſit Reue / autoritas juris Canonici effecit, ut loco eorum dicamus Buße/Buße thun/ etwas büſſen. Buße vero, ut vel ex ſpeculo Saxonico conſtat, eſt pœna. Hunc vero ſignificatum nunquam in mente habuerunt Chriſtus, Prophetæ, Apoſtoli. Et quomodo in mente habere potuiſſent, cum pœna ex natura ſua debeat inferri invito, pœnitentia vero ſeria ſit ſerium animi propoſitum, id eſt voluntatis pœnam non metuentis, per ſupra dicta. Si autorem hujus detorſionis quæris, Auguſtinus eſt, ex quo excerptus eſt *can. 4. diſt. 3. de pœnitentia Pœnitere*, inquit, *eſt pœnam tenere.* Unde communiter Scholaſtici *pœnitentiam* dicunt eſſe *pœnætenentiam.* Admiſſo vero uno abſurdo ſecuta ſunt plura. Requiſiverunt etiam ad diſtingnendam veram pœnitentiam a falſa, ut illa ſine lacrymis eſſe nequeat. Vide *can. 42. ead. diſt. 3.* qui ex Ambroſio deſcriptus eſt, quamvis nec hic doctrina Canoniſtarum cohæreat, cum alibi Iſidorus *can. 11. ibid.* fateatur, *multos lacrimas indeſinenter fundere, & peccare tamen non deſinere*, h. e. lacrimantes etiam maximos poſſe eſſe hypocritas, & adeo lacrymas poſſe eſſe adjunctum tam ſeriæ quam fucatæ pœnitentiæ. Ut ſaltem ſpecimen exhibeam, quam ineptire ſoleant Pontificii in doctrina de neceſſitate lacrymarum in pœnitentia, adjiciam locum Ripæ *de peſte cap. 8. ſeu ultimo.* Ita vero dictum caput incipit *p. 299. Sed quia uſu videmus, Medicos, & medicorum ſcientiam huic morbo cedere. & quia in præludiis diximus, hominum ſcelera peſtilentiæ cauſam eſſe, cui cauſæ occurrere non eſt medicorum: idcirco ſtatui unum certum, verum, probatum, & indubitatum remedium paucis edocere, & inde li-*

Contra intentionem Chriſti. & contra naturam.

Item lacrimarum effuſio neceſſaria pars pœnitentia.

Specimen, quam ineptire ſoleant Pontificii in doctrina de neceſſitate lacrymarum ex Ripâ de peſte.

bellum noſtrum concludere. Recipe ergo Syrupum aquæ vivæ quem bibas, deinde recipe lachrymarum unciam unam, & apoſtema ſive bozulum lava, quam dilutam gladio ſcinde, & emplaſtrum ex herba ſalutis, & oleo virtutis confectum ſuperimpone, quod non amoveas, niſi te liberum perfecte ſcias. Ut credas firmiter hoc eſſe tutum, & verum remedium rationibus, auctoritatibus, & exemplis juſtificabo illud, ſingulas remedii partes declarando, ut ſcias in infirmitate tibi ipſe conſulere, &c. Tum ita pergit *n. 12. ſeq p. 302. Sed quid ſi aliquis ſit tam duri cordis, & tam exſiccati cerebri, ut non valeat lachrymulam quidem emittere, nec inveniat, qui ſibi lachrymas mutuet, an huic ſuperſit ullum remedium? Breviter reſpondebo. Si damna temporis, ſi amici mors, cordis ſui duritiam aliquando mollificant, & lachrymarum fontem eliciunt, non videtur excuſandus, qui peccati dolorem flendo nequit oſtendere.* c. ſunt plures de pœnit. diſtinct. 3. *Dices hanc ſententiam nimis eſſe ſeveram. Ego autem juſtiſſimam credo ſi recte intelligatur. Nam ſi ex duritie cordis, & voluntatis non poſſit lachrymas effundere, ideo non poteſt, quia non vult. Si ergo vitam non vult, juſtum eſt, quod mortem habeat, & in peccato ſuo moriatur. Sed ſi ex defectu naturæ flere nequeat, ſatis eſt, quod lachrymis mentis per venas, & per cutim ad bozulam transmittat lachrymus, quia cor contritum, & humiliatum DEus non deſpicit, qui magis cordis gemitum, quam oculorum rivulos reſpicit.* c. quem pœnitet, de pœn. diſtinct. 1. *DIXI UNCIAM, quia octo ſaltem lachrymas arbitror neceſſarias, ad bene perfecteque diluendum morbum. Octo enim drachmæ unciam conſtituunt*, ut not per gl. in l. 2. C. de metallariis & metallis lib. 11, *quibus octo drachmis æquipollent octo pœnitentiæ lachrymæ. Nam ad diluendum ſeptem peccata mortalia, ſeptem ſaltem lachrymæ ſunt neceſſariæ. Minor enim numerus non ſufficeret, nec peccatorum numero proportionabilis eſſet. Quid enim prodeſſet peccatum luxuriæ plangere, & adhuc avaritiæ æſtu anhelare? Oportet enim omnium pœnitere. Quod oſtendit Chriſtus, qui ſeptem dæmonia ejecit a muto & ſurdo.* Matth. 12. & Marc. 5. *Parum enim fuiſſet ſex expellere,*

bus peccatorum operatur remiſſionem. (119) Multiplex

lere, & unum dimittere, c. ſunt plures. de pœn. diſtinct. 3. *Octava autem lacbryma, quæ futurorum ſcelerum dolorem, & abſtinentiam deſignat, niſi conjungatur, ſeptem lacbrymæ parum juvabunt, neque a peſte liberabunt, neque ullam offerent ſanitatem. Oportet enim perpetrata delicta plangere, & plangenda non perpetrare.* T.

Pœnitentia non eſt ſacramentum.

(118) I. Pœnitentiam Sacramentum eſſe volunt Pontificii, ſed non niſi eam, quam poſt reſurrectionem Domini in ſufflatione in diſcipulos inſtitutam perhibent, excluſa quæ fuit in V. T. & quam prædicavit Johannes, nec non ea, qua non renati ante ſuſceptum baptiſmum convertuntur; accipiuntque non tantum pro actibus illis, quos edunt pœnitentes, ſed etiam ſimul pro abſolutione miniſtri, ita ut ex hac & iſtis complexe ſumptis Sacramentum conſtituatur, cujus forma in his miniſtri verbis conſiſtat; *Ego te abſolvo* &c. Materia ex actibus pœnitentis, contritione, confeſſione & ſatisfactione conſtet. Nos vero talem complexam vocis pœnitentiæ ſignificationem in Scripturis nullibi invenimus, ſed perpetuus ejus uſus in ipſa tota peccatoris perſona ſubſiſtit, & vel totam ejus converſionem denotat, vel tantum unam ejus partem, contritionem. Male igitur abſolutio cum ipſa pœnitentia confunditur, & quanquam in illa promiſſio ſingulis ſpecialiter applicetur, quia tamen deeſt externum elementum a Chriſto in hunc uſum deſtinatum, manifeſtum eſt, non poſſe Sacramentum dici, ea ſc. notatione, qua Sacramenta dicuntur baptiſmus & Euchariſtia. Z.

II. Cum pœnitentia ſit officium ſpeciale, imo virtus, ut volunt ſcholaſtici, fruſtra mutatur in ritum & ſacramentum. M. *p.* 177.

Contritio non meretur remiſſionem.

(119) Injurium eſt in perfectiſſimum meritum Chriſti, aſſerere, contritionem eſſe cauſam remiſſionis peccatorum. Neceſſaria quidem in pœnitentia eſt contritio, ſed ad id tantum, ut morbum agnoſcamus, nequaquam ut remiſſionem efficiat aut operetur. Quam egre-

Digitized by Google

a) c. Multiplex de pœn. diſt. 1. plex *a)* enim DEI miſericordia ita lapſibus humanis ſubvenit, ut non ſolum per baptiſmi & confirmationis gratiam, ſed etiam per pœnitentiæ medicinam ſpes æternæ vitæ reparari velit. Vnde qui dona regenerationis violaverint, proprio ſe judicio condemnantes, per ſacramentum pœnitentiæ ad criminum remiſſionem, *b)* quaſi ex naufragio arrepta tabula ad portum pervenient. (120)

b) c. ſecunda d. diſt.

Tres ſunt ſpecies pœnitentiæ, & pœnitentia ſolennis iterari non poteſt, & pœnitentes ad ſacros ordines reddit inhabiles.

§. 2.

gie enim efficiat & mereatur, docere poſſunt exempla Caini & Judæ. Z.

Verba Hieronymi male exponuntur a Canoniſtis.

(120) I. Verba Hieronymi *hoc can.* ita habent; *Secunda tabula in naufragio eſt culpam ſimpliciter confiteri. Imitati eſtis errantem, imitamini & correctum: Erravimus juvenes, emendemur ſenes.* Ibi agitur de confeſſione peccati apud DEum & emendatione vitæ, non de confeſſione auriculari aut ſacramentali pœnitentia. Loquitur autem Hieronymus ex ea opinione, quæ ſtatuebat, primam tabulam in naufragio eſſe baptiſmum, alteram poſt baptiſmum, reſipiſcentiam & emendationem vitæ. M *p. 177.*

Non tamen ſunt omni exceptioni majora.

II. Virtus baptiſmi ſeſe extendit per totam vitam, quia fœdus ex parte DEI manet conſtantiſſimum, ut recurrere ad illud reſipiſcentes poſſint quovis tempore, nec ulla ſit ipſis opus nova tabula, quo pertinet dictum *Apoc. 2. 5.* ex quo inferimus, pœnitentiam eſſe reditum ad illud ipſum fœdus, quod DEUS nobiſcum in baptiſmo pepigit: a quo ut per peccata diſcedimus, ita ad idem per veram pœnitentiam redeundum eſt: quemadmodum ſcilicet ubi amor, & concordia conjugalis turbatur per diſſidia & contentiones, non opus eſt de novo matrimonium inire, ſed ſufficit mutua reconciliatio. Z.

ad

Digitized by Google

§. 2. Sunt autem pœnitentiæ tres ſpecies : (121) quæ-

ad §, 2.

(121) I. Si antiquos Eccleſiæ ritus conſideres, & quam varie ſe diverſis temporibus illi habuerint, non tres tantum, ſed plures omnino conſtituendæ erunt ſpecies, de quibus Chemnitius *in Exam. Concil. Trit. pag. 384. & ſeq.* Ipſius etiam publicæ pœnitentiæ & animadverſionis Eccleſiaſticæ plures inveniuntur gradus. Fuit enim πρόκλαυσις, cum quis commiſſo peccato extra Eccleſiam ſtans cum luctu & lacrymis eos, qui ingrediebantur, orabat, ut preces pro ſe funderent. Fuit deinde ἀκρόασις, cum quis extra Eccleſiam ſtans divinas ſcripturas audiebat, usque ad lectionem Evangelii. Fuit ὑπόπτωσις, cum quis intra Eccleſiæ ſepta poſt ſuggeſtum ſtabat & cum catechumenis egrediebatur. Fuit etiam σύστασις cum quis cum fidelibus orabat, nec dum tamen ad Sacramenta admittebatur. Vid. Chriſtoph. Juſtell. *ad Cod. can. Eccleſ. univ. p. 160. Caſaubon. exerc. 16.* Z. *Quatuor gradus antiqui pœnitentiæ.*

II. Confer de his gradibus pœnitentiæ Albaſpinæum *lib. 2. obſerv. 22. ſeq.* Dallæum *de confeſſ. auric. lib. 3. cap. 10.* Centuriatores Magdeburgenſes *centur. 3. cap. 6. p. 127. ſeq.* Niemeierum *de diſciplina Eccleſiaſtica diſſert. tert.* §. *26. ſeq. p. 109. ſeq.* Sed non dimittendi erunt hi gradus recenſiti a noſtris ſine cenſura. Cur vero id non factum fuerit, facile olfacere poteſt Laicus, modo non plane naſo ſit deſtitutus. Contrahamus rem in ſummam. (1) Iſtos pœnitentiæ gradus ignorat Eccleſia Apoſtolica, quia ignorat pœnitentiæ ſignificatum, quod pœnam denotet. Et ipſi noſtrates, dum hanc pœnitentiam ad Pontificiorum mores comparant, non gloriantur, quaſi apud nos diſciplina hæc pœnitentiæ conveniat cum inſtitutis Chriſti vel Apoſtolorum, ſed ſufficere ſibi arbitrantur, ſi verba Formulæ Concordiæ ſua faciant : *Vere nos prædicare poſſe, publicam formam Eccleſiarum apud nos honeſtiorem eſſe, quam apud adverſarios. Verius nos ſervare CANONES, quam adverſarios. Nos diſciplinam Eccleſiaſticam, PIAS ceremonias, & BONOS MORES Eccleſiaſticos diligenter cuſtodire &c.* Vide Nimeierum *d. l. diſſert.* *Cenſura hujus pœnitentiæ.* *Non convenit cum doctrina Chriſti.*

quædam enim eſt ſolennis, quædam publica, quædam pri-

ſert. 4. §. 87 p. 194. Et tamen putant ſe ſcribere Tractatus Theologicos, uti Nimeierus hunc titulum libelli ſui ad nauſeam repetit. (2) Videamus, quam piæ ſint ceremoniæ & quam boni ſint mores Eccleſiaſtici recenſiti & a canonibus inventi. Saltem duobus verbis quædam moveamus de fletu. Referunt Centuriatores Magdeburgenſes *d. l.* pœnitentes primo extra portas oratorii fuiſſe collocatos, & a fidelibus, qui ingrediebantur eos flagitare oportuiſſe ut pro ſe orent (non DEum, ſed Epiſcopum, ut ipſis de impoſita pœnitentia aliquid remittat.) Debebant ſecundum Tertullianum, ibi allegatum, ſedere in ſacco & cinere, fletu ingemiſcere, precibus ambire, genibus Eccleſiam exorare. Sæpe quatuor anni conſumebantur in hoc fletu. Nimeier *diſſert. 3. §. 29. p. 111.* qui plura de rigore hujus fletus narrat §. *40. p. 117.* & poſtea §. *41.* continuat. *Poſtquam pœnitentes limina Eccleſiæ lacrymis ſic ſatis diu inundaſſent, humique proſtrati deprecationes delictorum interpoſuiſſent, atque ita certiſſima doloris & contritionis ſuæ indicia dediſſent, fidelium interceſſionibus effectum eſt, ut Epiſcopi & Cleri judicio, pœnitentes ad alterum gradum pœnitentiæ promoverentur.* Solent Pontificii ad objectionem, cur tam diu pœnitendum fuerit ritibus externis, cum tamen apud Deum jam ſint remiſſa peccata ſtatim poſt ſerium mutationis propoſitum, reſpondere. Deum corda inſpicere; at Eccleſiam de occultis non judicare poſſe, ergo opus eſſe iſtis ritibus & potiſſimum fletu, tanquam CERTISSIMO contritionis ſigno. Hæc exſcribimus ex Canoniſtis, atque nihil monendo tantum non tacite approbamus. Et non ſentimus, quod ſenſui communi repugnet, fletum ejusmodi eſſe certiſſimum veræ contritionis indicium. Jam ſupra oſtenſum fuit *nota 117.* non in omnium hominum poteſtate eſſe, ut ſeriam pœnitentiam ſuam lacrymis declarent, nec omnes qui flent, ſerio pœnitere, inprimis ſi metu pœnæ fleant, ut ignominia etiam pœna eſt. Finge, Titium peſſime moratum Cajo multa damna intuliſſe, ac variis actibus ſe declaraſſe, eſſe inimicum Caji; poſtea vero

Fletus rigor antiquus.

Ejus excuſatio vulgaris.

privata. Solennis eſt, quam propter majora ſcelera, (122)

vero Titium incipere ſtultitiam ſuam & injuſtitiam agnoſcere, ac non ſolum damna data reſtituere Cajo, ſed etiam ipſum Cajum accedere, &, ſe ſtulte & injuſte egiſſe, ſerio confiteri, ac benevolum animum Cajo non ſolum verbis perſpicuis teſtari, ſed etiam ſe offerre ad quælibet officiorum genera, atque rogare Cajum, ut ipſe, quamprimum libuerit ſpecimen ab ipſo oblationis hujus exigat &c. Finge, Cajum, in mutatione illa ſubitanea parum fiduciæ ponentem, dicere Titio, quod deliberare velit de reſponſo ipſi dando, & jubere ut certa quadam conſtituta die iterum ad ſe veniat; Redeunti vero poſtea Titio & petitum ſuum repetenti, Cajum magnis cum ſuſpiriis & oculorum ad cœlum elevatione, aliisque ex intimo Phariſaiſmo affectatis geſtibus Titium eum in ſenſum alloqui: Bene quidem facere Titium, quod tandem aliquando a laqueis Diaboli ſe liberare intendat &c. Seque etiam eſſe promptiſſimum atque paratiſſimum ad condonandum omnia malefacta a Titio ſibi illata &c. (multis in utraque hac propoſitione dictis ſcripturæ ex Veteri & Novo Teſtamento, & pluribus adhuc dictis Hieronymi, Ambroſii, Auguſtini eum in finem adductis) velle etiam ſe, Titium in amicitiam recipere, ſi modo certus eſſe poſſit, quod Titius ſeria pœnitentia ductus ſit; eſſe quidem indicium aliquod damni dati reſtitutionem, & tam ſubmiſſam oblationem; ſed hæc omnia tamen fallere poſſe, poſſe ſub his ſignis occultas latere inſidias vitæ & bonis ſuis paratas. Non ægre laturum eſſe Titium, quod ipſe Cajus illi leve aliquod, ſed certiſſimum tamen & infallibile ſeriæ pœnitentiæ ſignum ſit propoſiturus, a ſacroſancta Eccleſia, a Pia Antiquitate (von der Gottſeeligen Antiquität) ex graviſſimis cauſis inventum; nimirum debere Titium ſaltem per unum menſem, quotidie certa hora, comparere in veſtibulo Caji & ibi ſe ad pedes ſervorum, liberorum, ac uxoris Caji genubus flexis proſternere, eosque abundantia lacrimarum neceſſario accedente orare, ut pro ſe coram Cajo intercedant &c. (allega-

 tis

c) c. in capite dist. 50

(122) Epiſcopus (123) in capite (c) jejunii, (124) ſervata cer-

---

tis in hac propoſitione pene omnibus capitulis, ex *diſt. 3. de pœnitentia* præcipue vero *can. 42. ibid. verſic. ſed ſatis durus eſt.*) Quodſi hæc facturus ſit, tum finito menſe ſe eum in pleniſſimam gratiam & amicitiam velle accipere, contra, ſi noluerit pium hoc & ſalutare remedium uſurpare, eum etiam non debere vitio vertere Cajo, quod eum tamdiu pro publicano & peccatore ſit habiturus. &c. Finge jam hoc audito Titium absque teſtimonio indignationis, & absque hæſitatione reſpondere Cajo, quod iſta quidem nunquam ſit facturus, tanquam rectæ rationi omnino adverſiſſima, interim ſe ſemper eſſe paratiſſimum ad quævis teſtimonia ſinceræ emendationis, quæ ab ipſo poſtulari poſſint rationabiliter. Finge eundem Titium, cum Cajus inciperet novam orationem de ſalutari invento Eccleſiæ per introductionem pœnitentiæ, ſtatim abire. Jam quæro, uter ex his duobus pro hypocrita, vel, ſi mavis, pro furioſo ſit habendus, Titiusne an Cajus? Ego nolo quicquam reſpondere, ſed relinquo rem tuo, Lector, ſi quod habes, judicio. &c. T.

Majora tria minaque

(122) I. Propter quæ ſcilicet excommunicari quis merebatur. Z.

II. Inter ea eminebant tria, idololatria, homicidium, adulterium. Vide Nimeier, *diſſert. 3. th. 67. p. 137.* & quoad probationem provocare ſolebant ad dictum *Act. XV. Abſtinete ab Idolothytis, ſanguine & ſcortatione.* Cyprianus citatus Albaſpinæo *lib. 2. obſ. 15.* T.

Arcanum politicum maximum Epiſcopiſmi Laicos redigendi ad ſtatum plusquam beſtialem.

(123) Vide *ſupra lib. 1. Tit. 5. §. 3. in fine.* Competit enim jure Canonico Epiſcopis jus & poteſtas imponendi pœnitentiam, & abſolvendi ac reconciliandi pœnitentes, quorum utrumque latius exponit Zieglerus de Epiſcopis *lib. 3. cap. 12. & 13.* Unde jam patet, quantum arcanum Politicum lateat ſub pœnitentiæ ſacramento, & quod illud ſit fundamentum excommunicationis, ſine quo excommunicatio nullum pene robur habet. Si enim excommunicatus vellet

certa rerum ſerie, (125) delinquentibus ſolet imponere: quæ quidem ne Eccleſiæ vileſcat authoritas, iterari

vellet recipi ab Eccleſia, non poterat id fieri ſine conſenſu Epiſcopi, non vero conſentiebat Epiſcopus, niſi prius gradus illos pœnitentiæ hactenus recenſitos, quorum tempora ab arbitrio Epiſcoporum pendebant, ſuſtinuiſſet. At vero hi gradus infamabant, ut nec ipſe Albaſpinæus negare poteſt *lib. 2. obſerv. 34.* Ergo facile percipere potes, quam terribiles fuerint illis temporibus Epiſcopi, & multo terribiliores Phalaride, Nerone, Caligula, Heliogabalo, his enim nunquam in mentem venit, vel primum ſaltem pœnitentiæ gradum, fletum tamdiu continuatum & provolutionem ad pedes ſuorum mancipiorum ſubditis ſuis, in quos tyrannidem exercebant, per modum pœnæ imponere. Hoc terrore incuſſo facillimum erat Epiſcopis, Laicos comparare cum bobus & aſinis. Quodſi enim quis contra vel hiſcere auſus eſſet, ei jure timendum erat, ne novis vocum torturis ut idololatra, homicida vel ſcortator ad pœnitentiam publice agendam adigeretur & ita actu deterior bobus & aſinis redderetur, ſi per quadriennium flere cogeretur, quoties Epiſcopo iuberet. In his ergo ſeculis quærendus eſt ſummus apex ſi non Papiſmi, ſed Epiſcopiſmi, Anti-Chriſtianiſmi tamen, ſine quo res nunquam ad Papiſmum devenire potuiſſet. T.

(124) Sive in capite quadrageſimæ, uti habetur *c. 65. diſt. 50.* Peragebatur igitur pœnitentia ſolennis a jejunis & jejunantibus, tum ut ſerii examinis coram tribunali domeſtico ſpecimen hoc modo ederetur, & tales quaſi teſtes adducerentur doloris conſcii, tum ut alii etiam his ſpectaculis ad ſimilem dolorem invitarentur. Nec proinde tempus huic rei magis congruum viſum fuit, quam ipſum illud, quo per commune jejunium ad exercitia pietatis accendebatur tota Eccleſia. Z. *Ratio textus*

(125) I. Quæ itidem habetur in *d. c. in capite 65. diſt. 3.* Poteſt enim Eccleſia certos cuique rei præſcribere ritus, quippe quos ple- *Ratio & objectio.*

ri non debet: (126) & tales pœnitentes ad ſacros ordines (ut ſupra expoſuimus) (d) inhabiles reddit, (127) quippe quæ nec aliter poteſt ſacerdotibus imponi, quam

d) tit. qui promov.

plerosque ſuo arbitrio relictos bene novit. Vid. Selden. *de Synedr. lib. 1. c. 13.* Recte vero monuerunt Veteres, externos illos pœnitentiæ ritus non mereri remiſſionem peccatorum, ſed tantum eſſe externa ſigna & teſtimonia, paulatim vero aſſui cœperunt ſuperſtitioſæ opiniones, ritus illos promereri & impetrare veniam; easque tenaciſſime adhuc retinet Papatus. Z.

Notatur Ziegleruſ. II. Poteſt quidem Princeps ritus rationales cuique negotio præſcribere, ſed Eccleſia, Principi vel Magiſtratui Politico contradiſtincta, ritus irrationales, quales erant, de quibus agimus, præſcribere nequit. T.

De pœna relapſorum. (126) I. Ne ſcilicet vilis & contemptibilis efficiatur, uti loquitur Auguſtinus *epiſt 54.* Quod ſi tales rurſus lapſi ſeria confeſſione revertebantur ad Eccleſiam, non dabatur quidem locus publicæ pœnitentiæ, nec tamen omnino repellebantur, ſed permittebantur quidem intereſſe prædicationi, orationi, & myſteriorum celebrationi, ſed communio ipſis non dabatur niſi in extremis. Z.

Declaratio. II. Vid. *can. de his vero 12. C. 33. q. 2.* Niemeierum *diſſert. 4. §. 64. p. 185.* An vero recte perceperit mentem Auguſtini Zieglerus, jam deſcutere non vacat. Verba Auguſtini hæc ſunt *d. Epiſt. 54. p. m. 248.* *Quamvis caute ſalubriterque proviſum ſit, ut locus illius humillimæ pœnitentiæ ſemel in Eccleſiis concedatur, ne medicina vilis minus utilis eſſet ægrotis, quæ tanto magis ſalubris eſt, quanto minus contemtibilis fuerit &c.* T.

Cur Clerici non egerint pœnitentiam ſolennem? (127) Taliter enim pœnitentes Eccleſiæ introitu prohibebantur, in ejus limine ad terram projecti, ſqualidi, horridi & maxime miſerabili habitu, in oculos prætereuntium incurrebant, fidelium viliſſimas veſtes oſculabantur: lacrimarum vi ac copia calceos irrigabant, ipſorumque genua officioſe complectebantur: qui in tali ſtatu

quam ſi prius cœleſtis militiæ cingulo exuti fuerint. (128) *non poſſ. §. pœnitentes.*

Publica delicta & publica pœnitentia lui debent.

§. 3. Publica pœnitentia (129) eſt, quæ publice, nulla

ſu aliquantulum ſteterat, æquumne poterat videri, populo ut imperaret & primos quaſi gradus in Eccleſiis aſſequeretur? vel ex altiori & excelſo conſeſſu conſpicuus emineret, qui eorum pedibus provolutus non multo antea omnes moleſtias & officia obierat? Qui denique ultimum locum inter Chriſtianos vix occupaverant, quomodo præſidentes, præfecti, propoſiti populi potuiſſent eſſe, & primarium locum retinere. Vid. Gabr. Albaſpin. *lib. 2. obſerv. 34.* Z.

(128) I. Pœnitentiam agere cuiquam non conceditur Clericorum, uti loquitur Syricius. Unde apud Cyprianum *lib. 1. epiſt. 4.* Baſilides, cum in eo ſtatu eſſet, ſponte ſe Epiſcopatu abdicavit quod ſentiret, peccata ſua pœnitentia eluenda eſſe, & pœnitentes ab Epiſcopatu gerendo removeri debere. Z. *Exemplum.*

II. Latet hic novum arcanum politicum Pœnitentiæ illius ſolennis. Clericis non imponebatur ſed ſolis Laicis. Cur, quia ſolenniter pœnitens contemtui omnium exponebatur publice & ſolenniter. Cavebatur vero omnibus modis ne Epiſcopi ſe ipſos vel Clerum ſuum contemtui exponerent. At Laici, quo magis adſueſcerent ejusmodi contemtui, eo magis ſervilia reddebantur eorum ingenia, ut colla ſua jugo ſponte ſubmitterent. Et jam tum adeo prima fundamenta jaciebantur, Reges etiam & Principes ſub ſpecie ſalubris medicinæ tali contemtui ſuo tempore exponendi, atque etiam ſub hoc prætextu, quod inconveniens ſit, ut perſonæ nullo contemtui obnoxiæ regerentur ab hominibus tam irrationabilia & cum ſumma ignominia conjuncta juſſu Cleri perpetrantibus, reges deponendi, &c. T. *Novum arcanum Politicum ſub pœnitentia ſolenni latens.*

ad §. 3.

(129) Quæ fieri ſolet ſine ſolennitate pro criminibus non tam gra- *Explicatio.*

nulla ſervata juris ſolennitate, peragenda injungitur: qualis eſt, peregrinatio, (130) certi habitus delatio, (131) & his ſimilia. Cum enim manifeſta peccata non ſint (e) c. 1. h. t. (e) occulta correctione purganda, (132) recte conſtitutum

gravibus, vel adhuc occultis. Atque hanc iterari diſciplina Eccleſiaſtica non prohibuit. Z.

Superſtitioſa peregrinationes.

(130) Sicubi peregrinatio inſtituitur plenioris cognitionis gratia, ut aliquis ſuis ipſius oculis perluſtret ea loca, ubi Chriſtus crucifixus & ſepultus fuiſſe & in cœlum adſcendiſſe perhibetur, nemo erit, qui improbare eam queat. Sed cum Pontificii peregrinationes tales inſtitui velint, meriti religionis, ſatisfactionis & indulgentiarum nec non impetrandæ opis cauſa, impias plane eas & ſuperſtitioſas merito pronunciamus. Edidit Gregorius Nyſſenus elegantem Epiſtolam *de iis, qui adeunt Hieroſolyma*, quam non latine tantum vertit, ſed etiam de peregrinationibus ſuperſtitioſis tractatum addidit Petrus Molineus, qui de hoc argumento videri poteſt uberius. Z.

Item veſtes pœnitentiales.

(131) Habitum pœnitentialem non damnamus, niſi, quod inter Pontificios ſit, meriti & ſatisfactionis illi adſcribatur virtus & efficacia. Crebra fit in Scripturis mentio cilicii, non lugentibus tantum, ſed etiam pœnitentibus uſitati, ut eo magis ſc. affligeretur corpus, & pœnitentia ac devotio magis exardeſceret. Nulla tum Eccleſiam invaſerat opinio meriti & ſatisfactionis, nulla tanta ſuperſtitio, ut ex veſte ſanctitatem peterent, & per eam tegi peccata poſſe contenderent. Add. *Matth. VI, 16.* Z.

Patrum locutiones aliter expoſita.

(132) I. Delicta noſtra nulla noſtra ſatisfactione purgantur, ſed hic effectus ſoli merito Chriſti eſt tribuendus. Inveniuntur quidem & veterum ſimiles fere locutiones, peccata ſc. & pœnas peccatis debitas purgari, compenſari, tegi, operibus illis ſatisfactionum; ſed cohortatorie magis quam vere, juxta Chryſoſtomi dictum, & per hyperbolem quandam nonnulli ita locuti ſunt Patres. Vid. Chemnit. *Exam. Concil. Trid. p. 401.* Z.

II.

tutum eſt, ut qui publice peccando proximo ſuo ſcandalum præbuerint, publicam etiam pœnitentiam (133) a propriis ſibi ſacerdotibus (134) impoſitam peragere debeant. Apparet itaque ex his, quod licet omnis ſolennis pœnitentia publica ſit, non tamen omnis publica eſt ſolennis.

Unusquisque ſemel in anno debet confiteri, & Euchariſtiam ſumere, niſi de conſilio ſacerdotis abſtineat.

§. 4. Privata aut ſecreta pœnitentia eſt, quæ in occulto Deo fit & ſacerdoti. Statutum eſt enim generali (135) Concilio, (*f*) ut omnis fidelis, quam primum

f) can. omnis utri-

II. Imo vero ſupra dicta oſtendunt, doctrinas irrationales etiam illis ſeculis, a Patribus eſſe ortas vel ſtabilitas. Ergo, poſtquam Dallæus *de uſu patrum* nobis hæc otia fecit, quid opus eſt, amplius muſſitare. Excuſemus Patres, utcunque poterimus, ſed ſputa eorum lingere aut errata defendere tandem aliquando deſinamus. T.

Monitum aliud de doctrina patrum.

(133) Id quidem ita plerumque obſervatum in Eccleſia antiqua. Sed quia diſciplina ejusmodi externa eſt, & mutari pro ratione ædificationis Eccleſiæ poteſt, mirum non eſt diſceſſum ab ea quandoque fuiſſe, quia enim propter confuſionem publicæ confeſſionis multi omnem plane intermittebant pœnitentiam, remiſſa tandem fuit ſeveritas publicæ confeſſionis & commutari cœpit in privatam, ita ut talia crimina privatim & ſecreto conſiterentur Sacerdoti. Chemnit. *d. l. p. 387.* Z.

Publica pœnitentia quare ſublata.

(134) Hic latet iterum arcanum papale, dominatus vel potentatus Cleri in Laicos, & cœca ſeu ſervilis horum obedientia, quæ etiamſi antiqua ſit, tamen hodie non amplius eſt diſſimulanda, ſed cordate notanda. T.

Novum arcanum Politicum Cleri.

ad §. 4.

(135) Cum Dallæus peculiari opere *de Sacramentali ſive* AURI-

Epitome operis Dallæi

de confeſſione auriculari. *auriculari Latinorum confeſſione* Genevæ anno 1661. edito do-ctrinam Canoniſtarum & aliorum ſcriptorum Pontificiorum funditus deſtruxerit, & tractatus hic in paucorum manibus ſit, utile erit elenchum totius operis ex Tabula præfixa hic inſerere. *Libri I.* *Libri I. caput I.* Confeſſio alia apud Deum, alia apud homines, utraque peccatorum vel in genere, vel in ſpecie, quatenus neceſſaria. Sententia de toto hoc argumento noſtra. *Cap. II.* Proponitur adverſariorum dogma de confeſſione auriculari, ſive ſacramentali, ejusque jure ac neceſſitate. Tum Synodorum, Lateranenſis ſub Innocentio, III. & Tridentinæ ea de re decreta. *Cap. III.* Status controverſiæ. Operis argumentum, & partes. Quæſtio I. An Confeſſio ſit divino jure inſtituta, ac præcepta? Probatur non eſſe, ex eo quod nuſquam in N. Teſtamento diſerte expreſſa ſit. Prima adverſariorum confesſio qui ajunt, probationem ex Johannis XX. ſumtam, non eſſe evidentem, adeoque nihil valere, probatur ex plurimorum ex ipſis teſtimonio, qui cum confeſſionem admittant, negant tamen eam partim divini juris eſſe, partim Johannis viceſimo capite præcipi. *Cap. IV.* Refellitur Bellarminiana confeſſionis ex Johannis XX. probatio, everſis duobus ex ejus fundamentis. *Cap. V.* Refutatur tertium Bellarminianæ ex Joannis XX. probationis fundamentum; nimirum, quod auctoritas ſacerdotum in remittendis, retinendisve peccatis, judicialis ac prætoria ſit. Solvuntur quæ ad id probandum affert Adverſarius. Primum, ex Matthæi XVI, 19. Secundum, ex Matth. XVI. 19. & XVIII. 18. Ubi refellitur quod ille aſtruere cupit; nulla mortalia fidelibus dimitti, niſi quæ a ſacerdotibus proprie, ac ſigillatim dimiſſa fuerint. *Cap. VI.* Solvitur tertius locus ex Joannis XX. a Bellarmino allatus ad conſtituendam ſacerdotum prætoriam poteſtatem. Solvuntur idem 4. rationes eodem ab iſto adductæ. *Cap. VII* Explicatur, quæ qualisque ſit in hoc pœnitentiæ negotio miniſtrorum poteſtas, nimirum non judicis, ſed nuncii vel legati; ex Paulo 2. Corinth. V. 20. & 1. Corinth. IV. 1. & id ex ipſo Joannis XX. probatur. *Cap. VIII.* Demonſtratur neque fidelibus ſacerdotes neceſſario eſſe adeundos, ut peccatorum remiſſionem impetrent, neque ſacerdotibus peccata ſigillatim, & in ſpecie una

una cum circumſtantiis cognoſcenda eſſe, ad hoc ut ea dimittant. Fuſe refutantur tres Eſtii ad id probandum allatæ rationes. *Cap. IX.* Solvitur & refutatur Vaſquiana confeſſionis ex Joannis viceſimo probatio. *Cap. X.* Solvitur ſecundum adverſariorum pro confeſſione ex Actorum XIX. 18. petitum argumentum. *Cap. XI.* Solvitur tertium adverſariorum argumentum ex 2. Cor. V. 19. 20. pro confeſſione auriculari petitum. *Cap. XII.* Solvitur IV. pro confeſſione ab adverſariis allatum argumentum, ex Jacobi V. 16. isque locus fuſe explicatur. *Cap. XIII.* Solvitur V. adverſariorum argumentum ex 1. Joan. I. 9. pro auriculari confeſſione petitum; exploditur VI. quorundam argumentum ex Joannis cap. V. v. 22. *Cap. XIV.* Alterum argumentorum pro confeſſione allatorum genus, ex figuris petitum primo in genere oſtenditur nihil valere, caſſumque eſſe & inefficax. Tum excutiuntur ſigillatim quinque a Bellarmino allatæ ex veteri & Novo Teſtamento figuræ. Refellitur & refutatur prima figura; ex eo petita quod Dominus ab Adamo & Eva & Caino confeſſionem peccati, Geneſeos capitibus tertio & quarto deſideraverit. *Cap. XV.* Refellitur altera quæ a Bellarmino obtruditur confeſſionis auricularis figura; ſcilicet vetus, (de qua Levitici 13. & 14.) lepræ apud ſacerdotem manifeſtatio. *Cap. XVI.* Confutatur III. quæ obtruditur auricularis confeſſionis figura, ea ſcilicet veterum confeſſio, de qua Num. V. & Levit. V. fit ſermo: ad quam fruſtra torquet Bellarminus Eccleſ. 1. v. 31. *Cap. XVII.* Confutatur, quod adverſarii ſuæ confeſſionis eam figuram fuiſſe volunt, quam baptizandi olim apud Johannem fuiſſe: Matth. III 6. & Marc. I. 5. perhibentur; quam illi IV. figuram, ſed fruſtra numerant. *Cap. XVIII.* Quinta figura confeſſionis refellitur; quam ex eo Bellarm. inſcite & ridicule aſtruit, quod Chriſtus de Lazaro ſuſcitato dixerit, *ſolvite eum & ſinite abire*, Joann. II. 43. *Cap. XIX.* Cætera ab imperitis afferri e Scripturis ſolita ex hac diſputatione rejiciuntur, & ad ea explicanda quinque aliæ a Sacramentali, ex Eſtio proponuntur confeſſionis ſpecies, quibus ſexta a nobis adjicitur. *Cap. XX.* Refelluntur argumenta a ratione petita. Diluitur prima ratio, a confeſſionis ut volunt antiquitate ducta. *Cap.*

 XXI.

XXI. Refellitur ſecunda a Bellarmino allata pro auriculari confeſſione ratio; ab ejus difficultate petita. *Cap. XXII.* Expenditur tertia ratio Bellarminiana, a multiplici confeſſionis auricularis utilitate ducta, tum in iis quæ ad Deum ſpectant, tum in iis quæ ad Paſtores, & ad Eccleſiam totam, & ad ſingulos confitentes pertinent. Oſtenditur, hos uſus vel vanos eſſe vel alienos, quin & confeſſionem periculoſam, ac damnoſam eſſe. *Cap. XXIII.* Refellitur quarta ratio pro confeſſione a Bellarmino allata, quæ a miraculis ducta eſt.

Libri II. *Libri II. Caput I.* Argumentum ex divinis literis contra arcanam confesſionem I. inde ductum, quod neque Paulus, neque cæteri Apoſtoli eam vel a quoquam fideli exegiſſe & audiviſſe ipſi, vel miniſtris, cum de eorum munere atque officiis agunt ut exigant & audiant, præcepiſſe uſpiam reperiuntur. *Cap. II.* Secundum contra confesſionem auricularem argumentum, inde ſumtum quod nusquam Apoſtoli eam fidelibus præcipiunt, aut commendant. *Cap. III.* Argumentum contra Innocentianam confesſionem tertium inde ſumtum, quod ſacræ literæ paſſim omni fideli contrito & vere pœnitenti remisſionem peccatorum pollicentur absque ulla apud hominem prævia confesſione: Refelluntur Bellarmini cavillationes. *Cap. IV.* Argumentum quartum, ex locis N. Teſtamenti ductum, in quibus ſignificatur, fidelium lapſorum peccata remiſſum iri, ſi ii pœnitentiam egerint. Quid ſit μετανοεῖν pœnitentiam agere, iis verbis confesſionem apud hominem minime ſignificari. *Cap. V.* Argumentum contra confeſſ. V. ex oratione Dominica petitum, in qua remisſionem peccatorum a Deo poſcimus, cum certa ſpe nos exauditum iri. *Cap. VI.* Argumentum contra Innocentianam confeſſionem VI. inde ductum, quod Deus nobis peccata ſic remittere in ſacris literis dicitur, ut nos proximis, qui in nos peccaverunt, remittimus. *Cap. VII.* Argumentum ſeptimum, ex parabolis filii nepotis, & publicani Luc. 15. 11. 12. & 18. 13. *Cap. VIII.* Argumentum VIII. ex Matth. 6. 17. 18. in quo jejunium adeoque pœnitentia ſolo Deo conſcio fieri jubetur, nullo homine teſte. *Cap. IX.* Argument. IX. ductum ab eorum exemplis qui in N. Teſtamento remisſionem peccatorum ſine prævia apud homiuem confesſione acceperunt.

perunt. *Cap. X.* Deinceps contra confeſſ. Innocent. rationibus pugnatur. Ratio I. inde ducta, quod ipſi adverſarii fateantur & venialia, & mortalia, quorum reus non meminit, citra confesſionem dimitti: quo demonſtratur eorum de confesſione dogma multis abſurdis involvi. *Cap. XI.* Ratio II. ex eo ſumta, quod ea quam iſti exigunt, ſingulorum admiſſorum enumeratio, iniri a peccatore nequit; adeoque inter ea quæ imposſibilia ſunt, cenſenda eſt Innocentiana confesſio. Refelluntur adverſariorum cavillationes. *Cap. XII.* Ratio III. inde petita, quod Innocentiana confesſio pœnitentes in dubitationes inexplicabiles inducit. Inſignia B. Rhenani, & Caſſandri ea de re teſtimonia. *Cap. XIII.* Ratio IV. inde ſumta, quod adverſariorum dogma efficit, ut venia, & qui emendatisſimus eſt abſolutisſimaque pœnitentia præditus, careat, & qui ne contritus quidem eſt, fruatur; quod abſurdisſimum eſt, & ab æquitatis ſanctitatisque divinæ rationibus alienum. *Cap. XIV.* Rationes V. & VI. inde ductæ, quod confeſſionis dogma & Deum ab homine pendere facit, & fruſtra, ac inutiliter grave jugum hominibus imponit. *Cap. XV.* Ratio VII. ſumta ex damnis, ac periculis, quæ ex confeſſionis iſtius abuſu multipliciter oriuntur. *Cap. XVI.* Ratio VIII. ab incommodis, malis, ac damnis graviſſimis, quibus Innocentiana confeſſio, homines per ſe, ac neceſſario involvit, ſive Deum ipſum ſpectes, ſive Paſtores, ſive Eccleſiam, ſive denique confitentes, quæ quatuor fuſe recenſentur ac demonſtrantur. *Cap. XVII.* Ratio IX. qua novitiam eſſe confeſſionis diſciplinam ex eo probatur, quod A. D. 1215. Innocentii primum lege inſtituta fuiſſe deprehenditur; non autem ulla anteriori Eccleſiæ conſtitutione; Bellarmini effugia præcluduntur, & cavillationes confutantur. *Libri III. Caput I.* Altera de confeſſione quæſtio proponitur, quis de ea Patrum ſenſus, ac uſus fuerit? ſtatus controverſiæ figitur. Perronii fraus aperitur. Confeſſionis ſpecies explicantur, quas & Patres commendarunt, & nos libenter admittimus. De ſola Innocentiana, id eſt & omnium peccatorum & omnibus ac ſingulis fidelibus neceſſario impoſita, quæri. *Cap. II.* Diluitur ac explicatur I. Teſtimonium ab adverſariis pro confeſſione allatum, quod eſt Pſeudo-Dionyſii Areopagi- *Libri III.*

 tæ.

tæ. Excutitur II. Teſtimonium quod eſt Clementis Romani. *Cap. III.* Teſtimonium III. quod ex Irenæi dictis ſumtum eſt, explicatur, probaturque nihil ad auricularem confeſſionem facere. *Cap. IV.* Quarti Teſtis dicta excutiuntur, qui ſcriptor eſt libri de pœnitentia. Dubitatum a quibusdam, an is ſit Tertullianus; Ejus teſtimonia pertinere ad publicam tum ſolennem pœnitentiam. Exomologeſis non eſt auricularis confeſſio, ſed ὑπέπτωσις, quod fuſe confirmatur. *Cap. V.* Expenduntur, quæ ait V. ab adverſariis inductus pro confeſſione teſtis Cyprianus. Detegitur & refutatur Bellarmini in iſtis inſcitia, exomologeſin ſolenni errore pro ſua confeſſione accipientis. Demonſtratur, Cyprianum de publica pœnitentia loqui; non omnium, ſed quorumdam tantum delictorum. Aperitur Perronii error & fraus inſignis in vertendis Cypriani verbis. *Cap. VI.* Explicatur alterum Cypriani teſtimonium, oſtenditurque, ex eo confici, libellaticos, non autem eos, qui ſola cogitatione peccaverant, (quod vult Bellarminus,) exomologeſi, id eſt non confeſſioni Innocentianæ, ſed publicæ pœnitentiæ ſubjectos fuiſſe. *Cap. VII.* Excutiuntur teſtis VI. Origenis dicta. *Cap. VIII.* Quarti ſæculi & ſequentium inducti ab adverſariis teſtes audiuntur. Quorum ordinem ducunt Lactantius VII. teſtis & Synodus Laodicena VIII. Utriusque teſtimonia ad veterum diſciplinam, id eſt publicam pœnitentiam pertinere. *Cap. IX.* Explicantur teſtis IX. & X. hoc eſt Athanaſii, & Hilarii dicta, oſtenditurque ea ad Innocentianam confeſſionem minime pertinere. Menda de Hilarii verbis obiter tollitur. *Cap. X.* Ad clariorem hujus cauſæ cognitionem, explicatur, quæ qualisque fuerit publica veterum pœnitentia. Pœnitentes. Pœnitentiæ quatuor gradus. Ea ſemel data; primo ſeveriſſima, mox paulatim mitigata. Teſtis XI. Baſilius ab adverſariis inducitur, cujus expenduntur ac ſolvuntur tria objecta teſtimonia. *Cap. XI.* Teſtis adverſeriorum XII. Ambroſius. Oſtenditur eum vel de confeſſione apud Deum: vel de publica, non autem arcana pœnitentia loqui. *Cap. XII.* Teſtis XIII. Gregorius Nyſſenus, cujus duo objecta loca ſolvuntur, & ad pœnitentiam publicam pertinere demonſtrantur. Gravis Bellarmini in priore, vel fraus, vel oſcitantia. *Cap. XIII.* Teſtis adverſariorum XIV. Pacianus, ex

quo

Digitized by Google

quo objecta diluuntur, & ad publicum quoque pœnitentiam pertinere clariſſime demonſtrantur. *Cap. XIV.* Teſtis excutitur XV. ab adverſariis inductus Chryſoſtomus, cujus loca complura explicantur, & vendicantur. Gregorii & Eſtii vanitas notatur. *Cap. XV.* Solvuntur dicta duorum ſequentium teſtium XVI. & XVII. Innocentii ſcilicet & Hieronymi; oſtenditurque ea ad confeſſionem auricularem non pertinere. *Cap. XVI.* Explicantur & ſolvuntur, quæ adverſarii afferunt XVIII. teſtis Auguſtini dicta. *Cap. XVII.* Diluitur ac refutatur ex Patrum Carthaginenſium teſtimonio petita objectio, quæ pertinet ad XIX. teſtimonium. Excutitur teſtis XX. Sozomenus; inſignisque in eo Bellarmini fraus detegitur. *Cap. XVIII.* Recitantur & explicanrur duo loca Leonis, qui teſtis eſt adverſariorum XXI. Demonſtratur, utrumque ad publicam pœnitentiam pertinere; Rejiciuntur Perronii, Bellarmini, & Gregorii in primo loco ineptiæ. *Cap. XIX.* Solvitur, quod objiciunt, Proſperi, ſeu potius Juliani Pomerii, XXII. teſtis, dictum. Tum diluitur,ac confutatur Petavii ex canonica veterum pœnitentia pro auriculari confesſione argumentatio. *Cap. XX.* Audiuntur & excutiuntur ſeptimi ſæculi, & ſequentium teſtes; Ne ex his quidem haberi poſſe,Innocentianam confesſionem tum in uſu fuiſſe. Gregorius teſtis XXIII. cujus duo loca objecta ad pœnitentiam publicam pertinere oſtenditur. *Cap. XXI.* Teſtis adverſariorum XXIV. Joannes Climacus. Quæ iſte de diſciplinis Monachorum propriis dicit, ea inſcite ac perperam, ad omnes omnino fideles trahi. *Cap. XXII.* Teſtes adverſariorum XXV. Cæſarius Arelat. XXVI. Cabilonenſium Patrum Synodus I. XXVII. Trullanorum Patrum Canon; quorum omnia dicta ad publicam pœnitentiam pertinere, liquido demonſtratur. *Cap. XXIII.* Teſtes adverſariorum XXVIII. Beda. XXIX. Theodorus Studites. Illum de publice pœnitentium; hunc de Aſcetarum, neutrum de Innocentiana confesſione loqui. *Cap. XXIV.* Teſtes adverſariorum XXX. XXXI. XXXII. XXXIII. ſcilicet Patres Turonenſes, Remenſes, Cabilonenſes, & Pariſienſes in Synodis nono ſæculo habitis. Dicta eorum explicantur; uberiorque expoſitio, *in librum ſequentem rejicitur. Cap. XXV.*

Digitized by Google

Teſtis adverſariorum XXXIV. Rabanus Maurus. XXXV. & XXXVI. Moguntinæ & Vormatienſis Synodorum Patres. Ne eo quidem ævo fuiſſe Innocentianam confesſionem. *Cap. XXVI.* Expenditur & ſolvitur Nicephori Cartophylacis XXXVII. teſtis dictum. *Cap. XXVII.* Nullam ad XIII. ſæculi initia legem in Eccleſia fuiſſe de confesſione arcana, neque aliud ſuadere poſtremos Bellarmini teſtes, XXXVIII. Radulphum, XXXIX. Petrum Damiani, XL. Bernardum, XLI. Hugonem, XLII. Richardum.

Libri IV. *Libri IV. Caput I.* Argumentum I. inde ſumtum, quod Confesſionis Latinæ uſus nullus ad hæc ipſa tempora fuerit apud alias vetuſtisſimas Chriſtianiſmi præter Latinam, ſectas; ut apud Æthiopas, apud Indos Sancti Thomæ, apud Babylonios ſive Chaldæos, apud Armenios, apud Jacobitas, imo ne apud Græcos quidem plane is ſit, qui apud Latinos. *Cap. II.* Chriſtianiſmi veteris cum recenti Latino comparatio. Argumentum II. inde ductum, quod Paſtores de confesſione apud Latinos quidem inſtruuntur, eamque & docent & miniſtrant asſidue, velut nobilisſimum ſui muneris actum; apud veteres vero nihil feciſſe ſimile uſpiam reperiuntur in veris antiquitatis monumentis. *Cap. III.* Argumentum III. inde ductum, quod confeſſio arcana inter religioſos quorumvis fidelium actus, clericorum, monachorum, laicorum, principum, privatorum, procerum, plebejorum, virorum, mulierum &c. apud Latinos quidem recentiores præcipuo pasſim & ubique loco, apud veteres vero Chriſtianos nullo unquam, vel uſpiam cenſetur, aut memoratur. *Cap. IV.* Argumentum IV. inde ductum, quod in veteri Eccleſia fideles nulla ut nunc apud Latinos, lege obligabantur, apud ſacerdotem ante in arcano confiteri, quam ad menſam Dominicam, Euchariſtiæ ſumendæ gratia, accederent. Idque octo rationibus, & aliquo Chryſoſtomi, Pelagii, Auguſtini, Dorothei, Patrum Cabilonenſium, & Hincmari teſtimoniis confirmatur. *Cap. V.* Argumentum V. inde ductum, quod in vitæ ſupremis confeſſionem auricularem facere aut expetere fideles apud Latinos quidem cuncti, apud veteres vero Chriſtianos nulli in utrorumque Libris reperiuntur, quod magna ex utraque parte exemplorum copia demonſtratur. *Cap. VI.* Argumentum VI. inde ductum, quod in deſcribendis ſuis

ſuo-

Digitized by Google

ſuorumve morbis, calamitatibus, bellis naufragiis, itineribus & profectionibus & cæteris periculoſis, Confeſſionis ſacramentalis Latini quidem recentiores ſcriptores paſſim ac pœne ſemper, veteres vero nunquam meminerunt. *Cap. VII.* Argumentum VII. quo non fuiſſe apud veteres uſitatam Confeſſionem auricularem, ut eſt nunc apud Latinos, inde oſtenditur, quod quæ ab horum fidelibus in perſecutione & ab ipſis Martyribus in ultimo agone plurimum uſurpata legitur, in ea priſcis libris nuſpiam reperitur, vel in Eccleſiæ perſecutione, vel in Confeſſorum & Martyrum certaminibus memorata. *Cap. VIII.* Argumentum VIII. a temporibus nunc ſolennibus ductum, ut Paſcha, Natali, majoribus feſtis, quadrageſima, ſabbatis, ſextis feriis, &c. ad quæ Confeſſionis arcanæ mentionem Latini quidem paſſim ac fere ſemper, veteres vero nunquam facere deprehenduntur. *Cap. IX.* Argumentum IX. ductum a miraculis, quæ vel a Confesſione, vel ad confesſionem a Latinis quidem multa pasſim, a veteribus vero nulla uſpiam fieri dicuntur. *Cap. X.* Argumentum X. ex eo quod Confesſionem arcanam Pagani Latinis quidem non ſemel, veteribus vero Chriſtianis nunquam vel objeciſſe vel gratulati eſſe leguntur. *Cap. XI.* Argumentum XI. inde ductum, quod Confesſionem quinque his quidem retro proximis ſæculis ex ipſis Chriſtianis multi ſemper oppugnarunt, hæreſeos hoc nomine a Latinis damnati, ex omni vero veterum ante illa ſecula hæreticorum multitudine nemo eam pulſaſſe reperitur: Bellarmini de Montaniſtis, Novatianis, Andianis, & Maſſalianis inſtantia refellitur. *Cap. XII* Argumentum XII. contra Innocentianam Confesſionem ex eo, quod priſcæ Eccleſiæ Paſtoribus ignota fuerunt ovium ſuarum delicta ex Chryſoſtomo, & Auguſtino, item Innocentio I. & Leone Romanis Epiſcopis. *Cap. XIII.* Argumentum contra Confesſionem XIII. ex eo ductum, quod Antonius ab Athanaſio inſtituiſſe memoratur, ut Aſcetæ ſuas ſinguli cogitationes perſcriberent & alii cum aliis communicarent. Ea fuiſſe Innocentianæ Confesſionis primæ rudimenta. *Cap. XIV.* Argumentum XIV. ex eo ductum quod veteribus indictæ, ignotæque fuerint illæ tam multæ, quæ ex Innocentiana diſciplina neceſſario oriuntur, quæſtio-

nes

nes ac diſputationes & quarum hodie pleni ſunt omnes Latinorum libri. *Cap. XV.* Argumentum XV. inde ductum, quod nullum ex iis Scripturæ locis, quibus nunc Latini Confeſſionem firmant, hoc ſenſu Patres intellexerint, plæraque vero plane contra interpretentur. *Cap. XVI.* Argumentum XVI. inde ſumtum, quod Patres in libris de pœnitentia ex profeſſo ſcriptis, iſtius confeſſionis arcanæ, quæ pœnitentiæ pars neceſſario putatur, nulli meminerint. *Cap. XVII.* Argumentum XVII. quo demonſtratur, Innocentianam confeſſionem fuiſſe veteribus ignotam, ex eo, quod, cum veteres tres tantum agnoverint pœnitentiæ ſpecies, antebaptiſmalem, quotidianam fidelium, & publicam lapſorum, confeſſionem Innocentianam ad nullam ex his pertinuiſſe certum ſit. *Cap. XVIII.* Defenditur ſuperior demonſtratio; a Bellarmini, Perronii, &c. Strophis, qui volunt apud veteres, præter publicam, aliam privatam pœnitentiam fuiſſe ſacerdotis miniſterio neceſſario procuratam, quod iſtorum commentum & ex Patribus ipſis; & ex Petavii, Arnaldi & Albaſpinei teſtimonio confutatur. *Cap. XIX.* Defenditur eadem demonſtratio contra Arnaldum & Petavium. Ac primo quidem contra hunc demonſtratur, nullam quotidianæ pœnitentiæ partem ſacerdotis apud veteres miniſterium neceſſario deſideraſſe. Solvitur objectus Auguſtini locus, & in Petavium retorquetur. *Cap. XX.* Secundo demonſtratur contra Arnaldum, non quæcunque mortalia nunc privata confeſſione apud Adverſarios procurantur, ea olim omnia publicæ pœnitentiæ ſubjecta fuiſſe. Peccata capitalia, ſive mortalia veteribus alia, quam quæ nunc adverſariis. Inſignes Nyſſeni loci. Solvitur & explicatur his in ſpeciem contrarium Auguſtini dictum peccata in Decalogum publicæ pœnitentiæ ſubjicientis. *Cap. XXI.* Ad ampliorem ſuperiorum confirmationem, defenditur contra adverſarios, non alia, quam manifeſta crimina publicæ olim pœnitentiæ ſubjecta fuiſſe. Solvuntur quæ contra Petavius quidem ex Baſilio, & Concilio Carthaginenſ. III. Arnaldus vero ex eodem Baſilio, Tertulliano, Ambroſio, & veterum canonum conſideratione attulerunt. *Cap. XXII.* Locus Ambroſii ab Arnaldo objectus expenditur, & emendatur. Tum adverſus eundem demonſtratur, non alia, quam manifeſta crimina publicæ olim pœnitentiæ neceſſario ſubjecta fuiſſe, 1. ex ipſa

Digitized by Google

ipſa rerum ratione. 2. ex eorum, qui ab 800. annis vixerunt, confeſſione. 3. ex multis vetuſtiorum teſtimoniis Hilarii Diaconi, Gregorii Nyſſeni, Chryſoſtomi, Auguſtini &c. Ex quibus tandem concluditur ſuperior contra Innocentianam confeſſionem demonſtratio. *Cap. XXIII.* Argumentum XVIII. ex inſigni quodam Gregorii Nyſſeni teſtimonio ductum. *Cap. XXIV.* Argumentum XIX. ex Nectarii facto ſumtum, qui pœnitentiarii presbyteri munus ex quadam occaſione Conſtantinopoli abrogavit. Adverſariorum de eo diverſæ & inanes diſcrepantesque ſententiæ. Quid, qualeque id fuerit, explicatur ; & ex ejus narratione Innocentiana confeſſio evertitur ; Bellarminique, Perronii, & Petavii cavillationes refelluntur, ac effugia præcluduntur. *Cap. XXV.* Argumentum XX. ex tredecim Chryſoſtomi teſtimoniis conſtans, in quibus vel omnibus vel plerisque diſerte affirmat, ſola apud DEUM confeſſione peccata pœnitentibus remitti ; adeoque Innocentianam confeſſionem funditus evertit, quæ tota hoc uno nititur, quod nullum peccatum mortale fideli ulli remittitur, niſi apud ſacerdotem confeſſo. *Cap. XXVI.* Refelluntur Bellarmini, ac Perronii ad ſuperiora Chryſoſtomi loca evaſiones, ac cavillationes. Ac primo utriusque, & cæterorum pene omnium adverſariorum commentum confutatur, delirantium, Chryſoſtomum hæc Conſtantinopoli ob reverentiam in anteceſſorem Nectarium docuiſſe ; & hoc ſomnium ſuis cavillationibus præſtruentium ; cujus vanitas ex eo apertisſime arguitur, quod pleraque, ex quibus deſumta ſunt ſuperiora loca, Antiochiæ presbyter ſcripſit Chryſoſtomus, non autem Conſtantinopoli Epiſcopus. *Cap. XXVII.* Refelluntur cætera Bellarmini & Perronii ſomnia, opinantium, Chryſoſtomum publicam confeſſionem, non privatam excludere, & judicialem Confeſſionem & ſatisfactoria fruſtra diſtinguentium. *Cap XXVIII.* Exploditur Gregorii Valentiani delirantium, fingentis, a Chryſoſtomo excludi confeſſionem apud cæteros homines ; non autem eam, quæ apud ſacerdotem Miniſtrum ſit, confutaturque tum ex ipſius Chryſoſtomi verbis, tum ex Bellarmini & Vaſquii teſtimoniis. *Cap. XXIX.* Altera Bellarmini ad quatuor quædam Chryſoſtomi loca reſponſio, concedentis etiam eam,

quæ ſoli ſit ſacerdoti, confesſionem, in iis excludi, ſed quatenus ea ad ſatisfactionem, non autem ad abſolutionem ordinatur. Id commentum fuſe & valide ex ipſo Chryſoſtomo confutatur. *Cap. XXX.* Vasquii ſolutio confutatur; & ex ipſo Chryſoſtomo demonſtratur, eam, quam commendat interiorem, apud ſolum Deum, confesſionem ad obtinendam peccatorum remisſionem ſatis eſſe. *Cap. XXXI.* Exploditur Latinii & Petavii ad Chryſoſtomum non ſolutio, ſed deſperatio, Illius, hæc ejus opera vel vera, vel ſincera eſſe, negantis; Hujus, orationem Chryſoſtomi veri ſenſus inanem eſſe non obſcure calumniantis. *Cap. XXXII.* Solvitur quædam in ſuperiora objectio; & oſtenditur Chryſoſtomum publicam pœnitentiam in criminibus manifeſtis minime abjeciſſe, ſed eam & indixiſſe ipſum, & eam exercentes probaſſe. Conciliantur ejus dicta & inter ſe & cum aliis Patribus. *Cap. XXXIII.* Argumentum XX. conſtans teſtimoniis Hilarii Baſilii, Ambroſii, Maximi Taurinenſis & Auguſtini; qui ſola contritione ſine oris confesſione, peccatorum a DEO remisſionem impetrari docent. Refellitur Bellarmini ad Ambroſii dicta cavillatio. *Cap. XXXIV.* Argumentum XXI. quo patres peccata a DEO etiam ſine ſacerdotis abſolutione remitti, clarisſime inde ſenſiſſe probatur, quod de relapſorum ſalute, quibus abſolutio ſacerdotis negata, non tamen deſperabant. *Cap. XXXV.* Argumentum XXII. ex inſigni quodam Casſiani teſtimonio ductum, idem, quod alii ſupra dixerunt, docentis. Bellarmini, & Alardi, & aliorum ad id cavillationes refelluntur, ac diluuntur. Chryſoſtomi & Eligii ſimilia loca. *Cap. XXXVI.* Argumentum XXIII. ex Juliani Pomerii diſertisſimo teſtimonio ductum; quod explicatur, & ab inanibus Eſtii cavillationibus vindicatur. *Cap. XXXVII.* Argumentum XXIV. Laurentii Novarienſis teſtimonio conſtans; qui liquido docet, fidelibus baptizatis peccata ſine ſacerdotis abſolutione contritis & pœnitentibus remitti. *Cap. XXXVIII.* Argumentum XXV. duobus inſignibus Bedæ teſtimoniis conſtans. *Cap. XXXIX.* Argumentum XXVI. ab Eraſmi, & B. Rhenani & Rigaltii teſtimonio petitum, qui vi veritatis victi nobiſcum ſentiunt Innocentianam confesſionem apud veteres in uſu non fuiſſe. *Cap. XL.*

XL. Veteris diſciplinæ mutatio circa noni ſæculi initia notata, quo tempore privata a ſacerdote indicta pœnitentia communis ac frequentiſſima eſſe cœpit; unde illa exorta. Pœnitentis, & pœnitentiæ vocabulorum uſus pro triplici Chriſtianiſmi ætate triplex obſervatur; indeque demonſtratur hodiernam diſciplinam non fuiſſe apud veteres. Argumentum XXVII. *Cap. XLI.* Aliud his temporibus pœnitentiariæ diſciplinæ a veteri diſcrimen obſervatur; quod qui pœnitentiam tum petebant, omnia ſua delicta ſacerdoti confitebantur; qui mos a Marco Eremita, inſigni loco notatus, & reprehenſus, ſed fruſtra. Octo capitalia vitia, de quibus confiteri jubebantur circa nonum illud ſæculum. *Cap. XLII.* Aperiuntur VII. inter hodiernam Innocentianorum & mediam illam noni ſæculi pœnitentiam ac confeſſionem diſcrimina; ſeptimum inprimis obſervandum, in eo ſitum, quod hi etiam ſine ſacerdotali judicio pœnitentibus peccata remitti a DEO putarunt; unde exſurgit XXVIII. contra Innocentianam confeſſionem argumentum. *Cap. XLIII.* Erroris ex illis initiis progreſſus ſequentibus poſt nonum ad decimum tertium uſque ſæculis. Ne tum quidem ſic invaluiſſe, ut non multi eſſent, qui peccata contritis a DEO, etiam a nullo ſacerdote abſolutis, dimitti crederent. Id probatur teſtimoniis Goffridi, Lombardi & Gratiani; quæ ab Eſtii & Gregorii accuſatione vindicantur. Bellarmini craſſi quidam errores obiter caſtigantur. Idem ſecundo probatur Thomæ, Bonaventuræ & Antonini teſtimonio. Maturi in Antonino error, & impudentia arguitur, & refellitur. Ex quibus omnibus exiſtit XXIX. ex veteribus argumentum contra confeſſionem Innocentianam. *Cap. XLIV.* Fuiſſe etiam poſt Innocentianam decretalem, id eſt poſt annum 1215. qui ſenſerunt, ſine ſacerdotali abſolutione, adeoque & confeſſione, peccata fidelibus contritis remitti, idque probatur primo ex Viclef, & Joanne Hus; ſecundo ex Semeca, Gratiani gloſſatore, Michaele Bononienſi, & Petro Oxonienſi. Unde argumentum exiſtit XXX. contra Innocentianam confeſſionem. *Cap. XLV.* Ne poſt Tridentinum quidem Concilium omnes adverſarios pro hæreſi habere, negare, confeſſionem divinitus eſſe inſtitutum. *Cap. XLVI.* Concluſio totius operis. Ipſe

usque ext. mum ſapere cœperit, (136) omnia ſua peccata (137)
eod. proprio ſacerdoti (138) confiteatur, & injunctam ſibi pœni-

Lancelottus, dum pro ſtabilienda ſua ſententia ad cap. *omnis utriusque X. h. t.* provocat, confitetur, eam doctrinam demum ſeculo 13. ortam eſſe, qua de re latius egit Dallæus, *lib. 2. cap. ult.* Chemnitius *in examine Concilii Tridentini Parte 2. p. 341. ſeq.* novem ſpecies confesſionis recenſet, cum quo tamen ex Dallæi tractatu potisſimum *libri 4. caput 18. ſeq.* conferri merentur. T.

Origo pœnitentia ſecreta nimis recens.

Olim ſacra cœna parvulis data.

(136) Ita & nos obſervamus (*ſcilicet, quoad uſum ſacræ cœnæ*) moti imprimis dicto Apoſtoli *1. Cor. XI, 28.* Cum vero parvulis etiam in veteri Eccleſia aliquando miniſtrata fuerit cœna, dedit ea res in Concilio Tridentino haud exiguam diſceptationem. Vid. Petr. Suav. *hiſtor. lib. VI.* add. Voſſ. *in hiſtor. Pelag. l. 2. p. 3. th. 4* Z.

Remiſſio.

(137) Dicam de confesſione peccatorum *ad* §. *ſeq.* Z.

Contra confeſſionem.

(138) Docent enim Canoniſtæ vulnera noſtra criminibus contracta medico, id eſt ſacerdoti eſſe nudanda. Sed ipſa crimina vulnera hæc ſunt, quorum Medicus eſt Chriſtus; Et quantum ad hanc nudationem, ſive confesſionem quæ fit ſacerdoti, ea per Canones ipſos non eſt necesſitatis, ſed arbitrii. Ita legimus *can. Quidam. ultimo diſt. 1. de Pœnit. Quidam Deo ſolummodo confiteri debere peccata dicunt, ut Græci. Quidam vero ſacerdotibus eſſe confitenda percenſent, ut tota fere ſancta Eccleſia.* Ergo non omnis. Et ipſe Gratianus initio illius *diſtinct.* ita loquitur; *Sunt qui dicunt, quemlibet poſſe criminis veniam ſine confeſſione facta Eccleſiæ & ſacerdotali judicio promereri.* Et Gloſſa *ad rub. diſt. 5. de Pœnit.* ſtatuit, *melius* dici, confesſionem *inſtitutam fuiſſe a quadam univerſalis Eccleſiæ traditione, potius quam ex novi vel veteris teſtamenti autoritate:* unde concludit, *Ergo neceſſaria eſt confeſſio in mortalibus apud nos, apud Græcos non, quia non emanavit apud illos traditio talis, ſicut nec conficiunt in azimis.* M. p. 178.

(139)

pœnitentiam (139) propriis viribus adimplere ſtudeat, ſuſcipiens reverenter ad minus, ſingulis annis in Paſchate (140) Euchariſtiæ ſacramentum, niſi forte de ſacer-

(139) De ſatisfactione itidem dicendum erit ad §. *12.* Z. *Remiſſio.*

(140) Frequentior olim erat uſus Euchariſtiæ in Eccleſia Veteri, ita ut quotidie quidam, quidam bis in hebdomade, alii ſingulis diebus dominicis cœna ſacra uterentur. Invaluit deinde conſuetudo, ut in feſtis ſolennioribus tota multitudo ad majores baſilicas conveniret, & ibi ſolennis quædam communio celebraretur, non intermitteretur tamen interim Euchariſtiæ uſus aliis temporibus. Sed ſequioribus temporibus Pontificii iſtam invexere ſententiam, ex præcepto neminem obligari, niſi ut ſemel tantum in anno communicet. Quemadmodum etiam docent, ſatisfieri præcepto de amando DEO, ſi id ſemel in anno fiat, nec teneri quenquam ad plures actus eliciendos. Vid Andr. Mendo *in ſtater. diſſert. 1. qu. 13.* Quo jacto fundamento, alia plura maxime enormia fuerunt ſecuta. Quia enim vi hujus regulæ (quæ extat in *c. omnis 12. X. de pœnit. & remiſſ.* ſed quam per manifeſtam cavillationem ita interpretantur Pontificii, ac ſi non alio tempore, quam in paſchate confiteri oporteat, cum tamen τὸ *ſaltem*, quod ibi habetur, non excluſivum ſit, ſed comparativum, ſc. ad minimum ſemel in anno ſit communicandum) quia, inquam, vi hujus regulæ nemo tenetur niſi ſemel in anno & quidem die paſchatos confiteri Sacerdoti, ac conſequenter ex ipſorum mente non niſi ſemel in anno pœnitentiam agere, usque adeo, ut, qui die palmarum vel in octava paſchatos confeſſus fuiſſet, huic præcepto Eccleſiæ nequaquam ſatisfeciſſe cenſeatur, ex ſententia congregationis Cardinalium d. 18. Febr. 1598. & 21. Maji 1607. uti Johannes Gallemart & Soteallus notarunt, ad *can. 9. ſeſſ. 13. Concil. Trid.* hinc inferunt Caſuiſtæ: Quanto tempore peccator habet ſpacium non pœnitendi, tanto habet & ſpacium non reſipiſcendi, quia illa hac eſt ordine prior. Quanto autem tempore peccator ſpacium non reſipiſcendi habet, tanto tempore & proximus ſpacium habet

Abſurda doctrina Canoniſtarum de tempore pœnitendi.

ſacerdotis conſilio ex cauſa duxerit abſtinendum: (141) alioqui & vivens ab ingreſſu Eccleſiæ arcebitur, & moriens Chriſtiana carebit ſepultura. (142)

Pœnitentia conſtat contritione, confeſſione, & ſatisfactione.

g) c. perfecta pœnitentia d.

§. 5. Conſtat igitur pœnitentiæ ſacramentum (g) tribus partibus (143) contritione cordis, confeſſione oris

---

habet eum non admonendi de pœnitentia; ſed quemadmodum iniquus exactor eſt, qui debitum in diem contractum exigit ante diem qui nondum venit; ita iniquum monitorem fore ajunt, qui ante diem Paſchatis vel ante hebdomadam pœnoſam dehortetur proximum a quovis peccato commiſſo. Ita Abulenſis *in cap. 18. Matth. qu. 83.* Ægid. Köningk *de Sacram. tom. 2. diſp. 3. dub. 3. & de act. ſupernat. diſp. 68. dub. 6. n. 116. ſeq.* Paul Laymann. *Theol. moral. tract. 6. diſp. 3. punct. 2.* quæ omnia manifeſto pugnant cum præcepto divino illico revertendi *Pſalm. 95. 8. Ebr. 37. Luc. 14, 6.* Z.

(141) Quæ erit iſta cauſa, propter quam quis abſtinere debeat ab uſu cœnæ dominicæ? Z.

(142) Vid. Carpzov. *in juriſpr. Conſiſt. lib. 2. def. 296. 297.* Z.

ad. §. 5.

Canoniſtarum variatio de partibus pœnitentiæ & doctrina male cohærens.

(143) I. Non ſatis conveniunt inter ſe pontificii in explicatione partium pœnitentiæ. Gabrielis hæc eſt ſententia *4. diſt. 16. q. 1. a. 2. concl. 3. Accipiendo partem proprie, neque contritio, neque confeſſio, neque ſatisfactio eſt pars pœnitentiæ acceptæ pro Sacramento. Quia ſic pœnitentia realiter non eſt, niſi ſacerdotalis abſolutio confitentis.* Aliter Durandus *4. diſt. 16. q. 1. Contritio & ſatisfactio non ſunt materia neque forma ſacramenti pœnitentiæ. Forma enim conſiſtit in verbis abſolutionis: materia, ſi qua ſit,* in

in verbis confeſſionis. Petrus de Palude *4. diſt. 16. q. 4. art. 1.* docet, *contritionem eſſe materiam remotam, confeſſionem propinquam; ſatisfactionem autem in abſolutione injunctam eſſe partem formularem ipſius formæ*. Cæterum ſi recte attendatur doctrina Pontificiorum, non ſatis ſibi cohæret. Quia enim juxta eos forma conſiſtit in verbis: *Ego te abſolvo*, quomodo ad materiam pertinebit, ejusque partem conſtituet ſatisfactio: præſertim cum hodie formam, per quam alias res in ſuo completo eſſe conſtituitur, aliquo intervallo ſubſequatur, nonnunquam plane intermittatur; Cumque materiam Sacramenti oporteat externam & viſibilem ſeu ſenſibilem eſſe, quomodo contritio cordis, quæ per ſe inſenſibilis eſt, poterit eſſe materia ſenſibilis? cum tandem impoſſibile ſit ſine fide placere DEO, quomodo placere DEO poterit pœnitentia Pontificia, in qua ne minima fidei mentio? Judas certe partes pœnitentiæ Pontificiæ omnes habuit, contritus eſt, confeſſus eſt, & quidem ſacerdotibus, demum ſatisfecit opere, argentum abjecit in templum, laqueo tamen ſe ſuſpendit, atque ſic ipſo facto oſtendit, veram ſe pœnitentiam non habuiſſe, nec proinde pontificiam pœnitentiam veram eſſe pœnitentiam. Z.

II. Sed neque hic conſentiunt Dd. Eccleſiæ Rom. Quidam enim totam Sacramenti hujus eſſentiam collocant in abſolutione, ut Scotiſtæ; alii, tria cætera ejus materiam faciunt, abſolutionem formam: Verum in genere hic ſufficiant verba *can. 1. diſt. 1. de Pœnit.* ex Ambroſio deſumta: *Petrus doluit & flevit, quia erravit ut homo; Non invenio quid dixerit; invenio quod fleverit; Lachrymas ejus lego, ſatisfactionem non lego.* Et Gloſſa *ad rub. illius d. ſt. Si ſubtiliter intueamur, gratiæ DEI, non contritioni, eſt attribuenda remiſſio peccatorum.* Πρῶτον ψεῦδος Pontificiorum in tota hac doctrina eſt, quod Exomologeſin & ſatisfactiones Canonicas per veteres Canones pœnitentiales ſancitas, ad diſciplinæ ſeverioris exercitium in foro fori, mutarunt in confeſſionem auricularem & ſatisfactionem debitam in foro poli. M. *p. 178.*

Illuſtratio præcedentis nota.

1. de pœnit. c. voluiſſet ib.

oris, & operis ſatisfactione. Contritio (144) nihil aliud eſt, quam dolor pro peccatis voluntarie aſſumptus (145)

Pontificiorum ſubtilitates inutiles de differentia contritionis & attritionis; item doctrina periculoſa de non vitanda neceſſario occaſione peccati.

(144) Pontificiis ad implendum præceptum poſitivum Eccleſiæ de confeſſione & Sacramenti ſumptione annua non requiritur perfecta pœnitentia, neque perfectus dolor de præterito, neque actualis emendatio de futuro; ſed ſufficit pœnitentia imperfecta, i. e. ſufficit ſola attritio, exhalans ex naturali fœtore & turpitudine peccati, quat. lædit honeſtatem naturalem, imo ſufficit virtualis attritio, i. e. diſpoſitio animi: Me ſc. de præſenti quidem non dolere, appetere tamen ſenſum doloris de peccato commiſſo, ubi magis vacat, aut oportunum eſt a ratione ſtatus, a qualitate officii mei, quod de præſenti non patitur iſtis mortificationibus me dedere. Ita enim virtualem attritionem deſcribunt Cajetanus *in 3. Thom. qu. 86. art. 1.* Nugno Cabezudo *ibid. ad 6. & in ſupplem. Thom. q. 2. art. 6. diſp. 1.* Laymann. *lib. 5. theol. mor. tract. 6. c. 2. n. 2.* Ferdin. de Caſtro palao *t. 1. 1. moral. tr. 5. diſp. 3. punct. 2.* Ideoque etſi periculoſam fateantur dilationem usque ad extremum mortis articulum, negant tamen requiri inſtantaneam pœnitentiam de præcepto DEI aut Eccleſiæ. Negant, dilationem iſtam cenſeri poſſe pro novo impœnitentiæ actu. Turrianus *diſp. 3. de ſacr. pœnit. dub. 3.* Imo in non renatis attritionem ejusmodi volunt valere ad ſalutem & primam juſtificationis gratiam conſequendam. Joſeph. a Coſta *de procurand. Indor. ſalut. lib. 5. c. 11.* In renatis vero plusquam ſufficientem ad ſacramentum pœnitentiæ dicunt attritionem; contritionem vero adeo neceſſariam ſacramento non eſſe, ut potius noxia ſit: quia cum vi ſua peccata deleat, nihil delendum relinquat Sacramento. Ita enim diſerte Gregorius de Valentia *t. 4. diſp. 7. q. 8. pag. 4.* *Contritio,* inquit, *in re ipſa non eſt neceſſaria ad effectum primarium ejusmodi Sacramentorum percipiendum; imo obſtat potius, quo minus ille ſequatur. Igitur abſurdum eſſet præceptum, quod contritionem ad eam rem requireret, ut con-*

convenienter & fructuoſe iſta Sacramenta ſuſcipiantur, quemadmodum abſurde certe faceret medicus, qui ægroto præciperet, ut ſuſciperet medicamentum, niſi prius conatus eſſet abſque medicamento morbum depellere. Quæ omnia quam non conveniant Sacris literis, quamque ἀσύςατα ſint, nemo non videt. Vid. ejusmodi plura apud Ludovic. Montalt. *epiſt. provincial. 10.* Docent inſuper moraliſtæ, non teneri quenquam vitare occaſionem proximam peccandi, quando ex tali vitatione ſequitur notabile aliquod detrimentum in vita, honore, fama, aut re familiari; tum enim occaſionem proximam fieri involuntariam & ita in occaſione tali permanentem poſſe abſolvi, dum tamen hæc quatuor adſint, 1. vera pœnitudo præteritorum, 2. verum propoſitum non peccandi, cum ſe invenerit in ea. 3. credulitas, quod DEO juvante non peccabit, cum in ea ſe invenerit, 4. quod ſubſit aliqua rationabilis cauſa non ſe ſeparandi ab ea. Et hanc doctrinam varie exemplificat Thomas Hurtado *tr. 1. reſol. 1.* & multis ſeq. Sed iſta profecto contritionem prorſus evacuant, imo pugnant inter ſe, habere firmum propoſitum emendandi, & tamen propter temporalia vitare nolle pericula animæ quæ propoſitum iſtud impediunt. E. gr. putat Hurtado, miniſtrum, non teneri vitare occaſionem proximam peccandi in portandis literis internunciis adulterii aut duelli a domino ſibi commiſſis, ſicubi ab hero vel magnum aliquod bonum expectet, vel malum metuat ſibi hinc imminens, & quod ſi non faceret, e familia ejiciendus fuerit. Et notabilia ſunt ejus hæc verba: *Si ego ſciam, quod toties, quoties vendo agnum Judæo, illum ſacrificet Judaico more, & ſi ego ſciam, domum meam commodatiſſimam eſſe meretricibus ad peccandum, poſſum & agnum vendere Judæo & locare domum meretricibus, cauſa ad id urgente. Unde horum peccata mihi involuntaria ſunt, nec ad illa aliquo modo coopεror. Ergo ſi adeſt urgens cauſa, qua cogor non dimittere occaſionem* (in ſequentibus ne quidem juſtam cauſam requirit) *poſſum abſolvi toties quoties,* &c. Sed profecto ſcientia, quam præſupponit, facit, ut communicetur peccatis alienis. Nec vere pœnitens dici poteſt, qui peccandi talem occaſionem non abſcindit, nec evitat. Meretricibus

 coope-

(145) cum propoſito confitendi, (146) & ſatisfaciendi. (147)

---

cooperatur, qui ex ædibus ſuis ſciens facit lupanar. Et hic, niſi id mutaverit, abſolvi non debet. Z.

Falſum, pœnitentiam provenire ex viribus humanis.

(145) I. Falſum hoc eſt, ut & illud, quod inde conſequitur & aſſerit Bellarminus *l. 2. de pœnit. c. 2.* contritionem non eſſe paſſionem, ſed actionem liberam ex libero arbitrio & viribus humanis ſuſceptam. Salutaris enim contritio ex nobis ipſis non eſt, ſed eſt ſingulare donum DEI, *Act. V, 31. Act. XI, 18. 2. Tim. II, 25. Ezech. XXXVI, 26.* Et in ſcripturis paſſim, ubi pœnitentium fit mentio, iſtæ occurrunt appellationes: *percuſſio femoris, confuſio, erubeſcentia, percuſſio cordis, conturbatio animæ, tribulatio Spiritus, confractio cordis, infixio ſagittarum Domini, tremor* &c. quæ omnia non actionem liberam & voluntariam, ſed paſſionem denotant. Z.

Lancelottus defenſus. Argumentum inde novum contra doctrinam Pontificiam de contritione per pœnam extorta.

II. Verum quidem eſt, Pontificios errare, dum docent pœnitentiam ſalutarem eſſe actionem liberam ex viribus humanis ſuſceptam. Sed non credo tamen, Lancelottum hoc loco in verbis: *voluntarie aſſumtus* ad illud dogma reſpexiſſe, ſed voluntarium hic opponi coacto per vim & metum extrinſece incuſſum. Et tum tantum abeſt, ut notam mereatur Lancelottus, ut potius ex hoc ipſo aſſerto veriſſimo argumentum petamus contra abſurdiſſimam doctrinam juris Canonici, jam ſupra *nota 117. & 121. Sect. II.* notatam, quaſi pœnitentiæ natura in pœna conſiſtat, & quaſi fletus per vim & metum externum incuſſus, ſit ſignum ſeriæ contritionis. T.

Confeſſio quatenus neceſſaria.

(146) I. Externa confeſſio peccatorum non eſt abſolute neceſſaria neceſſitate medii ad abſolutionem a DEO obtinendam; ſed ex neceſſitate præcepti, tanquam requiſitum concomitans pœnitentiam ad oſtendendam contritionis & fidei veritatem Miniſtro Chriſti ordinario. Ideo enim miniſter exigit confeſſionem, ne impœnitentibus & indignis remiſſionem annunciet. Utilis quoque eſt talis confeſſio a parte aliorum, qui aut exemplum converſionis, ut & ipſi con-

(147) Confeſſio (148) (ut Auguſtino placet) eſt, per quam morbus latens ſpe veniæ aperitur: vel Confeſſio,

---

convertantur, inſpiciant, aut de converſo gaudeant & DEO gratias agant. Requiritur quoque a parte ipſius peccatoris, ut is ſe humiliet, & talem fateatur, qui miſericordia & venia indigeat. Z.

II. De utilitate confeſſionis non diſquiram, cum nihil ſit pe- *Reſpondetur* ne, quod non diverſo reſpectu ſit utile & inutile. Saltem de neceſ- *Zieglero.* ſitate præcepti, quam aſſerit Zieglerus, mallem ut adduxiſſet illud præceptum. Nusquam enim, quantum ego, ut Laicus recordor, præceptum eſt in ſcriptura, ad oſtendendam ſeriam contritionem confitenda eſſe peccata Paſtori. Et ſi quod tale præceptum afferatur, ad illud quæri poteſt reſponſio in tractatu Dallæi de confeſſione auriculari ſupra *nota 135.* epitomato. T.

(147) De ſatisfactione, & utrum ea partem faciat pœnitentiæ, *Doctrina Ca-* infra dicemus. Id vero non ſatis aſſequor, cum confeſſio & ſatisfa- *noniſtarum* ctio ex mente Papiſtarum partes ſint pœnitentiæ a contritione diſtin- *non cohærens.* ctæ, quomodo eas autor contritionis faciat partes? Ita & alii inter Papiſtas numerum ternarium partium pœnitentiæ inde deducunt, quod a peccatore tres perſonæ offenſæ fuerint, DEUS, Eccleſia & proximus: omnibus his ſatisfaciendum eſſe, illi per contritionem, iſti per confesſionem, huic per reſtitutionem. At ſic omnes tres partes uno ſatisfactionis nomine venient, nec ergo ſatisfactio ab reliquis duabus erit diſtincta. Z.

(148) Num confesſio ſit ex jure divino, an ex jure poſitivo *Confeſſionem* Eccleſiæ, multum adhuc diſceptant Pontificii. Illud tenent nonnul- *eſſe ex jure* li Theologi, de quo videri poteſt Thomas *in 4. ſentent. diſt. 17.* *humano.* *art. 1. & 2. & diſt. 21. q. 3. art. 1. & diſt. 22. q. 2. art. 3. ad fin.* Hoc defendunt & confirmant *gl. & Arct. ſumm. de pœnit. diſt. 5.* & Pan. *in c. omnis X. de pœn. & remiſſ.* ubi tenent, quod Græci, qui ſoli DEO confitentur in ſecreto, non peccent, quia conſtitutio *c. omnis utriusque &c.* non fuit ab Eccleſia Orientali recepta. Z.

ſio, eſt Canonica (149) peccatorum coram proprio ſacer-

Pontificiorum irrationales & ineptæ doctrinæ de confeſſionibus. Item Arcanum politicum ſub confeſſione auricularis latens.

(149) Conditiones confesſionis hiſce verſiculis comprehenderunt:

Sit ſimplex, humilis, confeſſio, pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, diſcreta, libens, verecunda;
Integra, ſecreta, lacrymabilis, accelerata.
Fortis & accuſans, & ſit parere parata.

Inprimis autem requirunt, ut confesſio fiat ſpecialiter de omnibus & ſingulis, etiam minimis peccatis, & ſecundum omnes circumſtantias, nullo habito pudore. Diſputant enim Summiſtæ, ſi quid in enumeratione peccatorum omittatur, non tantum illa peccata, quæ in ſpecie & ſigillatim ſacerdoti non enumerantur, non remitti, ſed ne illorum quidem, quæ enumerata ſunt, remiſſionem accipi, niſi integra ſit confeſſio ſecundum omnes circumſtantias. Sed præterquam quod talis confitendi modus nec mandato nitatur nec exemplo in Scripturis, totus ille mera eſt conſcientiarum carnificina. Si enim verum eſt peccatum, quod non confiteris, non remitti; peccatum, quod remiſſum non eſt, inducet damnationem. Quare ſicut certus eſſe non potes, te omnia tua peccata confeſſum; ita nec certus eſſe potes, te liberum a damnatione. Imo, ſicut certus eſſe potes, te omnia tua peccata in ſpecie non enarraſſe, ita certus eris de eorum retentione & tui damnatione. Et ipſimet hodie novi Moraliſtæ multas argutias profitentur, quibus ab rigido iſto confitendi præcepto liberare ſe quis poſſit, de quibus videri poteſt Martinus Azpilcueta Navarr. *tom. 3. c. 5. & 6.* Ludov. Montaltius *epiſt. provinc. 10.* Facit autem ſpecialis peccatorum enumeratio, ut Pontificii ad ſecretiſſimorum quorumcunque conſiliorum inveſtigationem penetrare poſſint; quam nonnulli eorum ſatis curioſe inſtituunt. Cæterum cum pontificii diſcrimen faciant inter peccata mortalia & venialia, illorum tantum volunt fieri enumerationem ſpecialem, horum nequaquam; imo vero perquam abſurde & impie aſſerunt porro, poſſe

poſſe quem confiteri unum peccatum veniale, deque eo propoſitum emendationis habere, ſed aliud ex eadem occaſione proveniens non confiteri, ſed nec propoſitum emendationis de eo habere, imo de iſto in ipſo confeſſionis actu ſibi multum placere, neque id veræ pœnitentiæ eſſe adverſum. Vid. Thom. Hurtad. *reſol. moral. tract. 1. c. 3. reſol. 2. n. 32.* Et ne quid deſit impietati, non verentur Pontificii etiam æquivocationes & inficiationes ad interrogata Sacerdotum in confeſſione admittere. Ita enim diſerte Joh. Sanchez, *diſp. moral. 9. n. 9. Infertur 3. quod non ſolum pœnitens, qui habet conſuetudinem peccandi, ſed & qui habet occaſionem proximam inevitabilem ſine magno incommodo & ſcandalo, poterit æquivocatione utendo negare occaſionem, licet interrogetur, ſi credat ſe non iri abſolvendum ea cognita, nam poſito vero propoſito emendationis, habet pœnitens jus ad abſolutionem, quæ ſine errore a confeſſario negari non poteſt; errorem vero confeſſarii fovere pœnitens non tenetur. Imo ſi certo credat, adepturum ſe abſolutionem, poterit negare occaſionem, cum ad hoc, ut miniſter recte ſuo fungatur officio, nihil conducat ſcire, ſitne pœnitens in occaſione vel non, dato, quod illam vitare non poteſt, eo quod ſive cognoſcat occaſionem ſive non, teneatur tamen abſolutionis beneficium impertiri.* Hæc Sanchez, quæ tam impia ſunt, ut a Viro Chriſtiano dici talia potuiſſe haud fruſtra mirari liceat. Notat ea & perſtringit Th. Hurtado *d. l. reſolut. 22.* Quam pie alias, quam caſte, & quam devote confeſſiones peragi apud pontificios ſoleant, apparet ex immenſa controverſiarum farragine, quas de ſacerdotibus ad libidinem ſolicitantibus in confesſione, movere ſolent. Et tales caſus multoties contingere, non poteſt diffiteri idem Hurtado *tr. 4. c. 8. reſol. 36. n. 401. & reſol. 37. n. 416.* & refert ipſe *reſolut. 65. in fin. n. 948.* caſum ſatis obſcœnum & turpem. Fatetur etiam Joh. de Eſcobar. *p. 2. q. 2. §. 2. n. 32.* dicens: *Scio, proh dolor, quantum hoc enorme facinus creverit hac noſtra tempeſtate & calamitoſis temporibus, & debemus omnes pro viribus ei occurrere & ad hoc remedia oportuna apponere.* Add. Andr. Mendo *in ſtater. opin. benign. diſſert. 1. quæſt. 8. & 9.* Z.

cerdote (150) facta declaratio.

Tribus caſibus poteſt quis confiteri non proprio ſacerdoti, ſi obtineat licentiam ab eodem vel ab Epiſcopo, vel ſi confiteatur fratribus habentibus generalem poteſtatem audiendi confeſſiones.

§. 6.

Quis pro proprio Sacerdote habendus.

(150) Id prudenter ita ab Eccleſia conſtitutum eſt, ut ſc. accurata auditorum habeatur ratio, & ſint, qui perpetuam eorum habeant curam, eorum attendant mores, eos corrigant, eos errantes in ſalutarem viam reducant, quod fieri ita commodè non poſſet, ſi ab uno paſtore ad alium vagari liceret. Carpzov. *Juriſpr. Conſiſt. lib. 2. def. 290.* Sed quis eſt proprius Sacerdos? Hic nimis laxe reſpondet Joh. Franciſc. Ripa *de peſt. c. 8. n. 32.* proprium ſacerdotem eſſe presbyterum parochialem, item Epiſcopum, cui tota diœceſis parochia ſit, it. Archipresbyterum Eccleſiæ cathedralis vicarium Epiſcopi generalem, legatum in tota provincia, & papam in univerſo. At enim ut Eccleſiaſtica conſtitutio ſuum conſequatur finem, præſtat potius, etiam ubi plures unius Eccleſiæ fuerint miniſtri, unum aliquem ſibi ſeligere, eique peccata ſua confiteri, quam inter plures animæ ſuæ ſarcinam dividere. Cæterum erat olim in antiqua Eccleſia ſingularis quidam presbyter pœnitentiarius, cujus meminit Sozomenus *lib 7. hiſt. Eccl. c. 16.* his verbis: *Odioſum, ut credibile eſt, Sacerdotibus ab initio viſum fuit, tanquam in theatro, audiente Eccleſiæ multitudine, delicta pronunciare. Presbyterum itaque aliquem vitæ integritate quam maxime ſpectabilem, ſecretorum etiam tenacem ac ſapientem, huic officio præfecerunt: eum accedentes, qui peccarant, acta vitæ ſuæ confitebantur. Ille vero pro cujusque delicto, quid aut facere ſingulos, aut luere oporteret, interminatus abſolvebat, ut a ſe ipſi commiſſorum pœnas exigerent.* &c. Z.

ad

§. 6. Quod autem dicitur *coram proprio ſacerdote*, ita demum obtinet, ſi nulla legitima cauſa ſubſit ejus declinandi judicium. Cæterum ſi quis vel proprii ſacerdotis imperitiam *h*) vereatur, (151) vel alias vitam & mores ſuſpectos habeat, & propterea alieno ſacerdoti *i*) confiteri voluerit, licentiam prius poſtulet, & obtineat a proprio: (152) cum aliter illum alienus, quacunque ſuffragante conſuetudine, non poſſit abſolvere, (153) vel ligare. (154) Si quis tamen regularibus (155)

h) *can. fin. de pœnit. diſt. 6.*

i) *cap. omnis utriusque §. ſi quis autem*

ad §. 6.

(151) Facit utique imperitia, ut ſi aliquis nimium gravatus fuerit ſuis peccatis, & ſufficiens conſolationibus non ſit confeſſionarius proprius, conſilium petendum ſit ab alio peritiore. Z. *Declaratio dictorum de imperitia.*

(152) Qui ſi nolit, obtineri poterit ab Conſiſtorio, & fortaſſe ab hoc potius, quam ab illo petenda eſt licentia. Z. *Potius a conſiſtorio.*

(153) Non quod invalida ſit abſolutio, ſi ab alieno paſtore facta fuerit, ſed quod non poſſit propter conſtitutiones Eccleſiaſticas. Unde ſtatuit Thomas Hurtado *tr. 5. cap. 6. reſol. 69.* nec in articulo mortis quidem, præſente proprio ſacerdote poſſe aliquem abſolvi ab alio. Z. *Tyrannis conſtitutionum Eccleſiaſticarum.*

(154) I. Hæc poteſtas eſt miniſterialis non judiciaria, nec requirit *criminum occultorum notitiam*, ſiquidem *de occultis non judicat Eccleſia*, ac conſiſtit in Evangelii miniſterio, exerceturque annunciative & miniſterialiter, non judicialiter & authoritative; Ideo Hieronymus *ad 16. Matth.* ita habet: *Iſtum locum Epiſcopi & presbyteri non intelligentes, aliquid ſibi de Phariſæorum aſſumunt ſupercilio, ut vel damnent innocentes, vel ſolvere ſe noxios arbitrentur; cum apud Deum non ſententia ſacerdotum, ſed reorum vita quæratur.* M. *p. 178.* *Poteſtas ſolvendi & ligandi phariſaice explicata.*

II. Quamvis communis ſit ſententia etiam a Proteſtantibus *De clave ligante & ſol-*

reten-

vente peculiaris explicatio Dallæi, & aliorum.

retenta, per clavium poteſtatem in ſacris literis intelligi poteſtatem remittendi aut retinendi peccata, non deſunt tamen, qui ſcripturam ſacram aliter exponendam eſſe arbitrentur. Ita Johannes Dallæus *de confesſione auriculari lib. 1. c. 5 p. 25. Ego quidem, ut obiter aperiam, quid de his locis ſentiam, paulo aliter illa Domini verba accipienda eſſe exiſtimo; ut per* claves *quidem* regni cœlorum, *quas Petro promittit, totius Eccleſiæ Chriſtianæ magiſterium intelligatur; metaphora ab uſu Judæorum ſumta, apud quos* clavis *Magiſtrorum, ſive Doctorum inſigne fuiſſe videtur; eoque alibi Dominus haud obſcure alluſit, quo loco* legis peritos *ait* clavem ſcientiæ tuliſſe. Ligare *vero &* ſolvere *nihil aliud eſt quam quid fas ſit, vel nefas, quid liceat, quid non liceat, definire ac conſtituere; quæ horum verborum ſignificatio apud Judæos, quorum vulgari ſermone utebatur Chriſtus, familiaris & erat olim & etiam nunc eſt, quod ex Rabbinorum libris ſatis apparet, in quibus* ligare *&* ſolvere *nihil aliud eſt quam* prohibere, *&* permittere; *ut cum vulgo ajunt* nihil ligaſſe Ezechielem & Davidem, quod non eſſet ligatum in lege. *Hinc* ligatum *illis dicitur quicquid prohibitum eſt, quicquid vel Moyſes, vel majorum traditio profanum, & illicitum eſſe pronunciavit; contra* ſolutum *quicquid eſt legitimum; quicquid per DEI legem, & veterum* δευτερώτεις *facere licet; Ergo Dominus Petro hujusmodi in Eccleſia ſua, quæ cœlorum regnum eſt, magiſterium, ſive doctoris munus tribuit, quo de religione, & omnibus ad eam pertinentibus judicare, ac definire; ac quid in ea ſequendum, quid fugiendum, quid fas, nefasve exiſtimandum ſit, ſtatuere posſit, ratum apud Deum fore promittens, quicquid ille docuerit, ac definiverit. Idemque eſt eorum, quæ omnibus poſtea Apoſtolis promiſit, ſenſus, fore ſcilicet, ut quæcunque cauſa cognita pronunciabunt vel juſta, vel injuſta eſſe, ea Deus eodem quoque loco habiturus ſit.* Latius hanc ſententiam Dallæi probat Lightfootus *in horis Hebraicis ad Matth. c. 16. v. 19. p. 577. ſeq.* Has vero doctrinas Lightfooti qui nugas vocaverit, eum nugatorem omni-

(155) generalem audiendi confeſſiones poteſtatem habentibus (156) & locorum ordinariis præſentatis, & ab iisdem approbatis, confeſſus fuerit, (157) Pariſienſis Doctoris (158) rejecta ſententia, non magis eadem pec-

ext. eod. c. vas electionis in Extravag. Job. 2.

---

omnium maximum vocat Joh. Bened. Carpzovius Theologus Lutheranus *in Epiſt. dedicat. editioni hujus operis præmiſſa.* T.

(155) Ita ſcilicet omnis fere cura animarum devoluta eſt ad Monachos. Adſcribam verba Johannis Franciſci Ripæ, qui in tractatu *de peſte c. 8. n. 28. 29. 30.* iſtam texit querelam: *Papa caput Epiſcoporum & ipſi Epiſcopi, ſacramentalia, quæ ſunt honoris, ſibi retinuerunt, quæ vero ſunt oneris, ſacerdotibus communia eſſe voluerunt, & utinam communicaſſent, non abdicaſſent. Nam qui communicat, partem retinet. Sed hodie Pontifices temporalibus adeo inhærent, ut de ſpiritualibus ſibi nulla cura ſuperſit. Religioſi ergo mendicantes, pauperrimi ſacerdotes ſoli ſunt, qui confeſſiones audiunt, & ſoli ſunt, qui peccata populi comedunt. Prælati autem bona pauperum devorant, & niſi latum ventrem, inflataſque genas oſtentent, ſe prælatos eſſe & plenam prælaturæ profeſſionem adeptos fuiſſe non credunt.* Z.

Ripæ querela de ignavia Cleri Pontificii.

(156) Quam eis conceſſit Clemens V. Papa, & quidem tanta plenitudine, ut ſi hujuſmodi licentiam eis exhibere recuſent prælati, illis nihilominus confitentes audire liceat. Vid. *Clement. 2. de ſepultur.* Id vero per Concilium Trident. mutatum eſſe dicit Aug. Barboſa *ad d. Clem. n. 7. 8.* Z.

Jus novum Concilii Tridentini.

(157) Sed num id fieri poterit ſine licentia proprii ſacerdotis? Negatum id aliquando fuit, quod regularibus quidem licentia data ſit libere audiendi confeſſiones, non vero parochianis libere confitendi. Verum in contrarium per diſertas conſtitutiones factam fuiſſe declarationem, teſtatur Ripa *de peſte d. l. n. 36.* Z.

Nova trica Canoniſtarum.

(158) Johannis de Poliaco, Vid. *extravagant. commun. cap. vas electionis &c. de hæret.* Z.

Quis iſte Doctor Pariſienſis.

peccata tenebitur iterum confiteri, quam ſi ea proprio ſacerdoti juxta generalis Concilii diſpoſitionem confeſſus fuiſſet.

Epiſcopus poteſt ſuo ſubdito concedere licentiam eligendi confeſſorem.

§. 7. Epiſcopus quoque ſubdito ſuo, ut quemvis idoneum ſibi deligat confeſſorem, facultatem concedere poterit, (159) cum non minoris eſſe debeat efficaciæ ab Epiſcopo obtenta licentia, quam a Parochiali ſacerdote.

Neceſſitas facit affectum reputari pro effectu.

§. 8. Sed & ſi pœnitendi urgeat neceſſitas nec deſideranti *k*) locus aut tempus proprium ſacerdotem offerat, & ſi is, cui quis confitetur, ſolvendi nullam poteſtatem habeat, tanta tamen eſt vis confeſſionis, (160) ut dignus fiat venia ex deſiderio ſacerdotis, qui pre-

k) c. qui vel confiteri de pœnit. diſt. 6.

ad §. 7.

Limitatio. (159) Sed poſtquam elegit, denunciari eum volunt Ordinario loci, & ab eo confirmationem obtineri, Ripa *de peſte d. l.* Z.

ad §. 8.

Contra confeſſionem auricularem Pontificiorum. (160) Totus hic paragraphus falſo iſto nititur principio, quod confeſſio ut meritum faciat ad ſalutem. Dicunt enim Papiſtæ, Confeſſionem auricularem Sacerdoti factam, eſſe meritoriam ad culpæ remiſſionem, pœnæ diminutionem, Paradiſi apertionem, & ſalutis fiduciam. Vid. Interpp. in Lombardum *lib. 4. diſt. 17.* Quod autem confeſſio coram pluribus vel ſecreto in unius aurem fieri debeat, de eo nullum extat in Scripturis mandatum. Et exhinc externa talis confeſſio ad obtinendam a DEO abſolutionem, abſolute neceſſaria non eſt. Quin ſi actus contritionis erga DEUM cum fiducia

proximo ſuo criminis turpitudinem confiteri non refugit. Votum enim (161) pro opere reputatur, cum operis perficiendi facultas deeſt.

In perpetuum eſt in monaſterium detrudendus, qui revelat confeſſionem.

§. 9. Sed *l)* ſive proprius ſacerdos, ſive alius pœnitentiam audiat, cavebit omnino, ne aut verbo, aut alio quovis modo confitentem prodat: (162) quoniam qui

l) c. omnis utriusque §. caveat. ext. cod. c.

cia in Chriſtum fiat, perfectam ille converſionem conſtituit ex parte peccatoris, quam deinceps ex parte DEI excipit remiſſio ſive juſtificatio. Poteſt tamen unusquisque non tantum coram miniſtro Eccleſiæ, ſed etiam in caſu neceſſitatis coram alio quodam Chriſtiano, DEO privatim confiteri peccata ſua & abſolutionem ab illo petere. Quia enim etiam Laici in caſu neceſſitatis docere poſſunt, poteſtas abſolvendi ipſis deneganda non eſt, cum abſolvere a peccatis nihil aliud ſit, quam generalem doctrinam Evangelii in individuo applicare ad certam perſonam pœnitentem. Henr. Höpfner. *de cœna tract. pract. ſect. 1. aphor. 13. n. 3.* Z.

(161) De voto Sacramenti, & num id neceſſarium ſit, varie diſputatum fuit in Concilio Tridentino. Vid. Petr. Suav. *lib. 2. p. 261.* Z.

Diſputatio de voto Sacramenti.

ad §. 9.

(162) Id quidem etiam in noſtris Eccleſiis ita obſervatur, ut miniſter Eccleſiæ, quod ſibi in confeſſione a confitente revelatum & in ſinum ejus repoſitum fuit, inſtar Arcaniſſimi depoſiti habeat, nec id revelare porro teneatur ulli, ne quidem Magiſtratui id exigenti, quia ſcilicet confesſio non ſit homini, ſed DEO. Et idcirco, ſi quis manifeſtaverit ea, quæ ſibi in confesſione concredita fuerunt, teſtimonium ejus nil quicquam operatur. Balduin. *in caſ. conſc. l. 4. c. 10. caſ. 7.* Carpzov. *in juriſpr. Conſiſt. l. 3. def. 25.* Gail *l. 1.*

Differentia noſtrorum morum ab impia doctrina Pontificiorum de ſigillo confeſſionis.

obſerv. 100. n. 8. Vincent. Carocc. *de juram. lit. deciſ. qu. princ. 9. qu. 4. n. 8.* Græven. *1. concl. 100. conſid. 2.* Joh. Franc. Ripa *de peſt. c. 8. n. 99. ſeq.* Didac. Spino a Caceres *in ſpec. teſt. gloſſ. rubr. part. 12. n. 33.* Sed enim quia Pontificii etiam a futuris peccatis adhuc perpetrandis & animo jam deſtinatis abſolvere ſolent, non in eum finem, aut ſub ea qualitate, ut a cœpto crimine deſiſtat pœnitens & in novitate vitæ ambulet, ſed ut nihilominus committere iſtud pergat & efficiat, quod ita deſtinatum eſt, & animam tamen indemnem ſervet, (quod qua ratione fieri poſſit, ipſi videant) aut etiam, quia alias ex Confesſione revera pœnitentium de periculoſa aliorum in Remp. machinatione certiores fieri poſſunt, non inſubide movetur quæſtio, utrum, ſi Reip. aliquod inde metuendum fuerit periculum, revelari iſtud debeat, an minus? Hic Pontificii ſuperſtitioſe nimis & impie ſuum propugnant ſigillum confesſionis de ea non detegenda, ne in cauſa quidem majeſtatis & præſenti Regis ac Regni periculo. Acta narrant Anglica, Comitem Nottinghamiæ pro tribunali ita interrogaſſe Jeſuitam Garnetum: ſi quis apud ipſum confiteretur, ſe die ſequenti Regem pugione transfixurum, an putaret rem ſibi occultandam? Garnetum id adfirmaſſe. Binetus ex eodem ordine Caſaubono hiſce verbis confirmavit id ipſum: Præſtare Reges omnes perire, quam ſi ſemel confesſionis ſigillum violaretur. Et alius in Galliis Jeſuita auſus eſt profano & impio ore aſſerere: Si Dominus noſter JEſus Chriſtus in terris verſaretur morti obnoxius, & aliquis ſibi in confesſione dixiſſet, velle ſe illum occidere: prius, quam confesſionem revelaret, paſſurum ſe, ut Chriſtus occidatur. Caſaubon. *ad front. Ducaum & in Reſp. ad Card. Perron.* Sic & Henricus Henriquez Jeſuita *in ſumm. Theol. Moral. de pœnit. l. 3. c. 19. §. 5.* diſerte ſtatuit, non revelandam eſſe confesſionem, quamvis ageretur totius Orbis ſalus, aut ipſius pœnitentis utilitas, nec pro vitando ullo damno gravisſimo innocentis, aut quod eſſet totius Orbis conflagratio aut perverſio religionis & omnium Sacramentorum intentata demolitio. Add. Caſaub. *in Epiſt. dedicat. & in Exercit. 16. c. 13.* Thom. Hurtad. *tr. 4. c. 8. reſol. 27. n. 255. 256. & tr. 6. reſolut. 30. n. 143.* ubi *reſolut. 27. n. 133.* dicit, nec

Papam

qui peccatum in pœnitentiali judicio ſibi detectum, re- *qui vult & c. ſeq.* velare (163) auſus fuerit, non ſolum a ſacerdotali officio deponendus erit, (164) verum etiam ad agendam perpetuo pœnitentiam in arctum monaſterium detrudendus. (165)

Sa-

Papam diſpenſare poſſe circa hoc ſigillum, cum tamen alias & in juramentis & in votis infinitam ei tribuere ſoleant diſpenſandi poteſtatem. Quouſque autem uti liceat notitia per confeſſionem acquiſita in ordine ad externum regimen, exponit enim Hurtado *reſolut. 32. per tot. a num. 149. ſeq.* Et quam facile præter intentionem ſub verbis prorſus generalibus violari poſſit a Confeſſore ſigillum, prolixe refert Mart. Azpilcuet. Navarr. *tom. 3. c. 8.* Sed illa, quæ retuli, quantum violent pietatem in DEUM & ſuperiores, charitatem in proximum & tum Eccleſiæ tum Reip. ſalutem, nemo non videt. Z.

(163) Hoc ſigillum volunt nunc eſſe juris divini, & de illius *Illuſtratio* obligatione multa deblaterant abſurda, quæ perſequi non eſt hujus *præcedentium.* loci. Sufficiat, quod ipſi veteres Canoniſtæ, huic ſigillo eximebant hæreſim, juxta verſiculum notum, *Hæreſis eſt crimen quod nec confeſſio celat*; & ſapientiores politici, idem ſtatuunt de crimine læſæ Majeſtatis, & conſpiratione in vitam Regum & Principum; licet hic Jeſuitæ profiteantur ſe habere donum oblivionis, ut factum ab Albinio Jeſuita, cui Ravaillacius, ſuum conſilium de trucidando Henrico IV. Galliarum rege, in confeſſione aperuerat. M. *p. 178.*

(164) Acerbior videtur hæc pœna, quam ut par videri poſſit *Objectio.* delicto. Z.

(165) Mirum, id apud pontificios haberi pro pœna, quod par- *Pietas pœnæ loco.* tem faciunt pietatis. Sic igitur pietas in pœnam mandari & juberi poterit. Z.

Sacerdos non debet quem abſolvere de caſibus reſervatis Papæ, vel Epiſcopo.

§. 10. Illud etiam animadvertere ſacerdotem oportet, ne quem ſcilicet ab his criminibus abſolvendo liberare tentet, quorum abſolutio, aut (166) Apoſtolico,

ad §. 10.

Origo caſuum Pontifici reſervatorum.

(166) Pontifices Romani commenti ſunt, ad hoc, ut abſolutio valeat & ſit efficax, non ſufficere verbum abſolutionis, nec poteſtatem ordinis, ſive, quod miniſter habeat legitimam vocationem, ſed præterea requiri poteſtatem jurisdictionis ſuper perſonam abſolvendam, atque hinc nullius momenti eſſe abſolutionem, quam ſacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut ſubdelegatam non habet jurisdictionem, utcunque ad eam Eccleſiam, in qua degit abſolvendus, ſit legitime vocatus. Hoc poſito fundamento, extra poteſtatem jurisdictionis ſibi aliquos reſervarunt caſus, talesque etiam Epiſcopis ut ſibi reſervarent, permiſerunt, quos involare etiam illi ſacerdoti, qui poteſtatem jurisdictionis haberet, nefas eſſet. Cui rei id imprimis anſam dedit, quod in veteri Eccleſia enormia crimina, quibus cenſura excommunicationis annexa erat, ad Epiſcopos referrentur, ut de ipſorum conſilio certa ratio publicæ pœnitentiæ imponeretur. Atque id ordinis & diſciplinæ gratia introductum fuit. Pontifices autem caſus inde reſervatos fabricarunt, non diſciplinæ amplius & ordinis gratia, ſed ideo, quod plenitudo poteſtatis remittendi peccata reſideat in papa, juxta cujus arbitrium derivetur in inferiores miniſtros. Sed enim, quia Chriſtus omnibus ex æquo Apoſtolis poteſtatem remittendi peccata dedit, tyrannicum eſt, tales ſibi reſervare caſus, in quibus nullus ſacerdos per verbum DEI vere abſolvere poſſit. Chemnit. *in Exam. concil. Trid. part. 2. p. m. 396.* Z.

(167)

co, *m*) aut proprio ordinario eſt ſervata (167) utputa, *m*) *clem. 1. ſi §. quibus*

(167) Confuſe nimis doctrinam de caſibus Pontifici & Epiſcopis reſervatis proponit Lancelottus hoc loco, neque Lectori curioſo ſatisfacit, cum hic quidem videat, quosdam caſus reſervatos eſſe ſolis Epiſcopis, a quibus abſolvere nequeant Clerici inferiores, quosdam vero eſſe reſervatos ſoli Pontifici, a quibus ne quidem Epiſcopi abſolvere cum effectu poſſint, ſed neſciat tamen, quinam ſint illi caſus, quorum abſolutio pertineat ad ſolum Pontificem, & quinam ſint reliqui qui reſervati ſint ſolis Epiſcopis. Neque lucem affundet his tenebris citata hic ad marginem Clementina, utpote quæ ſaltem generaliter monet prælatos, ne in caſibus reſervatis Pontifici & Epiſcopis abſolvere audeant pœnitentes. Voluit quidem aliquid illuſtrationis gratia addere Lancelottus ſuppeditando hic enumerationem caſuum reſervatorum, ſed tamen neque ſic ſatisfecit Lectori, cum initio non videatur voluiſſe determinare caſus reſervatos, ſed ſaltem exempla quædam eorum ſuppeditare; deinde etiam dubius maneat Lector, utrum caſus hic exempli loco dati pertineant ad reſervata Papæ vel Epiſcoporum. Et fruſtra etiam quæſiveris apud Gloſſatores Lancelotti, quæ deſiderio tuo ex aſſe ſatisfaciant; Imo ipſi Zieglero videtur hic aqua hæſiſſe, qui nihil aliud hic annotavit, quam de reſervatis papæ videndum eſſe ſpeculatorem *tit. de legato §. nunc oſtendendum* caſus vero Epiſcopis reſervatos dependere ab eorum voluntate & ex eorum ſtatutis, tradente Ripa *de peſte c. 8. n. 39.* Quod primum attinet, non videtur ipſe Zieglerus ſpeculatorem evolviſſe, ſed ſaltem ad eum provocaſſe, quia vidit Ripam eum in hunc finem citaſſe. Etenim ſpeculator *d. l.* non agit de caſibus Pontifici, intuitu abſolutionis, reſervatis, ſed in genere de reſervatis & prærogativis ac eminentiis poteſtatis Pontificialis præ reliquis Epiſcopis. Poſterius quod concernit, ipſe Ripa *d. l.* fatetur, quod non poſſit dare certam doctrinam de caſibus Epiſcopis reſervatis, quia id dependeat ab eorum voluntate & ex eorum ſtatutis; Subjungit tamen ſtatim, quod aliqui reperiantur expreſſi in jure, de quibus ex Hoſtienſi ſequentes refert verſiculos: *Qui*

Confuſio doctrina de caſibus Pontifici aut Epiſcopo reſervatis non ſublata a Lancelotto neque ab ejus Gloſſatoribus, neque a Ziglero, neque a Ripa ad quem Ziglerus provocat

Qui facit inceſtum, deflorans, aut homicida
Sacrilegus, nec non percuſſor, & Sodomita
Transgreſſor voti, perjurus, ſortilegusque,
Et mentita fides, faciens incendia, prolis
Oppreſſor, blaſphemus, hæreticus, omnis adulter,
Ipſum Pontificem ſuper his detentus adibit.

Neque ab Homobono de bonis in tractatu de caſibus reſervatis tum Epiſcopis, tum regularibus prælatis.

Verum hic iterum errat Ripa, dum dicit, in his verſiculis contineri caſus reſervatos Epiſcopis, cum verſiculus ultimus diſerte loquatur de caſibus Pontifici reſervatis. (Etſi enim haud ignorem, Epiſcopos olim etiam Pontificum nomine fuiſſe inſignitos, non tamen veroſimile eſt autorem horum verſiculorum ad illum antiquum ſignificatum reſpexiſſe.) Sed forte deſiderio lectoris ſatisfiet, ſi evolvat Homoboni de Bonis commentarium de caſibus reſervatis, tum Epiſcopis, tum regularibus Prælatis, editum primo anno 1617. poſtea recuſum Bononiæ anno 1628. imprimis cum hic tractatus ab eo qui ſecundo edidit, omnibus præferatur, qui ante ipſum de hac materia tractaverant. Age videamus. Continet iſtius opus tres partes. In prima parte tractantur generalia de multiplici ſignificatione hujus verbi caſus. Et de ejus diffinitione ac ſubinde de cauſa finali reſervationis caſuum. *cap. 1.* De cauſa efficienti reſervationis caſuum, ubi agitur de perſonis, quæ tum de jure, tum de conſuetudine caſus reſervare poſſunt. *c. 2.* De cauſa materiali caſuum reſervatorum, ubi traditur, quænam peccata reſervationi ſubjici debeant. Et quinam ſint caſus qui tum Epiſcopis tum Prælatis religiorum ex uſu reſervari ſolent. *c. 3.* De cauſa formali reſervationis caſuum ubi breviter expenditur formula & regula quam Prælati tam ſæculares, quam regulares in reſervandis caſibus obſervare debent. *c. 4.* De abſolutione caſuum reſervatorum & de modo, quo quis tam jure ordinario quam delegato, tam directe, quam indirecte a caſibus reſervatis abſolvitur. *c. 5.* De forma & ratione adhibenda in abſolvendis caſibus reſervatis. Et quid in uſu & praxi, tum in ſacramentali judicio, tum etiam extra obſervandum ſit. *c. 6.* De formulis adhibendis in cenſurarum abſolutione, irregularitatum, votorum, aliorumque impedimentorum diſpenſatione &c. Et quid quoad theo-

Contenta libri.

Partis primæ.

theoricam & praxim in his obſervandum ſit. *c. 7.* De ſeptem aſtubus, & catenis, quibus Cacodæmon fidelium mentes innectere ſolet, ut in peccata gravia, & caſus reſervatos prolabantur, & de remediis, & antidotis, quæ adverſus ea ſuperior, vel Pœnitentiarius adhibere debet. *c. 8.* De remediis & variis pœnitentiis quæ contra peccata mortalia, & caſus reſervatos pro ægri pœnitentis ſalute comparanda, & conſervanda a Pœnitentiario in genere adhibenda ſunt. *c. 9.* Secunda pars agit in ſpecie de caſibus reſervatis in Archiepiſcopatu Bononienſi. *Partis ſecunda.* De primo reſervato, qui eſt blasphemia atrox in Deum, ſacratiſſimam virginem, & Sanctos ex conſuetudine prolata *c. 1.* De ſecundo caſu reſervato qui eſt adoratio Dæmonis, & invocatio ejus expreſſa: Item maleficium, nec non quælibet alia ſuperſtitio, quæ fit cum abuſu Sacramentorum, vel ſacramentalium. *c. 2.* De tertio caſu reſervato, qui eſt homicidium voluntarium, non ſolum quoad committentes, ſed etiam quoad mandantes, vel auxilium ſeu favorem præſtantes effectu ſecuto. *c. 3.* De quarto caſu reſervato qui plures ſub ſe ſpecies luxuriæ continet, & eſt inceſtus in primo vel ſecundo gradu conſanguinitatis, & in primo affinitatis. Copula carnalis cum cognata ſpirituali. Quæcunque copula carnalis etiam tantum attentata cum filia ſpirituali vel cum parochiana. Stuprum virginum etiam cum promiſſione matrimonii. Sodomia etiam cum fœminis; ac beſtialitas. Et hæc omnia quæ quarto hoc numero continentur, quoad maſculos tantum poſt pubertatem. *c. 4.* De quinto caſu reſervato, qui eſt, obſcænitates, aliave gravia crimina cum monialibus ſeu aliis fœminis quomodolibet commiſſa, vel tentata, nec non verba obſcæna. Acceſſus virorum ad monaſteria monialium ſine licentia in ſcriptis, vel cum licentia ſubreptitia, vel obreptitia. *c. 5.* De ſexto caſu reſervato, qui eſt lenocinium in proprias filias, uxores ac ſorores. *c. 6.* De ſeptimo & ultimo caſu, qui eſt ſolutio Quadrageſimæ ſine licentia in ſcriptis, nec non doloſa fides, ſeu doloſa licentia ſolvendi Quadrageſimam per medicos, vel alios deputatos facta ſeu conceſſa. *c. 7.* Tertia pars agit de caſibus reſervatis prælatis regularibus, ubi primum agitur de ſtatu religioſorum in communi, & de præambulis ad hanc materiam. *c. 1.* De primo caſu *Partis tertiæ.*

caſu in Pontificio Decreto poſito, qui eſt : veneficæ incantationes & Sortilegia. Et de ſecundo, qui eſt apoſtaſia a religione, ſeu habitu dimiſſo ſeu retento, quando eo pervenerit ut extra ſepta monaſterii ſeu conventus fiat egreſſio. De tertio qui eſt nocturna & furtiva e monaſterio ſeu conventu egreſſio, etiam non animo apoſtandi facta. *c. 2.* De quarto caſu, qui eſt proprietas contra votum paupertatis, quæ ſit peccatum mortale. *c. 3.* De quinto caſu, qui eſt juramentum falſum in judicio regulari ſeu legitimo. Et ſexto, qui eſt procuratio, auxilium, ſeu conſilium ad abortum faciendum poſt animatum fœtum, etiam effectu non ſecuto *c. 4.* De ſeptimo caſu, qui eſt falſificatio manus, aut ſigilli officialium monaſterii, aut conventus. Et de octavo qui eſt furtum de rebus monaſterii, in ea quantitate, quæ ſit peccatum mortale. *c. 5.* De nono caſu qui eſt lapſus carnis voluntarius opere conſummatus. *c. 6.* De decimo caſu, qui eſt occiſio, aut vulneratio, ſeu gravis percuſſio cujuſque perſonæ. Et de undecimo & ultimo, qui eſt malitioſum impedimentum, aut retardatio, aut apertio literarum a ſuperioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad ſuperiores. *c. 7.* Sed vereor ut & hoc opus Homoboni dubium propoſitum debite & perſpicue ſolvat. De caſibus Papæ reſervatis id ſaltem tradit *Part. 1. cap. 2. p. 27. ſeq.* Papam omnes caſus ſibi reſervare poſſe ſive peccatorum mortalium ſive venialium (*p. 41.*) omneſque fideles reſervationi caſuum ſummi Pontificis ſubjici, ſe vero de caſibus ſummo Pontifici reſervatis agere non inſtituiſſe. *Cap. 3. p. 41. ſeq.* docet, ſolum mortalia non venialia peccata reſervanda eſſe ab Epiſcopis, cum veniales culpas nemo confiteri teneatur ; venialia tamen peccata aliquando a Regularibus reſervari poſſe ; nec ſolum (*p. 49.*) peccata reſervanda debere eſſe mortalia & externa reipſa perpetrata, ſed etiam graviora & atrociora. Hanc vero gravitatem conſiderari vel reſpectu ejus, qui offenditur, ut blaſphemia in DEUM & ſanctos, vel reſpectu damni illati, ut homicidium, vel reſpectu tranſgreſſionis naturali rationi repugnantis ut inceſtus & peccata contra naturam, vel eo reſpectu quod frequentius in diœceſi committantur; Porro *p. 50.* ipſe fatetur, nulla peccata Epiſcopo de jure reſervari, ſed generali ſaltem & particulari conſuetudine, inde cum hæ maxime vari-

Potius ex hoc autore oſtenditur, doctrinam caſuum reſervatorum eſſe incertam.

ſi pœnitens clericum enormiter læſerit, (168) eccleſiam combuſſerit, vel fregerit, falſum commiſerit, Cardinalem vel Epiſcopum inſecutus fuerit, cum moniali (169) rem habuerit, (170) & in aliis caſibus. *verſic. nec etiam de privileg.*

In

varient, non poſſit de iis certa regula conſtitui. Unde ipſe autor in parte ſecunda ſaltem explicat caſus ſeptem, qui ſpeciali Bononienſis Eccleſiæ Tabella ſuo tempore fuerint reſervati, quos *parte 1. p. 52.* ſummatim recenſet. Similiter quod regulares attinet (*p. 53.*) nec de horum caſibus reſervatis dari poſſe regulam uniformem, ſed eorum conſtitutiones & leges conſulendas eſſe. Interim Clementem IIX. ſpeciali decreto certos caſus præſcripſiſſe, quos regulares prælati reſervare poſſent (explicatos poſtea parte tertia) non tamen illos omnes eſſe ubique a regularibus Prælatis reſervatos, ſed poſſe ſaltem eos vel omnes, vel aliquos ſaltem ibi recenſitos reſervare. Unde patet, Jure Canonico Epiſcoporum poteſtatem magis eſſe abſolutam quam prælatorum regularium, adeoque reſervationem intuitu cleri inferioris ab Epiſcoporum arbitrio, intuitu Epiſcoporum a Pontificis nutu & beneplacito dependere. Adde Chemnitium *Exam. Concil. Trident. Parte 2. p. m. 363. ſeq. ad Canones de caſuum reſervatione.* T.

(168) Quippe cui Pontificii etiam a principibus Viris deferri volunt προεδρίας conceſſionem & cultum ſubjectionis ac dependentiæ, ut illum quaſi DEUM quendam inter homines honorent. Non mirum igitur eſt, læſionem Clerici inſtar Majeſtatis criminis ab ipſis haberi, & inter reſervata Pontificia connumerari. Sic enim firmiores radices agit tyrannis & ambitio papalis. Z. *Arcanum dominationis.*

(169) Utcunque eam ſibi matrimonio junxerit. Statuunt enim Canoniſtæ, eum, qui monialem in uxorem ducit, tria graviſſima peccata committere, inceſtum, adulterium & ſacrilegium. Inceſtum, quia ducit matrem ſuam, videlicet ſponſam DEI, qui eſt pater noſter; adulterium, quia rem habet cum ſponſa Chriſti; ſacrilegium, quia *Monita alia de conjugio cum monialibus, & ſtupro earundem.*

 cum

In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.

n) cap. 2. de pœnit. in 6.

§. 11. De *n*) eo tamen quæſitum eſt, ſi Epiſcopus ſubdito ſuo conceſſerit, ut ſibi poſſit idoneum eligere con-

cum perſona ſacra ſe commiſcet. Sed enim conſtitutio humana, qualis iſta de votis monialium eſt, non poteſt abolere mandatum & conſtitutionem divinam, neque votum inferioris, præſertim ejus rei, quæ in noſtra poteſtate non eſt, jus ſuperioris intervertere poteſt; jus autem ſuperioris, DEI ſcilicet omnipotentis, hoc requirit, ut, qui uruntur, nubant. Et fatetur diſerte Bellarminus *lib. de monach. c. 32. §. 6.* vota non poſſe præſcribere contra legem divinam. Sicubi igitur monialis aliqua ſtupro contaminata fuerit, & pœnitentiam egerit, abſolvi eam a quovis miniſtro legitime vocato, quid eſt, quod prohibeat? Sed enim rigidiores fuerunt pontificii ſuperioris ſeculi, quam hodierni in Hiſpania, quippe qui pro tam enormi peccato non habent, ſi monialis laſciviat cum ſuo devoto, id quod cum obteſtatione deplorat Thomas Hurtado *tract. 1. reſol. 11.* Z.

Stuprum ſpirituale, concumbere cum monialibus.

*(170). Præter crimen ſacrilegii, adulterii & inceſtus, de quibus modo monuit Zieglerus, concumbentem cum moniali etiam quarto ſtuprum committere notat Homobonus *dict. tract. part. 2. p. 367.* non carnale ſolum ſed etiam ſpirituale, quatenus videlicet patris ſpiritualis & Eccleſiaſtici Antiſtitis curæ ſubditur, cui maxime injuria inferatur. Ut tamen etiam cognoſcas, quam pœnitentiam pro tam gravi crimine imponere ſoleant Pontificii, de ea ſic ſcribit Homobonus *d. Part. 2. p. 373. Hujuſmodi perditæ vitæ viris, ut ad ingentes & congruas pœnitentias ſubeundas trahantur, leviores ſed diuturniores prius imponat, ut, cum cubitum eunt, vel ſurgunt, ſe morituros cogitent, in Xenodochiis perambulent, & ægrotis inſerviant, quotidie rem ſacram audiant, terram oſculentur, Ave maris ſtella recitent, & hujusmodi.* T.

Hujus gravis criminis pœnitentia.

ad

confeſſorem, an tunc ille, quem is elegerit, in caſibus, qui eidem Epiſcopo ſpecialiter reſervantur, abſolvendi habeat facultatem: & cum in generali confeſſione illa minime veniant, quæ non eſſet quis veriſimiliter in ſpecie conceſſurus, (171) reſponſum eſt, electum hunc hujuſmodi non habere poteſtatem.

Contritio & confeſſio ſine ſatisfactione parum proficiunt.

§. 12. Sed nec contritio *o*) multum proficiet, nec confeſſio, niſi ambabus adjuncta fuerit ſatisfactio: (172) quæ nihil aliud eſt, quam quædam injuriæ illatæ com-

o) *c. nullus de pœnit. diſt. 1.*

---

ad §. 11.

(171) Totam hanc abſolvendi poteſtatem Pontificii temperant ad modum jurisdictionis & poteſtatis civilis. Uti enim jure civili magiſtratui aliqua competunt jure proprio ſive jure magiſtratus, alia vero ſpecialiter & nominatim lege, SCto vel conſtitutione Principum conceduntur: Ita & abſolvendi poteſtatem Pontificii aliam jure proprio competere volunt, aliam jure & conceſſione ſpeciali. Sed enim, uti poteſtas clavium non ad poteſtatem jurisdictionis, ſed ad poteſtatem ordinis referenda eſt, in qua ſcilicet par omnium miniſtrorum Eccleſiæ eſt ratio & conditio, ita male & reſervantur certi caſus, & ſpecialiter iidem aliis conceduntur. Non igitur eſt, ut multum occupati ſimus in quæſtionibus, utrum prælati regulares ſibi poſſint reſervare abſolutionem quorundam delictorum, utrum poſſit Religio ſtatutum facere, quo reſerventur peccata etiam rite & valide confeſſa, ut in fine anni iterum ſuperiori pœnitens confiteri teneatur? &c. de quibus in utramque partem inter Pontificios prolixe diſputatur. Vid. Hurtado *tr. 5. reſol. 20. 23.* Z.

Falſa hypotheſis caſuum reſervatorum.

ad §. 12.

(172) Satisfactio non eſt pars pœnitentiæ, uti Pontificii volunt,

Varia monita contra ſa-

tiſfactionem Pontificiam. ſunt, neque ab homine fieri poteſt iræ divinæ ſatisfactio, ut maxime omnes intendat nervos. Sed ut ea de re exactius conſtet, breviter aliquid de ſatisfactionibus dicere hic oportet. Satisfacere apud Latinos in genere dicimur ei, cujus deſiderium implemus *l. 1. ff. qui ſatisd. cog.* Hæc generaliſſima ſatisfactionis ſignificatio, ſi pœnæ debitum ſpectes, duos admittit modos. Unus eſt compenſatorius, quando æqualiter & juſta proportione compenſatur debitum, ita ut ſatisfactio reſpondeat culpæ in numero, pondere & menſura. Alter vero eſt deprecatorius & emendatorius, quo offenſam lædens agnoſcit, deprecatur & ab ea deſiſtit. Nam & hoc ſatisfacere dicebant veteres Latini, ſi quis penes eum, quem offenderat, deprecabatur, & culpam ita confitebatur, ut ejus maxime pœnitere ſe, ac FACTUM NOLLE ſignificaret, quod verbis ſolvere dicit eleganter Terentius *in Adelphis.* Eodem pertinet illa ſignificatio, qua ſatisfacere dicitur idem, quod confiteri apud Martialem:

Nil in te ſcripſi, Bithynice, credere non vis,
Et jurare jubes, malo ſatisfacere.

i. e. rem fateri. Vid. Deſider. Herald. *l. 2. digreſſ. 4.* Porro utraque ſatisfactio vel fit DEO vel hominibus. DEO ſatisfactio compenſatoria, quia nobis impoſſibilis erat, præſtita eſt pro nobis a Chriſto, pro omnibus peccatorum noſtrorum meritis, ideoque illam a nobis non exigit, nec voluntatem ſuam hoc modo impleri præcipit. Emendatoria ſatisfactio & nobis a DEO præcepta eſt, & cum ſeriam pœnitentiam agimus, deſiſtimus a malo, & facimus bonum, tunc voluntati DEI obedimus. Et hoc poſteriore modo accipienda ſunt dicta patrum, quando illi DEO nos ſatisfacere dicunt, it: quando dicunt, peccata purgari, lavari, expiari, redimi, pœnitentia, ejusque exercitiis. Intelligendum enim hoc eſt quoad exercitium, quando radix peccati mortificatur, & crucifigitur, & peccata proæretica vitantur atque caventur. Satisfactio autem, quæ coram hominibus ſit, eſt & deprecatoria & compenſatoria. Olim enim erant pœnæ canonicæ ſeu a Canonibus Eccleſiaſticis conſtitutæ, & peccatoribus ſcandaloſis ad eluendum coram Eccleſia ſcandalum imponebantur. Cujus

compenſatio: (173) nullus enim delictorum accipit veni-

jus rei quæ fuerit origo, quæ ratio, quæ item cauſa & occaſio abrogationis, docet Sozomenus *l. 7. c. 16.* Illis autem correctionibus Eccleſiaſticis, qui ſe ſubjiciebant, dicebantur ſatisfacere, puta Eccleſiæ. Sed hæc tota phraſeologia poſtea in diverſiſſimum ſenſum tracta eſt a mercenariis pontificiis. Nam 1. ſatisfactionem a confeſſione diverſam fecerunt pœnitentiæ partem, cum veteres ipſam confeſſionem, deprecationem & emendationem peccati vocarint ſatisfactionem coram DEO. 2. Satisfactionem veteres non vocarunt pœnarum temporalium pro peccato luitionem: ſed deplorationem, emendationem & fugam ipſius peccati. 3. Satisfactionem externam, quæ Eccleſiæ præſtatur, per pœnarum Canonicarum luitionem, Pontificii faciunt neceſſarium requiſitum pœnitentiæ & remiſſionis peccatorum. At Veteres judicarunt non eſſe neceſſariam, ſicut de Petro ait Ambroſius *in Luc. lib. 10. c. 96. Lacrymas ejus lego, ſatisfactionem non lego.* 4. Satisfactio Canonica apud Veteres ſemper antecedebat abſolutionem a peccatis, exceptis moribundis peccatoribus. Poſtea Pontificii, ut ex diſpenſationibus occaſiones lucri captandi haberent, poſt abſolutionem luendas pœnas impoſuerunt. Vid. Marc. Ant. de Dominis *de Rep. Eccl. l. 5. c. 7.* Notandum etiam iſtud eſt, non valere apud Pontificios ſatisfactionem, ut maxime exquiſitis inuſitatisque cruciatibus aliquis ſe conficiat, niſi ab Eccleſia illi fuerint injuncti. Per Eccleſiæ igitur autoritatem non alias habere iſtiusmodi cruciatus vim momentumque ſatisfaciendi. Gabr. Albaſpin. *lib. 2. obſerv. 3.* Z.

(173) Debet itaque eſſe æqualitas ſeu proportio inter culpam & meritum illius, & inter precium quo fit compenſatio. Oportet enim precium æſtimari tanti, quanti valet res ipſa, pro qua precium ſolvitur. At hic debitum eſt infinitum propter offenſionem perſonæ infinitæ. Igitur ad digne compenſandum hoc debitum nulla prorſus creatura ſufficiens eſt, ſed perſolvi omnino debuit a perſona infinita. Z.

(174)

veniam, (174) niſi (ſi nulla neceſſitate fuerit impeditus) qualemcunque, etſi longe minorem, (175) quam debe-

(174) Quidni? cum remiſſio peccatorum nihil aliud ſit, quam actus DEI gratioſus, quo ſatisfactionem Chriſti pro nobis præſtitam, credenti imputat, peccati fœditatem tegit, reatum condonat, & pœnam peccato debitam aufert. Multo adhuc ineptiores ſunt alii pontificii, qui ſtatuunt, remitti poſſe culpam, ut tamen reſervetur luenda pœna vindicativa, hanc autem in opera, quæ pœnalia vocant, converti poſſe, cum tamen remittere culpam vel peccatum nihil aliud ſit, quam pœnam peccato debitam condonare. Quamdiu igitur, cujus infligendæ pœnæ competit, delinquentem pœnæ ſubjicere intendit, tamdiu nondum ei perfecte eſt reconciliatus, nec delictum plene remiſit. Z.

(175) At ſi minus ſolvitur, non eſt compenſatio, nec igitur ſatisfactio. Et certum id eſt, DEO ſatisfieri non poſſe, niſi per precium ἰσόῤῥοπον, ut vel ipſa etymologia vocabuli notat, ſecundum quam Biel *l. 4. ſent. diſt. 16. Adverbium*, SATIS, inquit, *importat correſpondentiam ejus, quod redditur, ad illud, pro quo redditur.* Diſtinguit quidem Bellarminus *l. 4. de pœnit. c. 1.* inter ſatisfactionem perfectam, quæ requirat, ut fiat ex propriis & ad æqualitatem ex rigore juſtitiæ ſpectatam, & inter ſatisfactionem imperfectam, cujus duo facit requiſita, 1. eſt compenſatio culpæ quoad injuriam tantum: pro amicitia enim cum DEO renovanda hominem non poſſe ſatisfacere, ſed egere neceſſario acceptationis, quæ præſupponat amicitiam; 2. eſt, ut ſicut offenſio eſt, infinita ex parte objecti, ita opera ſatisfactoria habeant infinitatem ex parte principii ſatisfacientis, h. e. fiant a Spiritu DEI hominem inhabitante ſive ab ipſo homine, ut membro Chriſti, ac Filio DEI jam per charitatem & gratiam effecto. Hanc diſtinctionem porro ſic applicat, ut dicat, hominem reſipiſcentem compenſare culpam tantum quoad imperfectam æqualitatem per opera renovationis, & rationem reddit, quia jam

Digitized by Google

debeat, pænam ſolverit. (176) Nec ſufficit mores in meli-

jam in remiſſione ſecunda ſeu reconciliatione poſt baptiſmum per contritionem & alias diſpoſitiones ſit impetrata reſtitutio amicitiæ cum DEO & non niſi compenſatio injuriæ reſtet. Verum enim vero prius requiſitum 1. repugnat ordini reconciliationis. Neque enim peccator poteſt in gratiam cum DEO redire, niſi quoad omne peccati meritum ſatisfactum ſit, & injuria quoque compenſata fuerit, 2. confundit objectum juſtitiæ punientis, quod eſt Chriſtus, & objectum miſericordiæ divinæ ſatisfactionem alienam imputantis, quod eſt peccator credens. Si ergo homo reſipiſcens adhuc obligatus eſſet ad injuriam compenſandam, utique adhuc inimicus DEI eſſet, nec ſatisfactio Chriſti imputata ipſi fuiſſet in juſtitiam. Hoc autem falſum eſſe totus locus de juſtificatione probat. Ideoque homo juſtus jam per imputatam Chriſti juſtitiam in judicio DEI declaratus & DEI amicus factus ad nullam pœnam tanquam non remiſſam tenetur, ſed gratis per juſtitiam remunerantem Evangelicam præmiis afficitur, vita ſcil. æterna & aliis bonis a Chriſto promeritis. Secundum requiſitum de aliquali infinitate operum ſatisfactoriorum eſt falſiſſimum. Ipſa quidem gratia Spiritus S. ut eſt proprietas divina, eſt infinita, ſed chariſmata ſeu dona per gratiam ſunt finita. Vid. *Epheſ. IV, 7. & 16. 2. Cor. X, 12. Rom. VIII, 23.* Statuunt inſuper & hoc Pontificii, in Eccleſiæ poteſtate eſſe, contrahere, minuere, aut producere pœnas peccatis debitas, & ſatisfactionis meritum æſtimare & ponderare, atque ſatisfaciendi vim, & pondus quibuslibet pœnis quantumvis exiguis & levibus imponere & inferre. Gabr. Albaſpin. *lib. 2. obſerv. 3. in fin.* At hoc quam falſum ſit, ipſa ea oſtendunt, quæ hactenus diſputavimus. Cumque ipſa tota Eccleſia DEUM offendere poſſit, & ſæpiſſime offendat, non erit profecto in ejus poteſtate, DEO leges præſcribere, quibus ſatisfactionem qualemcunque probare debeat. Z.

(176) Falſum eſt, quod culpa non aliter remittatur homini pec-

melius commutare, & a præteritis malis recedere, niſi etiam de his, quæ facta ſunt, Deo ſatisfiat (177) per contriti cordis ſacrificium, (178) cooperantibus eleemoſynis, orationibus & jejuniis. (179)

Medi-

peccatori, quam ſi is pœnam quoque luerit. Quia enim Chriſto imputatum eſt peccatum noſtrum, ut omne illius meritum pro nobis lueret, ſequitur, peccatum nulli, cui juſtitia Chriſti imputatur, quoad ullam pœnam eſſe luendum. Z.

(177) Non aliter, quam per emendatoriam & deprecatoriam ſatisfactionem, uti explicavimus ſupra. Canoniſtæ autem & Pontificii communiter ipſam etiam contritionem ut meritum conſiderant, quod in meritum Chriſti injurium eſt. Z.

(178) Agnitio peccati, confeſſio & contritio ſunt nuda tantum antecedentia remiſſionis peccatorum, quæ Spiritus S. per legem DEI operatur, ut de remedii neceſſitate cogitetur, non autem habent rationem cauſæ vel medii, nec etiam habent ſe per modum diſpoſitionis aut impetrationis. Z.

(179) Pontificii eleemoſynas, orationes & jejunia ideo dicunt opera ſatisfactoria quia ſint opera laborioſa. Sed enim ſemper confundunt ſatisfactionem vere compenſatoriam cum emendatoria. Non enim ſequitur: Exercitia pœnitentiæ ſunt laborioſa. Ergo ſatisfaciunt DEO per modum veræ compenſationis. Per emendationem autem peccatum, quod quaſi in conſuetudinem abiit, poſthac quaſi contrariis adhibitis remediis, nempe ſtudiis pietatis, vitamus & commiſſis peccatis adverſa facimus, radicem peccati mortificantes; cum peccatorum omiſſio fieri non poſſit, quin etiam ad bonum fiat converſio, propter immediatam boni & mali oppoſitionem, qua ille, qui deſiſtit eſſe malus, fit bonus. Sed hæc omnia non per modum meriti conſiderari hic debent, cum ex parte noſtra nihil omnino fit, quod promereri aliquod bonum ſpirituale queat. Quinimo mortificatio carnis, ſive negative ſumatur pro actuali non obſequentia de-

ſide-

Medici qui ægrotos ad pœnitentiam non inducunt, ſunt ab Eccleſiæ ingreſſu arcendi.

§. 13. Medicos *p*) etiam admonere oportet, ut cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipſos ante omnia moneant, & inducant, ut medicos vocent animarum: (180) ut, poſtquam fuerit ægrotanti de ſpirituali ſalute proviſum, (181) ad corporalis medicinæ re-

p) *c. cum infirmitas ext. eod.*

ſideriis carnis præſtita, ſive privative pro derogatione appetitus peccaminoſi, ſive poſitive pro reali oppoſitione voluntatis adverſus iſtum appetitum, pertinet ad ſtatum renovationis ſeu jam converſorum, neque recte dicitur pars eſſentialis pœnitentiæ, ſed fructus ejus, Hülſemann. *in breviar. c. 9. n. 6.* Z.

ad. §. 13.

(180) Conſtituit inſuper Pius V. ut medici ultra tertium diem ægrotum non viſitent, niſi per Confeſſarii ſcriptum ipſis de infirmi confeſſione fides fiat. Quod tamen eum in finem factum imprimis videtur, ut hac ratione manifeſtum fiat, quibus cum Eccleſia Romana non conveniat, & ſic inquiſitio inſtitui poſſit. Z.

Finis & ſcopus hujus paragraphi.

(181) Vides: Juri Canonico ſemper pietas in ore, ſed fraus in corde. Quod enim rationem hujus diſpoſitionis attinet, puto illam, quam modo attulit Zieglerus, eſſe ſecundariam. Primariæ fuerunt variæ, partim ne occaſio ipſis elabatur exercendi modum acquirendi primarium, etiam ab avariſſimis, eos morti proximiores terrendo metu purgatorii, ſi non pœnitentiæ loco piis locis ſua relinquant; partim, ut quocunque modo tyrannis, id eſt abſolutum & irrationale plane imperium, extendatur in medicos, homines alias liberos & Cleri poteſtati non ſubjectos; partim denique ut hæc artificia & arcana omnia pallientur pelle ovina ſingularis curæ pro ſalute peccatorum. T.

Arcanum hic latens.

 (182)

Digitized by Google

remedium ſalubrius procedatur. Si quis autem medicorum ſecus fecerit, ab Eccleſiæ ingreſſu arcebitur, (182) donec pro transgreſſione hujusmodi ſatisfecerit. (183)

Qui habuit propoſitum confitendi, poteſt abſolvi, ſi ſævitia morbi non poſſet confiteri.

q) c. is qui in infirmitate 26. qu. 6. & 7.

§. 14. Si quis autem in infirmitate conſtitutus, *q*) pœnitentiam petierit, & dum ad eum invitatus ſacerdos properat, morbo oppreſſus obmutuerit, vel in phreneſim converſus fuerit, & pœnitentiam moriturus,

Objectio Ziegleri.

(182) Dura nimis videtur hæc pœna, nec proportionata ſatis delicto. Præſertim cum de domeſticis, quorum eadem & potior videtur cura, nihil tale ſtatutum inveniatur. Z.

Cui reſpondetur detectione alterius arcani.

(183) Si Zieglerus conſideraſſet primarium arcanum Politicum ſub hac conſtitutione de medicis latens, objectionem de domeſticis non feciſſet. Si enim Jus Canonicum omnes omnium ægrotorum domeſticos voluiſſet adſtringere ad ea, ad quæ hic adſtrinxit medicos, obſtrictus fuiſſet Clerus etiam viſitandi pauperrimos, a quibus ne obolum quidem ſperare poterant, aut ſi id non feciſſent, arcanum latens fuiſſet a Laicis eo facilius detectum, inprimis cum apud hos jam ante ſecula in medio Papatu in proverbio fuerit, pauperes mori ſine crux & ſine lux, quia rara avis in ædibus pauperum nigroque ſimillima cygno clericus de ſalute eorum ſollicitus. Ergo cum ſciret clerus, divites & omnes qui non ſunt plane pauperes, in morbis etiam leviſſimis de medicis eſſe valde ſollicitos, pauperes vero, & a quibus nihil ſperare poterat clerus, etiam adſuetos eſſe, ut moriantur absque medicis; ideo ratio jam eſt evidens, cur Clerus Medicis hoc onus ſub graviſſima pæna impoſuerit, non vero impoſuerit quibuscunque ægrotantium domeſticis. T.

ad

rus, (184) & per manus impoſitionem (185) reconciliationem (186) accipere poterit.

Deputatis ultimo ſupplicio ſacramentum pœnitentiæ & Euchariſtiæ non negatur.

§. 15. Nec infirmis ſolum, ſed etiam ultore gladio morituris in hac parte jura ſubveniunt, cum ultimo damnatis ſupplicio r) pœnitentiæ ſacramentum, ſi petant, non ſolum negari non debeat, verum etiam ſint

r) *clem. 1. de pœnit.*

ad §. 14.

(184) Pœnitentiam hic accipit pro abſolutione. Pontificii enim, ut ſupra diximus, ex pœnitentia faciunt Sacramentum & ejus formam conſtituunt in verbis Sacerdotis: *Ego te abſolvo &c.* Sed talis pœnitentiæ ſignificatio Scripturis plane eſt incognita. Cæterum, quod hic de abſolutione morientium ſtatuitur, uberius explicat Gabriel Albaſpinæus *not. ad. can. 34. Concil. Carthag. III.* Quæ autem veteris Eccleſiæ in tali negotio fuerit conſuetudo, explicat idem, ſed admodum involute & dubitanter, imo etiam præſumptuoſe Albaſpinæus *2. Obſ. 3.* Z.

Pœnitentia pro abſolutione. Abſolutio morientium.

(185) Quatuor manus impoſitiones in decurſu pœnitentiæ ſed imminente periculo mortis unicam tantum & ſimplicem notat Gabr. Albaſpinæus *lib. 2. obſ. c. 31.* Cæterum frequens olim erat hic ritus imponendi manus, præſertim quando ſuper perſonam aliquam peculiariter invocabatur nomen domini. Hac enim ratione perſona illa quaſi offerebatur DEO & ſiſtebatur in conſpectum ejus additis ſupplicationibus, ut DEUS gratiam & benedictionem ſuam illi largiri dignaretur. Z.

Varia manus impoſitio.

(186) Reconciliatio in veteri Eccleſia duplex erat, minor & major, uti communio etiam, ad quam reconciliatio fiebat, minor & major habebatur. Gabr. Albaſpin. *l. 2. Obſ. 32. 33.* Z.

Reconciliatio in veteri Eccleſia duplex.

ſint cenſura Eccleſiaſtica ab ordinariis locorum coercendi, quicunque adverſarentur, quo minus id conſequantur. Quod ipſum & de Euchariſtia (187) quoque intelligendum erit, s) cum quibuscunque pœnitentia non negetur, viaticum quoque, quod vere pœnitentibus exhibetur, intelligatur eſſe conceſſum.

s) c. quod in te b, t.

DE EUCHARISTIA.

TITULUS VI.

Maximum eſt Euchariſtiæ ſacramentum & ſaltem ſemel in anno debet aſſumi.

§. 1.

---

ad §. 15.

Varia monita de eucharistia damnatorum ad mortem.

(187) Uſu tamen obtentum eſſe, ne his, qui proxime ſunt pœna mortis puniendi, euchariſtiæ Sacramentum detur, referunt Didacus Covarruvias *l. 2. var. reſol. c. 1. n. 11.* Jul. Clarus *l. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 99. n. 3.* Flamin. Chartar. *de execut. ſent. capt. bannit. cap. fin. n. 433.* Sed iſtum uſum contra jus & contra omnem charitatem invaluiſſe & idcirco reprobandum, recte docet Anton. Gomez. *1. reſolut. c. 14. n. 6.* Illud vero ſuperſtitioſum eſt, quod notat Julius Clarus *d. l.* non debere delinquentes eo ipſo die, quo Euchariſtia uſi ſunt, mortis ſupplicio affici. Quod & ſtatuit Petrus Binsfeld. *de confeſſ. malef. concluſ. 7. dub. 5.* ita tamen, ut admittat, communionem ipſo illo die fieri poſſe, ſi executio dilationem & moram non ferat, dum ſaltem quatuor horæ inter communionem & executionem intercedant, ut corrupta (ita loquitur) tanto temporis ſpacio ſacramenti ſpecie nulla ſacramento irreverentia fiat. Sed hoc, ut dixi, in ſuperſtitionem abit. Z.

TIT.

§. I.

Est autem inter cætera, (188) Euchariſtiæ (189) ſacramentum maximum, (190) *a*) & oblationes omnes (191) *a*) *can. nihil in ſa-*

TITULUS VI.

ad §. I.

(188) Ita ſolent hæc diſtribuere iſti Matæologi ; Baptiſmus eſt Sacramentum naſcentium, confirmatio pugnantium, Pœnitentia labentium, Euchariſtia procedentium, Matrimonium generantium, Ordo miniſtrantium, Extrema unctio morientium, quamvis illud non adminiſtrent cruciariis, jam tamen morituris ; ſed ſolum ægris in lecto decumbentibus. M. *p. 180.* *Diſtinctio ſeptem ſacramentorum intuitu perſonarum.*

(189) Ita vocatur Cœna dominica ab Irenæo & aliis veteribus a verbo εὐχαριςήσας *Matth. XXVI, 27. Luc. XXII, 19.* a cauſa ſcil. finali, nempe gratiarum actione pro beneficio redemptionis. Z. *Vox Euchariſtia unde.*

(190) I. Utrumque Sacramentum (Baptiſmi & Euchariſtiæ) ſuam habet præſtantiam, ſed neceſſarium tamen magis eſt ſacramentum baptiſmi. Maximum autem videtur hoc Sacramentum autori dici propter transſubſtantiationem, quam fingunt. In Concilio Tridentino diſputatum fuit de dignitate Sacramentorum, & placuit quibusdam, baptiſmum reſpectu utilitatis reliquis Sacramentis anteire ; matrimonium intuitu ſignificationis ; confirmationem ratione dignitatis miniſtri ; Euchariſtiam contemplatione adorationis. Vid. Petr. Suav. *in hiſtor. l. 2.* Sed add. Caſanb. *contra Baron. exerc. 16.* Z. *Cur Sacramentum Cœnæ dicatur maximum.*

II. Atqui juxta Theologos Pontificios illud ſuperant neceſſitate & charactere ac efficacia Baptiſmus, miniſtro & charactere itidem Confirmatio & Ordo, ratione ſignificationis Conjugium, ut de hoc habetur in *Gloſſa can. Nihil.* hic citati. Iſte canon *Nihil diſt. 2. de Conſ.* ita habet. *Nihil ſacrificiis majus eſſe poteſt, quam corpus & ſanguis Chriſti, nec ulla oblatio hac potior, ſed hæc omnes præcellit.* Ita quidem Pſeudo-Alexander *in ep. 1. decret.* quæ Alexan- *Aliæ objectiones.*

Digitized by Google

criſiciis. de conſecr. diſt. 2. (191) longe antecellit. Unde, ſicut præſtantius eſt cæteris, ita etiam diligentius excoli debet. Et quidem circa prima fidei cunabula (192) frequentiſſima erat apud

---

lexandri I. nomine circumfertur; ſed cum hæc epiſtola ſit apocrypha, & multas ſuæ reprobationis notas in fronte gerat, indice Blondello, in *Pſeudo-Iſidoro & Turriano vapul.* canon inde deſumtus ad paleas eſt rejiciendus. Alias enim *majus* eſſe ſacrificium crucis ſacrificio Miſſatico, nemo Chriſtianus poteſt inficiari & *gloſſa* hic agnoſcit, majorem eſſe hoc ſacrificio charitatem ex *can. Interrogatio. c. 1. q. 1.* Porro non aliter Euchariſtiam dici ſacrificium quam commemorative, repræſentative & ſignificative, docent conceptis verbis *cann. Quia mortem.* & *Semel Chriſtus.* & *Semel immolatus.* & *In Chriſto ſemel. diſt. 2. de Conſec.* ut nobis ſufficiat ipſum Decretum Gratiani Transſubſtantiationi & Miſſæ evertendis. M. *p. 181.*

Oblationes quomodo olim factæ. (191) Faciunt enim Pontificii ex Euchariſtia ſacrificium proprie ita dictum, uti poſtea videbimus. Cæterum quomodo diebus dominicis & feſtis factæ fuerint a fidelibus oblationes, ut ex participatione earum omnes fideles ſub uno eodemque capite & eodem corpore eſſe ſignificaretur, prolixe oſtendit Gabr. Albaſpin. *l. 1. obſ. 5. & 6.* cui tamen add. Dorſch. *exercitat. ad diatypoſ. Concil. Nicen. de Cœn. ſect. 3. §. 22. ſeqq.* Z.

Olim omnes præſentes ſumebant utramque ſpeciem. (192) Olim omnes præſentes debebant communicare ſub excommunicationis pœna; juxta *can. Peracta. diſt. 2. de Conſec. Peracta conſecratione omnes communicent, qui noluerint Eccleſiaſticis carere liminibus. Sic enim & Apoſtoli ſtatuerunt, & ſancta Romana tenet Eccleſia.* Sed id hodie non obtinet. Et cum juxta *can. Comperimus. diſt. ead.* communicandum fuerit ſub utraque ſpecie, quia *diviſio unius ejusdem myſterii ſine grandi ſacrilegio non poteſt provenire*, adde *can. Cum omne ibid.* jamdiu tamen eſt quod ſacrilega Roma abſtulit laicis calicem benedictionis; ut ridicule no-

apud fideles ſanctiſſimi viatici ſuſceptio, ſed cum poſtea paulatim tepeſcente charitate rarius homines communicarent, conſtitutum fuit, b) ut niſi quis majoribus fortaſſe criminibus impediretur, tribus ſaltem vicibus in anno communicare deberet: donec refrigeſcente penitus religionis ardore, eo tandem ventum eſt, ut ſemel ſaltem (193) ſingulis annis, c) unusquisque (194) cæleſtis menſæ debeat eſſe particeps.

b) *c. etſi non de conſecr. diſt. 2.*

c) *cap. omnis de pœnit.*

Quo-

---

le noſter ſtatuat ſacramentum hoc aliis per ſacerdotem *propinari*, ſiquidem non ſoli laici ſed etiam ſacerdotes non conſecrantes, ſolo pane contenti eſſe debent. M. *p. 182.*

(193) Olim non defuiſſe qui quotidie ſumendam eſſe Euchariſtiam cenſerent, liquet ex *can. Quotidie. diſt. 2. de Conſec. Canon etſi non frequentius. ibid.* vult ut laici ſaltem *ter in anno* communicent; ſed poſtea lex illa ab Innocentio III. lata eſt, quæ hic commemoratur. Frequentiorem communionem propugnant & introducunt Jeſuitæ, beneficio ſuæ Confeſſionis; ſed illi praxi ſe oppoſuit Arnaldus Sorboniſta in *lib. de Frequenti communione.* M. *p. 183.*

Variatio ratione frequentiæ.

(194) Vide quæ dixi *tit. anteced.* §. *privata 4. not. 140.* Facit huc inſignis locus Juſtini *ex apol. 2.* ubi rationem eccleſiaſticorum conventuum & adminiſtrandæ Euchariſtiæ ſeculo ſecundo uſitatam egregie exponit. *Solis*, inquit, *die*, *omnium*, *qui vel in oppidis vel ruri degunt, in eundem locum conventus fit, & commentaria Apoſtolorum aut ſcripta Prophetarum, quoad tempus fert, leguntur. Deinde quieſcente Lectore Præſes orationem habet, qua ad imitationem tam pulchrarum rerum cohortatur & invitat. Sub hæc conſurgimus una omnes & preces fundimus. Peractis precibus panis affertur, & vinum & aqua, & præſes ſimiliter, quantum poteſt, preces & gratiarum actiones fundit, populusque fauſta acclamatione approbat & dicit, Amen. Hinc diſtri-*

Illuſtratio præcedentium.

Bbb bb

Quotidie ſacerdotes hodie pro populo ſacrificare debent, ſed ſemel tantum, non pluries, niſi ex magna cauſa, vel in nativitate Domini.

§. 2. Invaluit (195) tamen, ut Deo quotidie (196) ſacerdotes pro populo (197) hanc oblationem (198) facerent.

---

diſtributio ſit eorum, in quibus gratiæ ſunt actæ, & participantur ab unoquoque præſente, abſentibus autem per Diaconos mittuntur &c. Ex quibus patet, ſingulis diebus dominicis eo ſeculo omnibus & ſingulis Euchariſtiam fuiſſe diſtributam. Z.

ad §. 2.

Mos irrationalis. (195) Bene quod dicit, INVALUIT, quia hoc nullo nititur præcepto, nullo fundamento, nulla ratione Theologica. Z.

Diſſenſus de quotidiana miſſæ celebratione. (196) Multum diſputatur inter pontificios, utrum Sacerdos teneatur quotidie celebrare. Et aliqui dicunt, talem obligationem eſſe plane intolerabilem. Prolixe ea de re agit Thomas Hurtado *tot. tract. 2. reſolut. moral.* & concludit tandem *ſub num. 378.* Sacerdotem ſatisfacere præcepto divino de celebrando, ſi quater in anno ſucceſſive vel continue diebus feſtis vel feriatis celebret. Sed hæc opinio facit, ut miniſterium DEO ad dimenſum exhibeatur. Iteratam Salvator præcipit commemorationem, nullo numero circumſcriptam. Nec ergo circumſcribi debet ab homine, legum divinarum cuſtode tantum & obſervatore, non latore & magiſtro. Z.

Origo Miſſarum ſolitariarum. (197) Poſtquam Pontificii ſacrificium miſſaticum ex Euchariſtia conſtituerunt, illudque verum & proprie dictum tale eſſe voluerunt, etiam iſtud a ſacerdote ſolo victimam ſcil. verſare valido, peragi poſſe aſſeruerunt. Hinc Miſſæ ſolitariæ & ſine communicantibus apud eos multo frequentiores, quam quibus communicantes interſunt, ſæpe adeo ſolitariæ, ut præter ſacrificulum & miniſtrum puerum nemo compareat. Et tamen Sacrificuli hanc comeſtionem & bibitionem non ipſi ſoli, ſed aliis etiam prodeſſe fingunt. Scilicet, quemadmodum os materialis corporis non ſibi tantum edit, ſed alimen-

cerent. *) Quoniam enim quotidie labimur, ideo etiam Chriſtus (199) quotidie (200) myſtice (201) pro nobis

*) *c. iteratur v. & ideo de*

---

mentum etiam percipit ad cæterorum membrorum ſuſtentationem, quod in totum corpus transfunditur; ſic etiam os Sacerdotis Pontificii eſt os omnium, & vis Sacramenti, quod ſolus ſacerdos accipit, in ſingula Eccleſiæ membra ſe diffundit, maxime in eos, qui in Miſſa præſentes adſunt, uti olim per artem plane Cabaliſticam philoſophati ſunt Gabriel Biel *Lect. 81.* Vincentius de Valentia *ſerm. 2. de feſt. Epiph.* Eccius & alii. Sed iſtud non Apoſtolicæ tantum & univerſæ primitivæ Eccleſiæ inſtitutis adverſum eſt, ſed graviter etiam reprehenſum in concilio Pariſienſi ann. Chriſti 839. *can. 48. lib. 1.* Z.

(198) Uti ante dixi, ſtatuunt Pontificii, in Miſſa ſua peragi ſacrificium verum & proprium & quidem propitiatorium. Et ideo etiam vocabulum *oblationis* illi accipiunt, proprie. Sed alia longe eſt ſententia Petri Lombardi, qui *lib. 4. diſt. 12.* iſtam movet quæſtionem, ſi quod gerit Sacerdos, proprie dicatur ſacrificium vel immolatio, & ſi Chriſtus quotidie immoletur, vel ſemel tantum immolatus ſit? Deinde reſpondet, illud quod offertur & conſecratur a ſacerdote vocari ſacrificium & oblationem, quia memoria eſt & repræſentatio veri ſacrificii, & ſanctæ immolationis factæ in ara crucis. Et ſemel (inquit, Chriſtus mortuus eſt in cruce ibique immolatus eſt in ſemet ipſo: quotidie autem immolatur in Sacramento, quia in Sacramento recordatio fit illius, quod factum eſt ſemel. Z. *Objectio contra ſacrificium miſſæ ex Lombardo.*

(199) Chriſtus Sacerdos N. T. ſacrificium propitiatorium pro peccatis populi oblaturus, obtulit ſemetipſum, (non per ſacerdotem aliquem alium) ſed per Spiritum S. ſemel. *Hebr. IX, 26. 28. & c. X, 12. & 14.* Sacrilegum itaque eſt, quod per Spiritum S. ſemel eſt factum, iterari ab Sacerdotibus Miſſaticis ſine præcepto divino aut exemplo apoſtolico. Z. *Argumentum a Chriſto invertitur.*

(200) Atqui Scriptura N. T. unum numero agnoſcit ſacrificium *Nova objectio contra*

Digitized by Google

ſacrificia miſſæ toties repetita.

ficium propitiatorium, idque omnibus numeris abſolutiſſimum, & quidem non niſi cruentum illud Chriſti, in cruce peractum: imo ita abſolute unum, ut nullo modo ſive cruento, ſive incruento repeti, adumbrari, aut repræſentari, nedum reipſa peragi poſſit aut debeat. Quo faciunt dicta *Hebr. VII, 26. & 27. c. IX, 12. 24. 25. 26. 28. c. X, 2. 12. & 14.* Quod ſi etiam repetendum foret indies ſacrificium, certe haud efficacius eſſet crucis ſacrificium, quam fuit in Teſtamento Veteri ſacrificium boum & vitulorum, quorum oblationes teſte Epiſt. *ad Hebr.* ex eo arguebantur inefficaces & infirmæ, quod crebra reiteratione opus haberent. At vero vix quicquam dici cogitarive poteſt in ſacrificium Chriſti contumelioſius, quam indigere illud, inſtar ſacrificiorum Leviticorum quotidiana, ſive jugi iteratione. Sic enim nullo pacto unicæ illi victimæ ſive oblationi Chriſti in ara crucis peractæ perfecta æternaque adſcribi poſſet redemptio: Sic non ſemel illa & quidem ſub conſummationem ſeculi facta eſſe affirmari poſſet. Z.

Nugæ Canoniſtarum de ſacrificio incruento.

(201) H. e. modo incruento, uti nugantur. Statuunt enim miſſæ ſacrificium idem quidem eſſe cum ſacrificio crucis, ſed differre tamen modum Crucis enim ſacrificium cruento modo peractum; Miſſæ autem ſacrificium incruento modo quotidie frequentari. Sed & hoc temere & ſine ſcripturæ ſuffragio aſſeritur. Imo vero Scriptura nullam aliam Chriſti oblationem novit, quam eam, quæ cum occiſione Chriſti eſt conjuncta, usque adeo, ut Spiritui S. ſint termini convertibiles: Chriſtus oblatus eſt, &, Chriſtus occiſus eſt. Ita enim legitur *Hebr. IX, 25. & 26. Si neceſſe habuiſſet offerre ſæpius ſemetipſum, oportuiſſet illum frequenter pati ab origine mundi.* Et *v. 22.* diſerte dicitur, absque ſanguinis effuſione non fieri remiſſionem, ita ut rurſus duo iſta ſimpliciter ſint ἀντιςρέφοντα, propitiatio pro peccatis, & ſanguinis effuſio, quorum uno poſito, alterum etiam poni, uno negato, alterum etiam negari neceſſe ſit. Non poteſt igitur cruentus modus ſacrificii Chriſti in alium incruentum, ſalva rei veritate mutari aut converti. Add. Joh. Rainold. *in colloq. cum Hart. c. 8. ſect. 4.* Z.

(202)

Digitized by Google

bis immolatur: (202) in quo tamen illud cavendum eſt, ne ſacerdos, (203) quacunque præfulgeat (204) di- *conſecr. diſt. 2.*

(202) Potuiſſet hæc tota ſententia recipi, ſi quidem pronunciata fuiſſet juxta ſenſum & mentem veterum, qui ſimilibus verbis haud raro uſi ſunt. Illi autem actionem cœnæ dominicæ ideo vocant immolationem & ſacrificium, quia cœna dominica celebratur in memoriam ſeu commemorationem unici ſacrificii Chriſti in cruce ſemel peracti. Theophylact. *in c. 10. ad Hebr.* *Quæret aliquis, num & ipſi ſine ſanguine immolamus? ita quidem, ſed Chriſti mortis tunc reminiſcimur, eundem ſemper offerimus: quin potius oblationis illius memoriam facimus, perinde ac eſſet hoc tempore immolatus.* Petri Lombardi conformem ſententiam paulo ante recenſuimus. Sed & veteres Eccleſiæ Doctores nullum ritum, qui proprii ſtrictique nominis ſacrificium eſſet, agnoviſſe, ex ipſorum ſcriptis manifeſtum eſt. Ægre ferebant tum Judæi, tum gentiles, & Chriſtianis objiciebant, quod non ſacrificarent. Nemo Veterum aliter reſpondet, quam ſua ſacrificia eſſe laudes, preces, gratiarum actiones, exercitia pietatis & charitatis, alterius generis ſe nec offerre, nec DEUM requirere. Vid. Minut. Fel. *in Octav.* Juſtin. *apol. 2.* Arnob. *lib. 7.* Clem. Alexandr. *lib. 7. Strom.* & alii paſſim. Euchariſtiam autem vocabant ſacrificium, & offerre pro aliquo ſacrificium idem olim erat, quod pro aliquo orationibus, quando celebratur Euchariſtia, conceptis precari. Vid. Auguſt. *l. 9. confeſſ. c. 11. 12.* Z. *Alia mens veterum de ſacrificio cœnæ.*

(203) Quale Pontificii intelligunt ſacrificium, talem etiam faciunt Sacerdotem, ſcil. vere & proprie ita dictum. At poſtquam Chriſtus factus fuit ſacerdos unus & unicus Novi Teſtamenti, nullos in hoc ſuo Pontificatu admittit ſucceſſores vel vicarios. Si enim admitteret, non eſſet Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, ſed ſecundum ordinem Aaronis, qui ob imperfectionem ſacerdotii ſuos habuit ſucceſſores. Deinde in Epiſt. *ad Ebr. c. VII, 23.* in hoc di- *Inepta applicatio vocis ſacerdos ad miniſtros N. T.*

 ſtin-

dignitate, *d*) amplius quam ſemel in die (205) celebret: niſi

d) *c. te referente ext. de celebr. miſſar.*

ſtinguit Sacerdotium Leviticum V. T. a Sacerdotio N. T. quod in illo plures Sacerdotes offerebant ſacrificia, in hoc autem non plures ſed idem manens in æternum Chriſtus Servator. Z.

Blaſphema elogia Pontificiorum de præſtantia ſuorum ſacrificulorum.

(204) Intelligit quidem hic dignitatem ordinis, ſed aliam tamen & majorem quidem adhuc dignitatem ex hac ſacrificii confectione accedere volunt cuilibet infimi generis ſacerdoti. In quo quidem genere tam facundi ſunt Pontificii, ut in blaſphemias elogia ſua deſinant. Alanus de Rupe ordinis fratrum Prædicatorum tractatum ſcripſit de dignitate ſive excellentiis Sacerdotum. Inter alia ſic ait: *Quilibet Sacerdos habet poteſtatem Patris & (ſalva ſemper DEI reverentia) habet majorem potentiam, quam Pater omnipotens in mundi efficientia. Nempe Pater ſeptem diebus laboravit tam in opere creationis, quam diſtinctionis. Sed Sacerdos celebrans quilibet, quantumque parvus, majus his omnibus facit. Pater enim ibi fecit creata, ſed Sacerdos increatum. Ibi DEUS producit effectus, ſed Sacerdos cauſam cauſarum generat. Quanta ergo eſt diſtantia DEI a mundo creato, tanta eſt excellentia operis ſacerdotalis ſuper opus creationis. Unde definitive dico, quod majus eſt opus Sacerdotis, quam habere potentiam creandi creata tot mundorum, quot ſunt ſubſtantiæ in mundo, &c.* Z.

Multitudo infinita miſſarum. Argumentum adverſus Canoniſtas inverſum.

(205) Maximus tamen quia numerus eſt ſacrificulorum, in immenſum excreſcere poteſt uno die numerus miſſarum. Ita Philippus III. Hiſpaniæ Rex pro Conjuge ſua Margarita, ipſo exſequiarum die, Madriti curavit fieri miſſas mille ſeptingentas. Deinde præter mille piacularia ſacrificia, de quibus agebatur in teſtamento, curavit Rex alia fieri vigeſies mille. Iſabella Clara Eugenia pro marito ſuo Alberto imperavit celebrari ſacrorum quadraginta millia. Rationem autem, propter quam ſacerdoti ſemel tantum in die celebrare

niſi aut aliter faciendum Domini nativitas *e*) ſuadet, (206) aut urgens cogat neceſſitas. (207) Satis enim felix eſt, qui ſemel digne celebrat. *e*) *c. Conſuluiſti ib.*

Pres-

---

brare liceat, reddunt iſtam, quia ſemel Chriſtus mortuus eſt, cujus paſſionis commemoratio fiat in Sacramento miſſæ *c. ſufficit 51. de conſecrat. diſt. 1.* Didac Spino *in ſpec. Teſt. gloſſ. 3. n. 54.* Atqui ego potius inde concluderem, quia ſemel Chriſtus mortuus eſt, non debere ejusmodi ſacrificium proprie dictum iterari. Z.

(206) I. Addunt noctem reſurrectionis, & utroque hoc tempore propter beneficia nobis parta, poſt dimidiam noctem tres dicere miſſas permittunt. Didacus Spino *in ſpec. teſt. d. l.* Z. *Ampliatio.*

II. *Gloſſa can. Nocte ſancta diſt. 1. de Conſec.* ita habet; *Tres miſſæ in die natali Domini celebrantur; una ante Diem, quia ſignificat tempus ante legem, quia eramus in tenebris: Secunda dum dieſcit; & ſignificat tempus in lege, quando nondum plena agnitio DEI habebatur. Et tertia in die, & ſignificat tempus gratiæ, quando jam plena cognitio gratiæ habebatur.* Quæ ſpeculatio valde feſtiva eſt. *Can.* vero *Sufficit. hac. diſt.* ita habetur: *Sufficit ſacerdoti unam miſſam in die una celebrare, quia Chriſtus ſemel paſſus eſt*; & prout ibi Alexander II. qui cœpit ſedere, juxta Baronium anno 1061. cenſuit, eos *qui pro pecuniis aut adulationibus ſæcularium una die præſumunt plures facere Miſſas, non evadere damnationem*, ita Innocentius III. *cap. Conſuluiſti. extra. de celebrat. Miſſarum* pronunciat *quod excepto die nativitatis Dominicæ, niſi cauſa neceſſitatis ſuadeat, ſufficit ſacerdoti ſemel in die unam miſſam tantummodo celebrare.* Sed hodie in Papatu, excepto illo unico die, grande crimen in illa multiplicatione Miſſarum conſtituitur. M. *p. 182. ſeq.* *Ineptia Caniſtarum.*

(207) Caſus, quibus plus quam ſemel celebrare una die liceat miſſam, ſeptem enumerat Martinus ab Azpilcuet. Navarr. *tom. 3. c. 25. n. 87.* Add. Paul. Laymann. *theol. moral. lib. 5. tr. 5. c. 4. n.* *Obſervatio ſimilis.*

Presbyter tantum debet exhibere Euchariſtiam, non inferior, niſi ſubſit neceſſitas.

§. 3. Sed nec ab omnibus, nec paſſim omnibus tantum ſacramentum (208) exhiberi debet: nam veluti ſolus ſacerdos (209) illud conficit, ita etiam nemo præ-

---

4. n. 6. & qui de illis multum ſollicitus eſt, Thom. Hurtad. *tr. 2. cap. 7. reſol. ult.* Nos totam hanc ſacrificandi ceremoniam inter βδελύγματα referimus Eccleſiæ Pontificiæ. Z.

ad §. 3.

Inepta diſtinctio Canoniſtarum inter ſacrificium & ſacramentum.

(208) Diſtinguunt Pontificii ſacrificium a Sacramento. Quatenus a Presbytero conſecratur, offertur & abſumitur, ſacrificium eſſe volunt; at quatenus populo præbetur & a populo accipitur, ſacramentum eſſe dicunt. At nullum hic proprie dictum eſſe ſacrificium, jam ante monuimus. Z.

Presbyteri an poteſtatem adminiſtrandi ſacramenta jure proprio, an ab Epiſcopis conceſſo habeant?

(209) Id eſt ut mox dicit, presbyter. Etſi enim aliquando adminiſtrationem Sacramentorum ita quaſi proprriam Epiſcopis feciſſe videantur patres, ut eam presbyteris non aliter competere dicerent, niſi ex Epiſcopi permiſſione, uti ex Tertulliani *c. 17. de baptiſmo* & canone Apoſtolico *40.* item ex Ignatii Epiſtola ad Smyrnenſes probat Zieglerus *de Epiſc. lib. 3. c. 4. §. 5.* non videtur tamen ea horum patrum eſſe ſententia, quod poteſtatem ſuam habeant presbyteri & accipiant ab Epiſcopo, ſed quod ad exercitium actus requiratur etiam ſcientia Epiſcopi. Cæteroquin recte docet Iſidorus Hiſpalenſis, etiam presbyteros præeſſe Eccleſiis Chriſti, & eſſe conſortes Epiſcoporum in doctrina populo tradenda, in officio prædicandi in adminiſtratione ſacramentorum &, ſola ordinatione excepta, omnia illis competere Epiſcoporum munia. Non tamen ſine fundamento putat Hugo Menardus, tempus fuiſſe ut ſæpius contingeret, ut ipſe baptizaret Epiſcopus, rarius baptizarent presbyteri & diaconi. Iſta tamen praxis presbyterum jure baptizandi minime excludebat, ſed per

præter eum exhibere poterit. (210) Quod ſi presbyter aliter quam per ſemetipſum infirmum, vel alium communicet, ex Rhemenſis *f*) concilii diſpoſitione, ſui *f*) *can. pervenit de conſecrat. diſt. 2.* gradus periculo ſubjacebit. Permiſit tamen Laodicenſe concilium, *g*) ſi neceſſitas urgeret, ut diaconus præ-

g) *can. præſente c. diſt. 93.*

per accidens fiebat, quod, cum presbytero major eſſet Epiſcopus, indecorum fuiſſet, ipſo præſente presbyterum communes alioqui ſacri miniſterii actus exercere. *Z. d. l.* §. *6.*

(210) I. Fuerunt, qui tempore neceſſitatis cœnam a Laico adminiſtrari poſſe ſtatuerunt, quod noviſſime etiam defendit Thomas Hurtado *tr. 5. c. 6. reſol. 63.* poſſe ſcil. Laicum non quidem conſecrare Euchariſtiam, ſed a ſacerdote conſecratam diſtribuere; ſed verior eſt ſententia negativa, non quidem propter ſacrificium, ut hic contendit autor, ſed quod Laicus deſtituatur vocatione, mandato & exemplis antiquitatis orthodoxæ. Z. *An Laicis competat jus adminiſtrandi cœnam.*

II. De antiquitate orthodoxa aſſertio hæc paulo diſtinctius eſt explicanda. Nimirum id ex hiſtoria Eccleſiaſtica conſtat, in primitiva Eccleſia Patresfamilias in ſuis ædibus ſacras cœnas direxiſſe, ut patresfamilias non ut ſacerdotes. In Eccleſia vero ſeu cœtu fidelium congregato directio cœnæ ſacræ erat penes Epiſcopos & Presbyteros, ut tales, & nequaquam ut ſacerdotes. In caſu tamen neceſſitatis etiam Laicis permiſſam fuiſſe adminiſtrationem S. cœnæ ſatis probat locus Tertulliani de *exhort. caſtit. c. 7.* ut etiam ita expoſuit hunc locum Rigaltius *in notis*, quem cum refutare intenderet Gabriel Albaſpinæus, Rigaltium defenderunt Grotius & Salmaſius; Albaſpinæi contra partes egerunt Dionyſius Petavius & Job. Cloppenburgius, & tandem Henricus Dodwellus eandem controverſiam peculiari novaque plane ſententia ſopiendam ſuſcepit: ut diſtinctius hæc omnia explicat & Dodwelli ſententiam examinat hono- *Hiſtoria controverſiæ.*

Ccc cc ratiſſi-

Digitized by Google

præſente presbytero Euchariſtiam juſſus erogare poſſet. (211)

Sacerdos conſtitutus in peccato mortali, quoad ſe ipſum, eſt ſuſpenſus, non quoad alios.

h) can. ſacerdotes qui 1. q. 1. in fin.

§. 4. Imo & ſacerdotes, ſi qua criminali *h*) macula ſeſe infectos eſſe ſentiant, ab hujusmodi exhibitione abſtinere (212) debent. Quanquam ſi peccato (213) mortali *i)* vel minori excommunicatione (214) il-

i) cap. fin. extr. de cler. excom. miniſt. c. de homine de celebr. miſſ.

---

ratiſſimus Collega Böhmerus *Diſſert. 4. Juris Eccleſ. antiqui* §.22. *usque ad 25. p. 268. ſeq.* T.

Remiſſio.

(211) Vide quæ notavimus ſupra ad *tit. 22. lib. 1.* §. *1.* Z.

ad §. 4.

Vis ſacramenti a criminoſo adminiſtrati.

(212) Sacramenta tamen etiam ab criminoſo homine adminiſtrata ſua non deſtituuntur efficacia. Vid. *c. Non nocet, cum ſeq. 1. q. 1.* Z.

Contra diſtinctionem peccatorum in mortalia & venialia.

(213) I. Omne peccatum natura ſua eſt mortale, & viciſſim omne peccatum Chriſti merito & gratia eſt veniale, præter peccatum in Spiritum S. quod eſt irremiſſibile, non ex defectu gratiæ, ſed ex qualitate culpæ. Z.

II. Ita eſt, diſtinctio peccatorum in mortalia & venialia, etſi paulo poſt initium reformationis termini hi a proteſtantibus ſint retenti, eſt purum putum inventum Cleri Pontificii, ſub quo multa latent arcana politica. Nullum eſt dubium, dari diverſos gradus peccatorum etiam actualium, nec omnia peccata, in renatis quoque, eſſe æqualia, ſed alia eſſe peccata infirmitatis, alia malitiæ, alia mere voluntaria, alia mixta, accedente metu gravi ab alio incuſſo, aut orta ex ignorantia vincibili &c. An vero propterea termini peccati mortalis & venialis ſint retinendi, & illi, qui hos terminos rejiciunt, notam

illigatus celebret & ſacramenta conferat, licet graviter

tam mereantur, diſſentiunt Theologi proteſtantes. Qui id affirmant, in eo tamen cum reliquis conſentiunt, venialia peccata a Scholaſticis erronee definiri, quod ſcilicet per ſe non ſint contra legem DEI, nec habeant rationem peccati aut mereantur pœnam æternam. Vid. Chemnitius *Part. 3. locorum Theolog. loco de diſcrimine peccati mortalis & venialis in renatis p. 96. ſeq. potiſſimum cap. 6. p. 105.* Contra Georgius Calixtus *diſput. 5. de præcipuis relig. chriſtianæ capit.* poſtquam alias peccatorum diviſiones præmiſiſſet, ſubjungit §. *115. Quamobrem diſtinctio, qua peccatum in mortale & veniale diſpeſcitur, & illud eſſe dicitur, quod maledictionem & mortem meretur, iſtud quod non meretur, neque eſt contra caritatem DEI & proximi, ut docet Bellarminus, hoc inquam contra ſcripturam eſt.* Frider. Spanhemius *Elench. controv. cum Pontific. c. 13. p. 45. II. An peccata actualia bene diſtinguantur in* mortalia & venialia, *ut hæc talia ſint, non tantum* ex eventu. *per gratiam remiſſionis, qualia ſunt peccata fidelium, ſed venialia* in genere ſuo, *vel* ex imperfectione *operis, digna adeo ob exiguitatem offenſæ non æterna morte aut privatione gratiæ, ſed* temporali *vel correctione vel pœna, ſeu in hac vita ſeu in altera, pœnis Purgatoriis ?* Affirmant *Pontificii*, negant *Orthodoxi.* Huic diſtinctioni *innititur pars magna* Papatus : *perfectio juſtitiæ inhærentis ; merita ſanctorum ; ſatisfactiones humanæ ; indulgentiæ Papales ; purgatorii pœna ; miſſæ pro mortuis ; remiſſio* culpæ, *manente reatu* pœnæ *ſaltem temporalis* &c. Dallæus *de confeſſ. auric. lib. 4. cap. 20.* ex ipſis Pontificiis locum Petavii adducit, fatentis, quod ea peccata, quæ olim a Patribus capitalia ſeu mortalia fuerint dicta, non ſint, ut hodie definiantur, omnia illa, quæ nos gratia DEI & ſpiritualibus caritatis ornamentis ſpoliant, ſed hujus generis certa duntaxat, quæ cum graviora ceteris eſſent, tum Canonibus & Synodorum decretis nominatim ex-

 preſſa ;

viter peccet, nullam tamen irregularitatis notam (215)

---

preſſa ; alia vero a Patribus dicta eſſe leviora & quotidiana, quæ hodie partim nuncupentur venialia, partim mortalia, ſed de quibus nulla nominatim a canonibus pœnæ eſſent conſtitutæ, ut aſperius in quenquam maledictum aut convicium, perjuria aliaque ſexcenta hodie mortalia. Id quod Dallæus ibi latius declarat, multa hodie a Canoniſtis inter crimina mortalia referri, quæ ab antiquis Eccleſiæ patribus pro talibus minime fuerint habita. Atque hinc factum eſſe arbitror, quod qui hodie Theologias morales ſcribunt, terminos iſtos peccati mortalis & venialis omittere incipiant, & loco eorum peccata infirmitatis vel malitiæ commemorent, ut nuperrime fecit Dn. Buddæus. Nobis maxime incumbit oſtendere arcana Politica ſub hac diſtinctione latentia. (1) opus fuit hac diſtinctione, ut jam obſervavit Spanhemius, ad ſuſtinendum purgatorium, quod inter modos acquirendi præcipuos Cleri-Papalis collocari debet : Scilicet ſecundum eorum doctrinam peccata mortalia merentur gehennam, venialia purgantur per purgatorium (2) Quanta arcana Politica lateant ſub confeſſione auriculari, potiſſimum intuitu expiſcationis arcaniſſimorum cordis, etiam intuitu regum & principum, omnibus notum eſt. Diſtinctio vero inter peccata mortalia & venialia a Papiſmo inventa eſt etiam ad ſtabiliendam confeſſionem auricularem. Ita enim diſpoſuit concilium Tridentinum *de confeſſione cap. 5.* (apud Chemnit. *in examine Part. 2. p. 339.)* oportere a pœnitentibus omnia peccata mortalia, etiamſi occultiſſima ſint & tantum adverſus duo ultima Decalogi præcepta commiſſa, in confeſſione recenſeri. Venialia vero poſſe quidem recte & utiliter in confeſſione dici, taceri tamen citra culpam, multisque aliis remediis expiari poſſe. (3) Ipſum arcanum caſuum reſervatorum de quo diximus *ad tit. præced.* opus habet hac diſtinctione : Et jam ſupra *nota 167.* ex Homobono adduximus, peccata mortalia ſolum reſervari, nec tamen omnia ſed graviora, venialia regulariter non reſervari, quia videlicet docue-

Arcana Politica ſub hac diſtinctione latentia.

docuerant, non opus eſſe ut ſuper iis in confeſſione abſolutio petatur. (4) Imperium deſpoticum in inferiores, maxime Laicos, ut ſcilicet pro lubitu ſecundum hanc peccatorum diſtinctionem illis pœnas imponant. Nam cum in peccatis venialibus commenti eſſent varia remedia, quæ ſequentibus verſiculis incluſerunt:

Confiteor, tundo, conſpergor, conteror, oro,
Signo, edo, dono; per hæc venialia pono.

de quorum explicatione vide quæ refert Zimmermannus *Analect. menſtr. menſe XI p. 525.* pro peccatis mortalibus longe graviores modos ea expiandi excogitarunt v. g. quadragenam, Septenam, Carenam: *quadragenam* id eſt pœnitentiam 40. dierum, qua peccator per 40. dies ab Eccleſia excludebatur, & incedebat capite diſcooperto, ſparſo cinere; *Septenam,* id eſt pœnitentiam ſeptem annorum, qua feriis omnibus ſecundis, ſeu diebus Lunæ uti eis tantum liceret lacticiniis, quartis feriis Mercurii uno ferculo concernente jejunium; ſextis vero, ſeu diebus Veneris haberent tria fruſta panis cinere intincta, & intra hos ſeptem annos non uterentur carnibus, vino, lecto, balneo; *Carenam* id eſt pœnitentiam ex quadragena & ſeptena compoſitam. Zimmerm. *d. l. p. 526.* (5) Imperium plusquam deſpoticum in ipſum intellectum Laicorum & Cleri inferioris. Cum enim nihil profit his diſtinctio hæc, niſi ſciant, unde cognoſcendum ſit, quænam peccata ſint mortalia, quænam venialia, ſcholaſtici characteres peccati mortalis tam obſcure deſcribunt, ut prope ipſimet fateantur, ſe genuinam peccati mortalis & venialis differentiam ignorare, & propterea eam multo magis ignorari a pœnitentibus ipſis, quæ obſervatio adigit pœnitentes, ut omnia peccata habeant pro mortalibus & confeſſione eorum facta credant ſimpliciter confeſſionario, hæc peccata eſſe mortalia illa venialia, & ſic a mero arbitrio ipſorum etiam intuitu pœnitentiæ dependeant. Confirmatur obſervatio hæc per ea quæ docet Homobonus *de caſibus reſervatis part. 1. p. 210.* Poſtquam enim a *p. 170.* recenſuerat peccata capitalia ſeu mortalia ſecundum vulgatum verſiculum;

Ut tibi ſit vita, ſemper SALIGIA vita

ſc. ſuperbiam, avaritiam, luxuriam, iram, gulam, invidiam, acediam; ſubjicit *d. p. 210.* Etſi hæc ſeptem vitia mortalia dicantur, non tamen ſemper mortale peccatum in his contingere, ſiquidem ſubreptio, vel defectus deliberationis, parvitas materiæ vel etiam defectus judicii a mortali culpa excuſent. Pariter poſſe ex veniali fieri mortale peccatum, quando in eo ultimus finis conſtituatur, vel quando ad mortale ex intentione dirigatur, vel contemtus ſeu etiam conſcientia erronea accedat (ubi aperta eſt contradictio: peccata mortalia fiunt venialia ob defectum judicii, & venialia fiunt mortalia ſi conſcientia erronea, i. e. defectus judicii accedat.) Et jam Auguſtinum dixiſſe, difficillimum eſſe modum diſtinguendi mortale peccatum a veniali, quare illud diſcrimen multo magis latere pœnitentem, cum peccantes propria voluntate ſæpe diſcernere nequeant in propria cauſa an in ea re peccaverint &c. Unde non mirandum, quod Pontificius Clerus pro lubitu ex leviore delicto faciat peccatum mortale. Ita Zimmermannus *d. l. p. 527.* narrat, quantæ turbæ ab Inquiſitione excitatæ fuerint contra Stephanum Fagundez, quod hic aſſerere auſus fuerit, ova & lacticinia in jejuniis quadrageſimæ edere non eſſe mortale peccatum. Ita Johannes Valerus *in differentiis utriusque fori ſub voce peccatum differ. 30.* notat: Adire judices ſupremos ſeculares pro tuenda vel recuperanda poſſeſſione beneficii vel alterius rei Eccleſiaſticæ, licitum eſſe in foro externo, at in foro conſcientiæ eſſe peccatum mortale & incidere in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini *c. 14.* Quanquam nec ipſi Canoniſtæ hic inter ſe ſint unanimes, ut de modo memorata controverſia ipſe Valerus memorat, communem ſententiam eſſe contra. Ita fuerunt, qui ſtatuerent, vitare peccatum mortale non eſſe præcepti, ſed conſilii; item, quod venialia quamvis multiplicata non tamen degenerent in peccata mortalia, quos citat Zimmermann *d. l. p. 523. ſeq.* Quin & ſubtilitates ab iis hic adhibitæ id efficiunt, ut naſutiores Laici ex conſilio ipſorum Canoniſtarum facile ipſorum technas eludere valeant. Ita enim ex Tamburino ſequentem locum affert idem *p. 524. ſeq. Venialia peccata non ſolent reſervare, quia cum ea non obligemur confiteri, inutiliter reſervantur. &c. Hinc ſit,*

ut,

(215) incurrit, & ſacramenta ab eo collata, virtutis effectu non carent: cum non a collatione, ſed a participatione, (216) quæ in ſola perceptione conſiſtit, videatur eſſe remotus.

Scenicis & hiſtrionibus non eſt danda Euchariſtia: pro cæteris autem maxime infirmis, ſemper debet eſſe parata.

§. 5. Item quamvis regulariter (217) nullus, (*) etiamſi

*) *c. 2. de offic. jud. ordin.*

---

nt, ſi tu committas peccatum, quod ex ſe eſt reſervatum, ſed ob defectum plenæ advertentiæ, vel ob parvitatem materiæ cognoſcas te non peccaſſe, niſi venialiter, illud non ſit reſervatum. Fac, v. gr. homicidium & furtum eſſe reſervata, tu vero occidas aliquem inadvertenter, ſed tamen negligentia duntaxat veniali intercedente, vel furaris unum vel alterum obolum, non eris peccati reſervati reus. T.

(214) De hac dicendum erit infra *lib. 4. tit. 13. §. 1.* Z. *Remiſſio*

(215) Irregularitatem Autor definit infra *lib. 4. tit. 15. quod* fit nota ſeu canonicum impedimentum ex facto ſeu defectu proveniens, quo quis tam ad Eccleſiaſticos ordines promoveri, quam promotus in iisdem miniſtrare prohibetur. Z. *Irregularitas quid*

(216) Minor enim excommunicatio juxta tradita Canoniſtarum privat hominem tantum paſſiva communione Sacramentorum. Z. *Ratio.*

ad §. 5.

(217) Quod vero ſtatuunt Canoniſtæ ſacramentum hoc nonniſi a jejunis eſſe ſumendum *can. Sacramenta de conſecr. diſt. 1. & can. liquido diſt. 2. de conſecr.* de eo ſic tenendum: Id quidem eſt de honeſtate aut decoro, non de abſoluta neceſſitate: ſtatuente Auguſtino *h. can. Liquido.* ipſos Apoſtolos *non accepiſſe jejunos* hoc ſacramentum prima vice: & cum Chryſoſtomo objectum *An ſacra cœna nonniſi a jejunis ſumenda.*

etiamſi quem ſacerdoti peccatorem & impœnitentem eſſe liqueat, (218) ab altari ſit arcendus. (219) Scenicis

ctum fuiſſet, quod jam paſtus communicaſſet Euchariſtiæ, ita negavit factum, ut ſimul negaret, ſe in eo reprehenſione dignum futurum, ſi feciſſet. Adde exemplum Corinthiorum *1. Cor. XI. 21.* quem ad locum ita loquitur Cornelius a Lapide Jeſuita. *Tempore Pauli Chriſtiani ut imitarentur Chriſtum (qui poſt cœnam agni & communem, Euchariſtiam inſtituit) ante cœnam Euchariſticam inſtituebant cœnam communem, omnibus Chriſtianis tam pauperibus quam divitibus, idque in mutuæ & Chriſtianæ charitatis Symbolum. Perduravit hic mos in multis Eccleſiis per multa ſæcula ; nam Sozomeni adhuc tempore ut ipſe narrat lib. 7. cap. 2. in Ægypto, multis urbibus & pagis ſumta cœna vulgari exemplo Chriſti celebrabant & ſumebant S. Synaxim. Idem de aliis quibusdam Eccleſiis indicat Concilium Carthag. III. can. 29. Hunc morem, ubi & quamdiu permiſſus fuit, non taxat hic Apoſtolus, ſed ejus abuſum, in iis qui in hac cœna ſe inebriabant, ſinentes alios pauperiores eſurire.* M. *p 183.* Conf. ſupra *not. 107. hoc libro 2.*

An miniſter Eccleſiæ poſſit aliquem privata autoritate excludere ab uſu cœnæ? Negat Jus Canonicum.

(218) Miror Zieglerum hic nihil annotaſſe, cum tamen in noſtris Eccleſiis hæc controverſia ſæpe fuerit agitata. Videamus primo diſpoſitionem juris Canonici. *Si Sacerdos ſciat* (inquit Eugenius Papa *cap. 2. de officio judicis ordinarii) pro certo, aliquem eſſe reum alicujus criminis, vel ſi confeſſus fuerit, & emendare noluerit, niſi judiciario ordine quis probare poſſit, non debet eum arguere nominatim, ſed indeterminate. Sicut dixit Chriſtus : Unus veſtrum me traditurus eſt. Sed ſi ille, cui damnum illatum eſt, petierit juſtitiam, poteſt excommunicare auctorem damni, licet etiam ei confeſſus ſit, ſed tamen non nominatim poteſt eum removere a communione, licet ſciat eum eſſe reum : quia non ut judex ſcit, ſed ut DEUS : ſed debet eum admonere ne*

Digitized by Google

ne ſe ingerat: quia nec Chriſtus Judam a communione removit. Refertur etiam huc dictum Auguſtini, relatum in *can. 67. de conſecr. diſt. 2. Non prohibeat diſpenſator manducare pingues terræ in menſa domini, ſed exactorem moneat timere.* Et aliud ejusdem Auguſtini *can. Chriſtus 88. C. 1. q. 1. Chriſtus quid fecit vobis, qui traditorem ſuum tanta patientia pertulit, ut ei primam Euchariſtiam confectam, manibus ſuis & ore ſuo commendatam, ſicut cæteris Apoſtolis traderet?* Et notanter Gloſſa ad hunc locum Lancelotti diſtinguit: Si ille, quem ſacerdos ſcit eſſe impœnitentem, poſceret euchariſtiam in manifeſto, tum ſacerdotem non debere eum arcere ab altari; neque enim ſacerdotem debere peccatorem prodere, cum & Dominus noſter Judam impœnitentem communicaverit. Sed ſi impœnitens in occulto peteret ſacramentum, tum ſacerdotem id ei denegare debere. Pertinet etiam huc alius locus Auguſtini *ex libro 10. de confeſſ.* adductus a Chemnitio *Exam. Concil. Tridentini p. m. 357.* Unde ſciunt, cum a me ipſo & de me ipſo audiant an verum dicam, quandoquidem nemo ſcit hominum quid agatur in homine niſi ſpiritus hominis, qui eſt in homine. Monendi igitur ſunt illi, qui abſolutionem petunt, non cum homine, ſed cum ipſo DEO ſibi negotium eſſe, in cujus conſpectu illa agantur. Et DEUS qui corda ſcrutatur, & cogitationes intelligit, non irridetur. Miniſtri vero tantum legatione funguntur, & ſunt diſpenſatores alieni beneficii, quibus non mandatum eſt ut corda ſcrutentur, ſed ut iis qui ſignificant, ſe pœnitentiam agere, & Evangelio credere, annuncient remiſſionem peccatorum. Hactenus Chemnitius. Cum igitur in hac materia diſpoſitio Juris Canonici partim regulis boni ordinis, partim exemplo Chriſti innitatur, nec ſcriptura ſacra rationabiliter expoſita contrarium hic præcipiat, inde etiam Principes proteſtantes in ordinationibus Eccleſiaſticis diſpoſitionem juris Canonici hac parte repeterunt. Vide in Corpore Juris Saxonici Electoralis *General* Artickel *art. 10.* §. Da ſich aber ein unverſehener *Caſus*: verbis: Darmit kein Pfarrer etwas in ſolchen Sachen unbedächtlich oder unordentlich aus ſeinen eigenen Kopff vornehme oder handele/ ſondern ſich nach der allgemeinen Ordnung

Doctrina Chemnitii.

Prohibitio ſtatuum proteſtantium Juri Canonico conformis.

præſuppone ns tamen abuſum paſtorum ſine ju

ſa cauſa auditores ſuos ab uſu cœnæ excludentium.

nung gehorſamlich verhalte / daß ihme in allwege vor GOtt und ſeiner Kirchen verantwortlich/ und hierdurch viel und groſſen Aergerniß vorkommen / auch manche Gefahr und Weitläufftigkeit verhütet werden können ꝛc. Similis tenoris eſt Receſſus generalis viſitationis in Marchia de anno 1600. adductus a B. Stryckio *ad Brunnem. Jus Eccleſiaſticum p. 325.* daß ſie auch mit der Abſolution vernünfftig und cum diſcretione umgehen. Dann daß öffentlichen unbußfertigen Sündern/ Gottesläſterern/ Hurern/ Wucheren / Trunckenbolden und dergleichen die Abſolution nach Befindung und vorgehender treuhertziger privat und öffentlicher Warnung/ dem Unbußfertigen ſelbſt zum beſten und andern zum Abſcheu geſperret / und aufgehalten werden/ iſt nicht unbillich. Aber es ſollen und müſſen nicht allein die delicta, beſondern auch die Unbußfertigkeit notoria ſeyn/ ſonſten iſt keinem die Abſolution ohne erhebliche Urſach und cognition des Conſiſtorii, vielweniger ex privata vindicta oder affectu, wie es auf den Dörffern offtmals aus liederlichen Urſachen geſchehen ſoll / zu ſperren. Nullum vero eſt dubium, hoc vitio non ſolum paſtores paganos laboraſſe, ſed etiam urbicos ab eo non fuiſſe immunes, nimium videlicet inclinantes, ut loquitur König in *Caſ. Conſc. loc. de Sacr. Cœn. caſ. 18. p. 639.* vel in vanos populi rumuſculos, vel inanium anicularum inſuſurrationes, ut propter conceptas ſiniſtras ſuſpiciones, quæ accedente livore aliisque diſtorti animi motibus ſemper magis magisque intenduntur, & obliquo oculo re ipſa grandiores æſtimantur, quoslibet diffamatos, licet, ii, neque ex propria confeſſione, neque ex depoſitione idoneorum teſtium, neque competentis judicis examine fuerint convicti, ab uſu cœnæ Dominicæ arceant, & procul abeſſe jubeant. &c. Quodſi quis quærat, qua ratione fieri potuerit, ut apud Proteſtantes talis abuſus ortus fuerit, papatui incognitus, & quomodo paſtores etiam pagani ſaltem auſi fuerint, aliquem ſine juſta cauſa a cœna ſuſpendere, cum tamen jus Canonicum, & ordinationes principum Evangelicorum velint peccatorem impœnitentem ſine conſenſu ſuperiorum non eſſe a cœna arcendum privata autoritate. Reſpondeo, dato uno abſurdo ſequuntur plura.

Unde hic abuſus ſit ortus, Papatui etiam incognitus? Videlicet ex doctrina nec rationi conveniente

plura. Invecta inter proteſtantes doctrina irrationali, facile ſecuta eſt praxis irrationalis. Scilicet cœpit doceri a Theologis Lutheranis, præceptum eſſe miniſtris Eccleſiæ, ne homines impœnitentes ad S. Cœnam admittant, ſolentque eum in finem torqueri dicta *Matth.* 7. ubi Chriſtus docet, ſanctum non dandum eſſe canibus, nec margaritas projiciendas porcis, item *Joh. 18. & 20. Matth. 16.* quæ de clave ligante & ſolvente agunt, ubi docent, æque præceptum eſſe ſingulis miniſtris Eccleſiæ ut ligent impœnitentes, ac ut pœnitentes ſolvant, ergo etiam judicium de pœnitentia & impœnitentia ad eos pertinere; item *1. Cor. V. v. 11. 2. Joh. I, v. 10. & 11.* Ad exemplum de Chriſto Judam admittente reſpondent, id variis ex cauſis eſſe impertinens (1) quia miniſtri Eccleſiæ conſtituti ſint vigiles ſuper animabus auditorum, Chriſtum vero Judam poſt præcedentem multiplicem admonitionem tamen in impœnitentia permanentem, ideo admiſiſſe, quia Judas noluerit agnoſcere, quamvis monitus, peccatum ſuum. (nemo crediturus eſſet excidere potuiſſe viris, ſenſu ſaltem communi gaudentibus reſponſionem hanc ipſi ſenſui communi adverſam, niſi poſteri talia admirantes & ſputa anteceſſorum lingentes hæc imprimi curaſſent tanquam reliquias doctrinæ arcanæ & ſingularis) (2) Chriſtum ibi egiſſe non ſecundum divinam omniſcientiam & potentiam, ſed ſe accommodaſſe ſtatui præſenti, & ſecundum occaſionem præſentem; at miniſtrum Eccleſiæ non debere margaritas projicere porcis. (Si JCtus talia ſcripſiſſet, ægre ferre non debuiſſet, ſi de blaſphemia a Theologis fuiſſet accuſatus) (3) non exemplis ſed legibus ſtandum: (4) Chriſtum non mandaſſe ut imitemur hoc exemplum &c. Potiſſima ſaltem excerpo, reliqua legi poſſunt in Conſiliis Dedekenni, *loco de Cœna ſect. 7. Numero 1. ad* 7. Et hæc tamen ſententia ita communis facta fuit, ut neque ex JCtis aliquis contra hiſcere auſus fuerit, etſi præter hactenus dicta omni etiam connexione deſtituatur, & evidente contradictione laboret. Ita v. g. König *d. l. caſ. 14. p. 606. ſeq.* proponit quæſtionem *An miniſter Eccleſiæ a ſe ab uſu Cœnæ ſuſpenſum, ſed a Magiſtratu Politico denuo per vim,* (nota obiter & hujus termini impudentiam) *obtruſum ad communionem, bona cum conſcientia*

nec genuina ſcripturam interpretandi regulis.

Qua tamen hodie prope communis eſt.

 poſſit

poſſit admittere? In quamcunque partem inclines, ipſe Autor agnoſcit pericula: *Si enim cedendum ſuaſeris, efficies*, inquit, *eo modo, ut miniſter inconſtantiæ* (aut fallibilitatis, & partialitatis) *inſimuletur, præſumaturque, quod prius injuſtam ſententiam in proximum ſuum tulerit, eumque publica iſta excluſione atroci injuria affecerit; ſin refragandum & in priore ſententia perſiſtendum, ſuſpenſionemque actu perficiendam; hoc obtinebis, ut miniſter contumaciæ arguatur*, NB *criminis læſæ Majeſtatis accuſetur, & niſi, ſemel iterumque monitus vel tandem ſe ſubmiſerit, de priſtina ſtatione penitus deturbetur.* Jam quid ad hæc dubia reſpondet Königius? Initio optime inchoat, *in id potiſſimum incumbendum eſſe, ne hujusmodi caſus unquam accidat.* Recte ergo Miniſter Evangelicus nunquam propria autoritate aliquem ſuſpendere debet a S. Cœna. *Competit enim*, ita pergit, *Magiſtratui jus majeſtatis circa ſacra, hoc autem ſi non eripi, certe haud parum ſibi labefactari arbitrabitur, ſi tale quid ſe inſcio aut penitus præterito in effectum dari obſervaverit.* Et hoc recte. Et tamen concludit. *Quodſi magiſtratum in partes ſuas trahere non posſit miniſter, cum non ſit civilis magiſtratus, manus ſuas in meſſem Eccleſiaſticam immittere, & reperiantur tamen ibidem* (i. e. in Magiſtratu Politico) *interdum Conſtantii, qui cum pedem deberent habere in foro, eum malunt collocare in choro* (i. e. qui ſibi injuſte arrogant jus majeſtatis circa ſacra. Quis hanc contradictionem palpabilem concoquere poſſet?) *Miniſter tantiſper vim deprecetur, donec impetrata venia ab una alteraque Univerſitate quæ neutri parti ſit addicta* (i. e. quæ magiſtratui illi politico non ſit ſubjecta) *facti ſui conſultationem & deciſionem repoſcat. Nec ſic tamen quieſcente magiſtratu aut judicata* (ab illa Univerſitate) *faciente ſed ſua juſſa perſequente & admisſionem ſuſpenſi inſtanter adhuc urgente, licet contra ipſum ſententia etiam Academica* (ad narrationem videlicet Miniſtri ſuſpendentis & altera parte Magiſtratus Politici & privato auſu ſuſpenſi non audita) *juſtisſime* (ſecundum deſiderium ſcilicet miniſtri quærentis) *fuerit pronunciata, tunc denique tutius exiſtimarim, dimisſionem ab officio expe-*

quamvis peſſime cohærens.

Digitized by Google

expectare, quid enim eſt eſſe (miniſtrum Eccleſiæ) *ſi eſſe non poſſis qui eſſe debebas*? (id eſt ſi non poſſis etiam invito magiſtratu ſecundum præconceptam tuam opinionem facere quæ lubuerit?) Bone DEUS ſub quibus tenebris hactenus viximus craſſioribus tenebris Ægyptiacis, id eſt, ipſius Papatus! Et tamen hanc doctrinam ita aperte ſibi contradicentem ſecuti fuere JCti alias eruditi & judicio pollentes. Evolve e. g. Lynckeri *diſputationem de eo, quod circa ſacram cœnam juſtum eſt cap. 2. §. 10 juncto §. 8. n. 5.* Brunnemannum *de jure Eccleſiaſtico libro 2. c. 1. membr. 3. §. 12. & ibi* B. Strykium *p. 326 circa finem.* Quodſi porro quæras fontes & fundamenta hujus doctrinæ ita peſſime cohærentis, illa ſaltem breviſſimis & per indicem quaſi hic erunt exponenda, cum fuſior tractatio integram diſſertationem requirat. Videntur autem eſſe plurima eaque varia, (1) Spiritus hæretificationis, (2) neglectus genuinæ doctrinæ moralis & politices, juris item naturæ & gentium, ac inſuper juris publici, potiſſimum Eccleſiaſtici; (3) corruptio doctrinæ de jure Magiſtratus Evangelici circa ſacra: (4) ſuperſtitioſa & nimia veneratio Patrum (5) Iniquiſſima perſuaſio, quaſi reſponſa Facultatum Academicarum tam Theologica, quam Juridica habeant vires rerum judicatarum, & quaſi ea poſſint pro autoritate definire quæſtiones de jure Magiſtratus Evangelici circa ſacra. (Vide modo excerpta ex Königio.) Alia ut jam taceam. De cauſa prima & quarta ſaltem quædam adjicere liceat. Primam quod attinet, haud dubie clamabunt multi, latere hic calumniam, & nunquam eam in mentem veniſſe Autoribus ſententiæ diverſæ. Sed evolve quæſo Dedekennum *d. l. n. 11. p. 632. ſeq.* & deprehendes, anno 1568. primum hanc aſſertionem de poteſtate auſu privato ſuſpendendi innocentes a S. ſcœna, in Eccleſiam noſtram eſſe introductam. Rubrica eſt: Der Theologiſchen Facultät zu Leipzig und Wittenberg Antwort auf die Frage: Ob ein halßſtarriger Calviniſt zum hochwürdigen Nachtmahl zu admittiren? Scilicet ſuſpenderat paſtor quidam a ſacra cœna privato auſu einen ehrlichen von Adel/ der GOttes Wort mit Fleiß hörete/ auch ſonſt die Religions Sachen mit Ernſt ſich lieſſe angelegen ſeyn/ vel uti eum deſcribunt Theologi Lipſienſes in

cui nec J.Ti contradicere auſi ſunt.

Fontes hujus doctrinæ per indicem oſtenſi.

Probatio de ſpiritu hæretificationis.

Digitized by Google

in reſponſo *p. 633.* einen frommen/ ehrlichen / Gottsfürchtigen Mann/ (quæ qualitates etiam in dicto reſponſo nulla ratione ſolida refutantur, imo ne quidem negantur) qui tamen in articulo de cœna ſequebatur doctrinam Reformatorum. Et primaria ratio, cur approbetur illa ſuſpenſio privato auſu facta, illa datur *d. p. 633.* Erſtlich/ daß die Göttliche heilige Majeſtät nicht haben will/ daß man das Heilige den Hunden furwerffen / oder ſich anderer Sünden theilhafftig machen ſoll/ welches in dieſem Fall geſchehen müſte/ weil er den Worten Chriſti nicht gläubet/ und alſo ſo viel an ihm iſt/ unſern HErrn JEſum Chriſtum zum Lügner macht. &c. Et ita in ſimili poſtea reſponderunt ſucceſſores *ibid. n. 13. & 14.* Hoc vero ſemel admiſſo, ſua ſponte ſequebatur, multo magis privato etiam auſu ſuſpendi poſſe ac debere reos criminum. Sic ibidem *N. 3. p. 620. ſeq.* Tilemannus Heshuſius: Sinds aber auch nicht die feindſeeligen Hunde/ von denen hier Chriſtus meldet/ die feindſeelige Ketzer/ Läſterer und Verfolger der Warheit/ item die Rotten-Geiſter und falſchen Brüder; ſinds nicht die Säue/ von denen hier Chriſtus ſaget/ die Epicuriſchen Beſtien/ die alle Religion verachten/ in Sauffen / in Unzucht/ in Wucher und Diebſtahl ihr Leben zubringen. So iſts ja offenbahr und gewiß daß Chriſtus verboten habe &c.

De nimia veneratione patrum. Quartum fontem quod attinet, quid aliud commovit Brunnemannum ut judicium ſuum de hac quæſtione ſuſpenderet *d. §. 12.* & ad Theologicas ſcholas remitteret, quam dictum ad quod ibidem provocat, Chryſoſtomi: *Se malle mori millies, quam uni indigno ſcienter ſacramentum exhibere.* Chryſoſtomum veneramur. Sed eum tamen ſæpius aliquid humani paſſum eſſe ſcimus. *Vide præcognita circa ſtudium Juriſprudentiæ Eccleſiaſticæ cap. 14. §. 13.*

Fructus hujus doctrinæ. Fructus hujus doctrinæ quod attinet, duo hic commemorandi ſunt præcipui (1) colliſiones paſtorum cum Magiſtratu Politico, & inobedientia ac reſiſtentia ſub prætextu pietatis & ſanctitatis palliata, (2) tandem noſtris temporibus tentata ſub iisdem prætextibus privato auſu ſuſpenſio ipſorum principum à S. Cœna. Res aperta eſt & omnibus nota. Ne tamen arbitreris, noſtram doctrinam deſtitui autoritate Theologica, provoco, tempore

evol-

Digitized by Google

evolvendi plures deſtitutus, ad teſtimonium unius inſtar omnium, Theologi pii, prudentis & moderati B. Speneri. Hujus evolve *par-* *Pro noſtra* *tem I.* Der *Theologiſchen* Bedencken *capite 2. artic. 3. ſect.* *ſententia ad-* *12. qu. 2. p. 671. ſeq & artic. 6. ſect. 8. 9. 20. 21. 22. 23.* ubi ſæ- *ductus con-* pius ad exemplum Chriſti Judam admittentis provocat, & ad dicta *ſenſus Spe-* *neri.* diverſæ ſententiæ reſpondet. Ex JCtis etiam celebribus jam hoc ulcus doctrinæ detexit fuſius B. Titius in der Probe des Geiſtlichen *Et Titii.* Teutſchen Rechts *lib. 3. cap. 3. §. 15. 16. 17. & cap 4. §. 8. usque ad §. 37. & in peculiaribus huius ſuæ doctrinæ vindiciis.* Adde omnino reſponſum Facult. Theolog. & Jurid. in hac controverſia relatum ab autore des neubeſtelten Agenten *de Anno 1706.* funffter *Depeche n. 253. p. 377. ſeq.* T.

(219) I. Sacramentum hoc dividendum non eſt, nec Corpus *Contra cœ-* ſine ſanguine ſumendum. Aut integra ſacramenta percipiant Com- *nam ſub una* municantes, aut ab integris arceantur *c. Comperimus 12. diſt. 2. de Conſecrat.* Unde mirum, potuiſſe in Concilio Conſtantienſi Patribus perſuaderi, ſub una ſpecie Sacramentum eſſe percipiendum, contra expreſſa & clara Divinæ inſtitutionis verba. Et magis miror, quod in Concilio Tridentino hic abuſus non fuerit emendatus, cum multi in Germania & Gallia id urſerint, alias Religioni Romanæ addicti. B. *II. 1. 3. 2. p. 316.*

II. Additur in alleg. *c. 12. de Conſecr. D. 2.* quod diviſio unius ejusdemque myſterii ſine grandi ſacrilegio non poteſt provenire. Aut itaque erravit Pontifex Gelaſius grandis ſacrilegii reos pronunciando illos, qui Sacramentum dividunt: Aut verum dixit. Si erravit; en errantem in rebus fidei habemus Pontificem: Si verum dixit; quis ſequentes abſolvet a Sacrilegio. Quodſi tandem aliquid autoritatis Pontifici circa Anteceſſorum Conſtitutiones conceſſeris; aliud hodie Evangelium habebunt ac olim; quis enim magnam Evangelii partem negaverit Sacramentum Cœnæ: Atque qui aliud Evangelium prædicat, quam quod a Salvatore & Apoſtolis prædicatum, etiamſi Angelus a cœlo eſſet, vel Apoſtolus, & hinc quoque Apoſtolorum ſucceſſor, ille ſecundum ipſum Apoſtolum Anathema eſt. *Gal. 1. verſ. 8.* Controverſia ipſa de Communione

ſub

k) can. pen. de conſecr. diſt. 2. nicis *k*) tamen atque hiſtrionibus (220) cæteriſque perſonis hujusmodi, quamdiu tam deteſtandas artes exercuerint, ſacra communio deneganda erit. Nec enim Evangelicæ diſciplinæ congruit, ut pudor & honor Eccleſiæ tam turpi & infami contagione fœdetur. In cæteris proſpiciet presbyter, ut ſi quis infirmatus fuerit, ita Euchariſtiam paratam (221) habeat, *l*) ut nemo ſine communione moriatur.

l) canon. presbyter Euchariſtiam de conſecr. diſt. 2.

Sa-

ſub una ſolide diſcuſſa a B. Chemnitio *Exam. Concil. Trident. P. 2. ſeſſ. 5. p. m. 185. ſeq.* Eccleſiæ veteris unanimem Conſenſum circa Communionem ſub utraque ſpecie exhibet Dn. D. Calov. *Syſtem. Theol. Tom. 9. Loc. de Cœn. Domin. c. 5. §. 18. p. 371.* S. *p. 322.*

De hiſtrionibus varians Canoniſtarum doctrina. (220) Hiſtriones veluti in quendam ſcopulum famoſitatis fuiſſe damnatos, uti loquitur Tertullianus *lib. de ſpectac.* non ſolum JCtorum libri, ſed & cæteri Scriptores paſſim teſtantur. Admittere igitur ejusmodi homines ad ſacra ſua noluerunt veteres Chriſtiani. Auguſtinus *de fid. & operib. Meretrices & Hiſtriones & quilibet alii publicæ turpitudinis profeſſores, niſi ſolutis aut diruptis talibus vinculis, ad Chriſti Sacramenta non permittuntur accedere.* Hiſtriones tamen hodierni prolixe defenduntur per Thomam Hurtado *tract. 1. reſol. 8.* ubi ex Thoma & Cajetano concludit, artem hiſtrionicam non eſſe ſecundum ſe peccatum mortale, nec artem illicitam, & propterea non teneri hiſtrionem eam dimittere, antequam abſolvatur. Z. Adde Albericum Gentilem integro tractatu, de actoribus & ſpectatoribus fabularum non notandis.

Contra reſervationem hoſtia conſecrata. (221) Hoſtiam paratam habere ad cœnam Dominicam neceſſitatis tempore peragendam, bonum eſt Eccleſiæ inſtitutum. Sed Canoniſtæ & Pontificii per Euchariſtiam hic intelligere videntur hoſtiam jam conſecratam. Fingunt enim Euchariſtiam Sacramentum permanens, atque etiam extra ſumptionem corpus Chriſti eſſe; unde

abu-

Digitized by Google

Sacramentum Euchariſtiæ conſtat viſibili forma, veritate corporis, & ſpirituali virtute. Et in calice poni debet vinum aqua mixtum.

§. 6. Conſtat *m*) autem Euchariſtiæ ſacramentum viſibili forma, veritate corporis, & virtute ſpirituali. Forma viſibilis eſt (222) panis, & vini: *n*) vi- *m) gloſ. in ſum. de conſecr. diſt. 2.*

num

n) *ſumm. d. diſt. 2.*

---

abuſus iſti Sacramentales in papatu ortum traxerunt, ut panis conſecratus aſſervetur in ciborio & circumgeſtetur theatrica pompa, atque adoretur. Verum non ſola conſecratio panis & vini requiritur ad unionem illorum Elementorum cum corpore & ſanguine Chriſti, ſed tota Sacramentalis actio quoad omnes actus ſacramentales conjuncta eſſe debet cum verbis formalibus & externis Elementis. Paulus enim non panem duntaxat conſecratum, ſed panem quem frangimus, i. e. diſtribuimus, aut ideo frangimus, ut in cœna diſtribuatur, nominat communicationem corporis Chriſti. Et reſervationem ejusmodi reprobavit olim Clemens Papa *c. tribus 23. de conſecrat. diſt. 2.* Z.

ad §. 6.

(222) Fingunt Pontificii, ſubſtantiam panis in ſubſtantiam corporis converti, manentibus nihilominus omnibus accidentibus panis. Sed id ἀσύστατον eſt, & contradictionem implicat, accidens eſſe & non ineſſe, cum ineſſe ſit de eſſentia accidentis. Deinde negari nequit, panem & vinum poſt benedictionem alia interdum, atque alia accidentia ſuſcipere, ut acorem, mucorem, venenoſas qualitates &c. item comburi poſſe, exſiccari, putreſcere, arrodi a muribus, quæ omnia requirunt ſubſtantiam & ſubjectum. Hoc autem corpus & ſanguis Chriſti ſine blasphemia ſtatui non poteſt. Panis itaque erit & vinum. Panis igitur & vinum poſt benedictionem manent, non convertuntur aut intereunt. Diverſum autem hic ſtatuere au- *Tranſſubſtantiationem repugnare ſenſui communi.*

Eee ee torem

num vero hoc loco intelligimus aqua permixtum: (223) nec enim in calice Domini, aut vinum ſolum, aut

torem patet ex oppoſitione veritatis, quam contradiſtinguit formæ viſibili. Alias non diffitemur, dari & rem viſibilem & inviſibilem in Sacramento. Z.

Contra præceptam mixturam cum vino. (223) Nimium hoc eſt, quod neceſſario hic mixturam aquæ requirit. Haud paulo ineptiores ſunt Patres Tridentini, qui anathema dicunt illis, qui mixtionem aquæ non admittunt. Non quidem damnamus Veteres Orientalis Eccleſiæ cives, quibus ex conſuetudine regionis calidioris & propter vinum vehemens ſolenne erat parumper aquæ ei miſcere. Sed enim neceſſariam eſſe iſtam mixturam, uti volunt Pontificii, omnino falſum eſt. Eſſet enim neceſſaria vel neceſſitate præcepti divini, vel neceſſitate finis divinitus intenti. Non illa, quia Chriſtus eam non inſtituit aut præcepit. Non hac; Finis enim a DEO intentus eſt unio fidelium cum Chriſto. Jam hic finis non efficitur per mixtionem aquæ cum vino, licet veteres per hanc ceremoniam finem illum repræſentari putarint. Quanquam vero per Eccleſiaſticam conſtitutionem neceſſitas aliqua induci poſſit, manet tamen nihilominus ritus ille ab Eccleſia mandatus in ſe, & ſua natura indifferens. Non enim poteſt Eccleſia, quando rei adiaphoræ uſum ad hanc vel illam partem determinat, ritum ſimpliciter neceſſarium facere, nec naturam rei adiaphoræ mutare. Add. Chemnit. *in Exam. Concil. Trid. part. 2. p. 365.* Gisb. Voët. *diſp. theol. vol. 2. p. 220.* Poterit autem optimo jure retorqueri in Pontificios, quod Græcis mixturam aquæ calidæ requirentibus objecit Jacob Goar *in Euchol. p. 149.* his verbis: *cum hæreticos vocet Balſamon eos, qui hujusmodi aquæ calidæ mixtionem in calice reſpuunt, tanquam ab ejus ſignificatu diſſonantes: videat, ne mentiatur ſibi inique, qui fidem non in Chriſti verbis, ſed in ſignis & figuris nimis ſuperſtitioſe adſtruit.* Hæc verba itidem a nobis ſibi dicta habeant pontificii hoc modo: cum anathemate percutiant Tri-

Digitized by Google

aut aqua ſola offerri debet, cum utrumque ex latere illius profluxiſſe legatur. (224) Illud etiam rationabilis conſuetudo generalis habet Eccleſiæ, ut plus in eo vini, quam aquæ ſit ponendum. *o*)

o) *pernicioſus ext. de celebr. miſſar.*

In ſacramento altaris & panis & vinum fiunt vera caro & ſanguis Domini.

§. 7. Veritas *p*) eſt carnis & ſanguinis: (225) ſicut

p) *can. cum Mar-*

Tridentini eos, qui aquæ mixtionem in calice reſpuunt, tanquam ab ejus ſignificatu diſſonantes, videant, ne mentiantur ſibi inique, qui fidem non in Chriſti verbis, ſed in ſignis & figuris nimis ſuperſtitioſe adſtruunt. Z.

(224) Hujus rationem inde deducit jus Canonicum; quia ſanguis & aqua ex latere Chriſti in paſſione profluxiſſe legitur. *c. Non oportet 4. Diſt. 2. de Conſecrat.* Verum cum non in controverſia ſit, quid effluxerit ex Salvatoris latere, ſed quid oblatum ſit Diſcipulis in Calice, cum ſacramentum hoc inſtitueretur, hoc vero fuerit *γέννημα ἀμπέλȣ* ſive germen vitis *Luc. 22. v. 18.* merito ſolum vinum ab Evangelicis in adminiſtratione Cœnæ retentum, rejecta Pontificiorum ſententia. Vid. Brochmand. *Syſtem. Theol. Tit. de ſacra Cœna cap. 9. Q. 6.* Voët. *P. 1. lib. 2. Tract. 2. Sect. 4. c. 1.* Et ſane ex ipſis Pontificiis aliqui veritatem fateri compelluntur: Sic Svarez *in 3. Part. Thom. Diſp. 45. ſect. 2. Quia Chriſtus Dominus non inſtituit hanc Ceremoniam ut eſſentialem; hoc autem ex Eccleſiæ traditione & autoritate habemus, quæ ſimpliciter docet*, vinum eſſe materiam ſufficientem; *Unde in Evangelio vini tantum fit mentio in illis verbis: Non bibam a modo de germine vitis: ſed vinum purum eſt ſimpliciter vinum; Ergo in rigore eſt ſufficiens materia; Ergo mixtio aquæ non eſt abſolute de neceſſitate ſacramenti.* S. *p. 322.*

Inepta ratio Juris Canonici.

ad §. 7.

(225) In hoc §. latet totum transſubſtantiationis myſterium, jam

Transſubſtantiationis

tha §. diſtinguendum ext. de celebr. cut enim ante conſecrationem panis eſt & vinum, quod natura formavit: ita etiam poſt conſecrationem vera

miſſ. ext. d. gl.

dogma novum & impium. jam ante a nobis memoratum, quo fingunt, panem & vinum converti in corpus & ſanguinem Chriſti ita, ut, deſtructa ſubſtantia panis & vini, corpus & ſanguis Chriſti divina virtute adducantur in locum eorum. Quæ doctrina tum S. Scripturæ, tum antiquæ Eccleſiæ plane fuit incognita, uti fatetur Scotus *l. 3. de Euchar. c. 23.* Gabr. Biel. *l. 3 de miſſ. c. 2. §. 3.* Uſi quidem fuere patres nonnulli vocabulis converſionis & transmutationis; verum intelligi ea voluerunt non ratione eſſentiæ abſolutæ elementorum externorum, ſed eſſentiæ relatæ, quoad uſus vulgaris in uſum myſticum mutationem. Clare apud Photium Ephraimus: *Quod accipitur a fidelibus corpus Chriſti nec ſenſibili ſubſtantia excidit, nec ab intelligibili gratia manet ſeparatum.* Et Theodoretus *dial. 2.* ita facit loqui orthodoxum: *Neque enim poſt ſacrificationem ſymbola a propria natura excidunt, ſed manent in priori ſubſtantia figura & ſpecie, viſibilia ſunt & tangibilia, ſicut erant prius.* Ita & Johannes Conſtantinopolitanus ad Cæſarium Monachum: *Antequam ſanctificetur panis, panem nominamus; divina autem illum ſanctificante gratia mediante ſacerdote liberatus eſt ab appellatione panis, dignus antem habitus eſt Dominici corporis appellatione, etſi natura panis in ipſo permanſit.* Et Gelaſius Rom. adv. Eutychem & Neſtor: *Certe ſacramenta, quæ ſummus, corporis & ſanguinis Chriſti divina res eſt, propter quod & per eadem divinæ efficimur participes natura, & tamen non deſinit ſubſtantia vel natura panis & vini.* Primus Innocentius III. anno 1215. horridum transſubſtantiationis dogma ſub anathemate definire auſus eſt. Quo poſito ſecutæ mox diſputationes & curioſæ quæſtiones Scholaſticorum, inter quas haud poſtrema eſt illa, ubi corpus domini manſurum eſſet, ſi canis vel porcus deglutiret hoſtiam conſecratam? Qui reverentius ſentire voluerunt Lombardus, Bonaventura & alii, reſpon-

Digitized by Google

vera Chriſti eſt caro & ſanguis, quem benedictio conſecravit. q) q) *can. nos autem de conſecr. diſt. 2.*

Virtus ſacramenti eſt charitas & veritas.

§. 8. Virtus eſt charitatis r) & unitatis: nam veluti ex multis granis unus fit panis, & multis racemis unum vinum, ita & nos per hoc charitatis ſacramentum Chriſto incorporati, unum evadimus. (227) r) *vide in praeced. §§. c. hoc ſacramentum d. diſt. 2.*

Ponit, quomodo & quando tria, quibus conſtat ſacramentum altaris, ſint ſacramenta.

§. 9. His igitur repetitis apparet, s) primum quidem

s) *c. cum. Martha, §. diſtinguendum. ext. de celeb. miſſ. c. hoc eſt. d. diſt.*

ſponderunt, ſi bruta animantia ad corpus Chriſti accedant, mox invisibiliter angelorum ſibi ſemper adſiſtentium miniſterio vel ſuapte virtute raptum iri & in cœlis conſtitui, aut etiam, corpus Chriſti tum in ſubſtantiam panis redire. Sed alii aliter, & ipſe Gregorius XI. contrarium plane definivit ann. 1371. Si hoſtia conſecrata in locum immundum projiciatur, a mure rodatur, a cane devoretur, eodem projici, & rodi, & devorari corpus Chriſti. Verum a noſtratibus toto die iſta repetitur doctrina, & Scripturæ & Eccleſiaſticæ ſententiæ conformis, Sacramentum non habere rationem Sacramenti extra uſum, i. e actionem Sacramentalem. Z.

ad §. 8.

(226) Plurimæ adhuc ſunt virtutes aliæ hujus Sacramenti, ut obſignatio promiſſionis Evangelicæ de remiſſione peccatorum, fidei noſtræ confirmatio, beneficiorum a Chriſto partorum communicatio &c. Z. *Aliæ virtutes S. Cœnæ.*

(227) Cum alii cibi transmutentur, hic cibus nos potius alterat, ut efficiamur divinæ naturæ conſortes, 2. *Pet.* 1, 3. & membra corporis myſtici, quod eſt Chriſtus, *Eph.* 5, 30. Z. *Unio myſtica fidelium.*

dem ſacramentum eſſe non rem, (228) ſecundum & rem eſſe ſimul & ſacramentum, (229) tertium vero rem eſſe, ſed non ſacramentum. (230) Sed primum quidem ſacramentum eſt geminæ rei, (231) ſecundum eſt ſacramentum unius & alterius rei, tertium vero res eſt gemini ſacramenti.

DE

ad §. 9.

Declaratio mentis Lanceletti. (228) Quia per transſubſtantiationem ex mente Pontificiorum periit ſubſtantia panis & vini, quod notavimus ſupra. Sacramentum autem ideo vocat, quia ſub viſibili forma inviſibilem gratiam deſignat & continet, uti definivit ſupra *tit. 2. §. conſtant.* Z.

Objectio. (229) Si ſecundum hoc ſeparatim ſumatur abſque primo, nego eſſe ſacramentum, quia omne ſacramentum requirit externum aliquod materiale & viſibile ſignum cum cœleſti re unitum. Z.

Declaratio. (230) Eſt tamen ex ſacramento & effectus ſacramenti. Z.

Declaratio & refutatio. (231) Uti duplex eſt res viſibilis panis & vinum, ita quoque duplex eſt res inviſibilis, corpus & ſanguis. Et in hoc ſenſu admitti poteſt, quod hic dicit autor. Poteſt & ita explicari in unaquaque ſpecie geminæ rei eſſe ſacramentum. Et hoc recte, ſi intelligas rem cœleſtem & terreſtrem, ex quarum unitione conſtituitur Sacramentum. Autor autem antea negavit, panem eſſe rem, quomodo ergo erit ſacramentum geminæ rei. Ipſe igitur hoc ſentit, formam panis eſſe ſacramentum corporis Chriſti & unitatis, ita in ſecundo, corpus Chriſti eſſe ſacramentum unitatis & eſſe rem ſacramenti, in tertio, unitatem eſſe rem gemini ſacramenti i. e. corporis Chriſti, quod eſt ſacramentum unitatis, & ſpecierum panis & vini, quæ ſunt ſacramentum corporis Chriſti. Ita ut primum ſit tantum ſacramentum ſignans; ſecundum & ſignans & ſignatum; tertium ſignatum tantum. Sed enim effectus Sacramenti, qui in tertio iſto conſideratur, non debet confundi cum materia ſacramenti, neque finis intentus ſignatum proprie dici poteſt ejus actionis, quæ propter eum inſtituitur. Neque etiam panis ſolus eſt ſacramentum, tantum abeſt, ut ſit ſacramentum ſignans; ſi

vero

Digitized by Google

DE EXTREMA UNCTIONE.

TITULUS VII.

Extrema unctio ſolet exhiberi iis de quorum morte dubitatur : & duplex unctio, exterior & interior, & interiorem exterior deſignat.

§. I.

HActenus locuti fuimus de his ſacramentis, quæ ad ingreſſum, & ad progreſſum in Eccleſia comparata ſunt : conſequens nunc eſt, ut de iis videamus, quæ propter egreſſum ab eccleſia ſunt conſtituta. Sciendum eſt igitur, graviter ægrotantibus, & de quorum morte probabiliter timeri poteſt, (232) certas corpo-

vero panis unitus fuerit corpori Chriſti, tum demum eſt ſacramentum, & tum quoque non male dicitur ſignum exhibitivum tum rei cœleſtis ſubſtantiali præſentia ſibi unitæ, tum fructus & effectus ſpiritualis, Z.

TIT. VII.

ad §. 1.

(232) Atqui Apoſtolorum unctio, a qua ſcil. ſuum hoc Sacramentum deducunt Pontificii, non morituris, ſed illis ægrotis conferebatur, quibus ſpes erat ſanitatis Poſtquam enim primitivæ Eccleſiæ donum ſanationis conceſſum fuerat, ſolebant Apoſtoli & poſt eos presbyteri alii, externum ſymbolum unctionis olei adhibere, non quod per oleum iſtud ſanitas reſtitueretur, & ſemper adhibendum id eſſet, cum etiam contactu, umbra, ſudariis, impoſitione manuum ægrotos ſanarent, ſed quod ſymbolum id videretur maxime idoneum, per quod donum ſanationis exercerent, & manifeſtarent, Z.

Differentia unctionis Apoſtolicæ & Papiſticæ.

(233)

poris partes (233) ſanctificato oleo (234) a presbyteris (235) ex inſtitutione divina (236) inungi debere: (237) quæ quidem inunctio, non minus interius animæ,

(233) Vide mox notam 240. T.

Modus conſecrandi olei. (234) Quod ſcilicet conſecratum eſt ab Epiſcopo feria quinta cœnæ dominicæ & ſub certis exorciſmis, de quibus videri poteſt Chemnitius *in Exam. Concil. Trid part. 2.* Z.

Diaconi excluſi. (235) His enim adminiſtrationem Sacramentorum largiuntur Pontificii, Diaconis excluſis aut non niſi ex conceſſione admiſſis. Z.

Extremam unctionem non eſſe inſtituti divini. (236) Atqui a Chriſto inſtitutam hanc ceremoniam negant ex ipſis Pontificiis Hugo de S Victore *l. 2. de ſacram. c. 2.* Lombard. *4. diſt. 23.* Alenſis *4 part. quæſt 8. membr. 2, art. 1.* Altiſiodorenſis *l. 4. ſumm. tract 7. c. 1.* Bonaventura *4. diſt. 23. art. 1. q. 1.* Recurrunt tamen Pontificii ad dicta, quæ extant *Marc. 6, 13. & Jacob. 5, 14.* Sed apud Marcum nihil dicitur aliud, quam quomodo Apoſtoli in prima legatione poteſtate ſanandi ſibi a DEO conceſſa uſi fuerint, ſanaſſe ſcil. infirmos, adhibito externo ſymbolo unctionis olei. Jacobus itidem de dono iſto & poteſtate ſanandi loquitur, & præſcribit modum & formam, quomodo pie, ſalutariter, & ad ædificationem dono illo utendum ſit. Docet igitur, infirmum commonefaciendum prius eſſe de cauſa morbi, ut agnoſceret peccata & crederet, atque ita per remiſſionem peccatorum cauſa morbi, h. e. peccatum tolleretur. Adjungi etiam vult preces communes, utque ipſe etiam infirmus ſimul oret &c. Jacobus ergo non dicit, unctionem illam vel inſtitutam eſſe pro morituris vel uſurpandam eſſe in articulo mortis, ſed dicit eam adhiberi ad reſtituendam per donum ſanationis incolumitatem. Deficiente curationis dono manſit ritus ungendi, quamvis ſine effectu. Atque hinc vidimus, Sacramentum hoc divinitus nequaquam eſſe inſtitutum. Z.

Formula ungendi. (237) Addita verborum formula: *Per iſtam unctionem & pis-*

mæ, (238) quam exterius corporis ſanitatem operatur. Sunt *a*) enim unctionis duæ ſpecies. Exterior, quæ materialis & viſibilis: & interior, quæ ſpiritualis eſt & inviſibilis. Exteriore viſibiliter inungitur corpus, Interiore inviſibiliter cor inungitur. Hæc, (239) quod in extremitate vitæ conſtitutis exhiberi conſuevit, merito

a) *c. 1. §. ſcire te. ext. de ſacra unctione.*

piiſſimam miſericordiam ſuam indulgeat tibi Dominus, quicquid deliquiſti per viſum, per auditum, per odoratum, &c. Z.

(238) Atqui in hunc finem, uti diximus, primitus non fuit adhibita unctio, ſed recuperandæ ſanitatis ergo. Cujus rei vel hoc argumentum eſſe poteſt, quod hodie apud Pontificios extremo ſupplicio afficiendi non unguntur. Si unctio animæ ſanitatem operatur, quis magis indigeat, quam illi? Sin ad valetudinem, illis conferre ridiculum fuerit. Z. *Nova objectio.*

(239) Habent enim Pontificii plures unctiones. Ungitur enim quilibet Chriſtianus primum in baptiſmate bis, oleo quidem Catechumenorum prius ante baptiſmum, mox chriſmate ante ſolennia Baptiſmi peracta. Ungitur etiam Chriſmate, dum Confirmationis munus accipit: quod non, niſi ab Epiſcopo impendi poteſt, quamvis cæteræ unctiones per quemvis presbyterorum fieri poſſint. Ungitur demum, cum infirmatur, ut & corpus & anima ſerventur, quæ unctiones cuivis Criſtiano communes ſunt. Aliæ vero non omnibus conceduntur. Epiſcopus enim Chriſmate caput, manusque inungitur. Ungitur altare, dum conſecratur: templum, cum dedicatur; calix cum benedicitur. Item ungitur Princeps ſecularis in brachio, ſeu in humero, vel armo: non in capite, ut olim. Cuchus *inſtit. jur. Canon. lib. 3. tit. 6.* ex *capite unico X. de ſacr. unct.* ad quem confer notas Mareſii, ubi in fine obſervat Myſterium ſingulare hic quærere Innocentium 3. *d. cap. unico* quod Pontifex capite ungatur, Princeps in brachio vel armo, ut oſtendatur, ſcilicet, quanta ſit differentia inter autoritatem pontificis & principis poteſtatem. T. *Variæ unctiones Pontificiorum.* *Arcanum Politicum.*

rito extremæ unctionis nomen eſt ſortita. (240)

Magis dignum trahit ad ſe minus dignum.

§. 2. Sanctificatum autem oleum hoc loco accipimus, non modo quod ipſum totum conſecratum eſt, ſed etiam quod eſt conſecrato (241) admixtum. *b*) Poſtquam hucusque de iis ſacramentis, quæ quoquo modo neceſſitatis ſunt, tractatum habuimus: reliquum eſt, ut de iis loquamur, quæ dignitatis ſunt & voluntatis. (242)

b) *Gl. fin. cap. quod in dubiis de conſecr. Eccleſ.*

DE SACRAMENTO ORDINIS.

TITULUS IIX.

Quid ſit ordo.

VOluntatis Sacramenta ſunt *a*) (ut paulo ante expo-

a) *Ex Magiſtr. ſent. lib. 4. diſt. 24.*

Cur dicatur extrema? Partes inungi ſolita.

(240) Atqui hæc unctio, *extrema* dicitur; nec ſolet adhiberi niſi cum homo in procinctu eſt ut abeat, nihilque ſupereſt ad diſceſſum niſi ut ocreæ ipſius rite inungantur. Ritus iſtius inunctionis extat Ritualis Rom. *p. 68. & ſeq.* Peragitur autem in forma crucis, cum certis verbis, circa oculos, aures, nares, os, manus, pedes & renes: quanquam renum unctio non procedat in ſexu ſequiori, nec etiam in viris ſi imbecilliores fuerint. M. *p. 185.*

ad §. 2.

Dubium.

(241) Ita ſc. communicari volunt virtutem. Quid vero, ſi tam ſæpe admiſceatur non conſecratum, ut aliud novum & plane diverſum videri poſſit, num adhuc habendum erit pro ſanctificato? Non dubito, reſponſuros pontificios ex *l. 76. ff. de judic.* adhuc pro ſanctificato eſſe habendum. Z.

(242) De hac diſtinctione diximus ſupra *tit. 2.* Z.

TIT.

poſuimus) Ordo ſacer (243) & Matrimonium. (244) Eſt autem ordo, (245) nihil aliud quam ſignaculum (246) quoddam Eccleſiæ, per quod ſpiritualis pote-

TIT. VIII.

(243) Volunt Pontificii hoc imaginarium *Sacramentum* fuiſſe inſtitutum a Chriſto in ultima Cœna; licet nihil referant Evangeliſtæ vel de impoſitione manuum, vel de *aliis omnibus ritibus ſolennibus*, qui hic adhibentur, repetendis ex *Pontificali*, nec non Becano *de ſacr. cap. 26.* Qui ibi *q. 4.* diſputat *num impoſitio manuum ſit de eſſentia ordinis*, nec accedit ſententiæ affirmanti niſi per *videtur:* nominatis nonnullis e ſuis qui aſſerant, *ſolam porrectionem inſtrumentorum*, eſſentialem eſſe in hoc Sacramento. M, *p. 186.* *Ordo quando a Chriſto ſit inſtitutus &c.*

(244) Non voluntatis, ſed neceſſitatis hoc eſſe, dogma eſt Rabbinorum. Vid. Selden. *de Uxor. Hebr. lib. 1. c. 9. & de jur. nat. gent. & civil. l. 5. c. 3.* Z. *Matrimonium an neceſſarium.*

(245) Ordinem eſſe Sacramentum, negavimus ſupra *tit. 2.* Nec ipſi etiam pontificii definire poſſunt, quot & quæ ordinationes Sacramenta ſint. Nam cum ordinatio presbyteri ſive Sacerdotis ſpecie differat ab Ordinatione Diaconi, & hujus ab ordinatione ſubdiaconi, & ſic de reliquis minoribus ordinibus, inde efficietur, ſacramenta non tantum ſeptem eſſe, ſed omnino plura, & ordines quoque ipſos multum inter ſe differre. Poſito autem, ſeptem tantum eſſe ordines, & non dari ordinem presbyteratu ſuperiorem, uti volunt Pontificii, negandum non erit, Epiſcopatum non eſſe ordinem alium & diſtinctum a presbyteratu, ſive, Epiſcopatum non conferre ex inſtitutione divina ſpiritualem poteſtatem diverſam a poteſtate presbyterorum, neque diverſum characterem imprimere, per conſequens, ſi de jure divino agatur, nec diſtinctum eſſe nec ſuperiorem. Vid. quæ diximus *l. 1. tit. 5. ſub. init.* Z. *Objectiones variæ.*

(246) Propter characterem, quem fingunt. Vid. quæ diximus *tit. 2.* Z. *Remiſſio.*

poteſtas (247) traditur ordinato, de cujus ſpeciebus, differentiis, & gradibus ſatis videtur ſuperiore libro dictum eſſe. Unde ſolum nunc reſtat, ut ad matrimonii materiam orationem vertamus.

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

TITULUS IX.

Quid ſit Matrimonium.

a) *in ſum. 27. q. 2. §. ſine c. illud extr. de præſumpt.*

MAtrimonium *a*) eſt, viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ conſuetudinem continens, cum divini & humani juris communicatione. (248)

Ma-

Spiritualis poteſtas quæ. (247) Ligandi, ſolvendi & remittendi peccata, prædicandi, ſacramenta adminiſtrandi, & quæ ſunt ejusmodi alia, peragendi. Z.

TITULUS IX.

ad §. 1.

Definitio tradita parum apta ad doctrinam Juris Canonici. (248) Deſumta eſt hæc definitio ex §. 1. *Inſt. de patr. poteſt.* juncta *l. 1. ff. de ritu nuptiarum*, ubi Modeſtinus ait: *Nuptiæ ſunt conjunctio maris & fœminæ, conſortium omnis vitæ, divini & humani juris communicatio.* Quibus verbis JCtus arctiſſimam ſocietatem perſonarum diverſi ſexus, concubinatui & vagæ libidini oppoſitam denotare voluit. Per communicationem divini juris intelliguntur ſacra paganorum privata, ut oſtendit Duarenus, *in tit. ff. ſolut. matrim. rubrica de nuptiis.* Juſtæ enim uxores participes erant dignitatum & ſacrorum mariti, ſecus ac concubinæ. Cæterum notum eſt, apud Romanos adhuc Ethnicos prope infinitam fuiſſe licentiam divortiorum, & adhuc ſub Chriſtianiſmo tempore Juſtiniani magnam, ut conſtat ex *tot. tit. C. de repudiis.* Etſi igitur Juſtinianus *individuæ* conſuetudinis mentionem faciat, nequaquam tamen per eam intelligit, ut communiter explicari ſolet, *indiſſolubilem* aut

per-

Google

Matrimonium praecedit alia ſacramenta, ratione loci in quo inſtitutum eſt, temporis, amplitudinis & myſterii.

§. 2. Et merito inter alia ſacramenta matrimonium quoque annumerari meruit, (249) cum cæteris (250)

---

perpetuam, ſed ſecundum ſenſum Modeſtini arctiſſimam, uti apud Tacitum *6. Annal. 10.* Sejanus vocatur comes Tiberii *individuus*, qui nequaquam perpetuus fuit, tam ex intentione Sejani quam Tiberii. Huber. *prælect. ad. Inſt. de patr. poteſt.* §. 4. Cum vero Jure Canonico matrimonium poſſit eſſe inter perſonas diverſæ religionis, ubi adeo non eſt divini juris communio, & indiſſolubilitas matrimonii tanta eſſe doceatur, ut ne quidem ob cauſas jure divino permiſſas quoad vinculum ſolvi poſſit, ſed Canoniſtæ ſaltem ſeparationem quoad thorum & menſam admittant, facile cognoſci poteſt, quam apte definitio illa Juſtinianea matrimonii & Modeſtini JCti pagani hic fundamenti loco ponatur. T.

ad §. 2.

(249) Matrimonium non eſt tale Sacramentum, quale eſt baptiſmus & Euchariſtia. Non enim eſt inſtitutum in N. T. non conſtat materia ſeu elemento viſibili, non habet adjunctam promiſſionem de applicatione & obſignatione gratuitæ reconciliationis & remiſſionis peccatorum, non denique eſt Chriſtianorum proprium, quod ipſe mox fatetur Autor. Vid. M. Ant. de Dominis *de Rep. Eccleſ. l. 5. c. 11. n. 24. ſeq.* Pontificii ipſi in definienda natura hujus Sacramenti non ſatis conveniunt. Negant alii Sacramentum eſſe, niſi ſolennia ſacra facerque adſit miniſter. Alii aſſerunt, ipſos conjuges eſſe, qui ſacramentum efficiunt, non miniſtrum ſacrum, neque actum ejus verbave eſſe ex neceſſitate ſacramenti, ſed tantum præcepti, materiamque ſimul & formam, & cauſam efficientem eſſe in ipſis, qui contrahunt, qua contrahunt. Vid. Melch. Canus *l. 8. Loc. Commun. cap. 5.* Guil. Eſthius *in 4. ſent. diſt. 26. §. 7.* Z. *Matrimonium an ſit ſacramentum?*

 (250)

Digitized by Google

(250) loci, temporis,amplitudinis, & myſterii ratione etiam præcellat.*b*) Si quidem ab orbis primordio in Paradi-

b) *c. ſicut.* *32. q. 2.*

Matrimonium non eſſe ſacramentum pedetentim a proteſtantibus agnitum.

(250) Omittamus locutiones comparativas, ut quæ fruſtra inſtituuntur,ſi nondum conſtet an matrimonium plane ſit ſacramentum? Noſtrates pedetentim ad agnitionem erroris pervenerunt, quod matrimonium ſit ſacramentum. Nam in Auguſtana confeſſione *art.13.* de numero Sacramentorum plane non actum. Cum autem Pontificii urgerent, debere Auguſtanæ Confeſſioni addictos etiam mentem ſuam ſuper numero & ſpeciebus ſacramentorum declarare, poſtea in Apologia A. C. *ad d. art.13.* multis quidem verbis ſententiam ſuam ſuper hac quæſtione declarare voluerunt,ſed obſcurius tamen, (haud dubie, quod ſacramenti vox in ſacris literis plane non occurrat, myſterii autem vox ipſo Luthero fatente de *capt. Babylon. cap. de matrim.* non occurrat in ſignificatu eorum temporum, ſed in contrario, non denotans ſignum rei ſacræ ſed rem ſacram, ſecretam, abſconditam,) ut vix mentem eorum percipere poſſis. Id conſtat: Apologiam tres ſpecies conſtituere ſacramentorum verorum,Baptiſma, Cœnam Domini & Abſolutionem: Confirmationem vero & Extremam unctionem habere pro ſpeciebus ſpuriis. Ordinem & Conjugium putat poſſe in alio ſignificatu ſacramenta vocari, conjugium tamen in illo laxiori ſignificatu non eſſe demum ſacramentum Novi Teſtamenti ſed etiam veteris. Ipſe tamen Lutherus in Catechiſmo utroque ſaltem duo ſacramenta agnovit,baptiſmatis & ſacræ cœnæ,quamvis in minore etiam inſtructionem quandam de confeſſione peccatorum & abſolutione dederit. Conjugium autem in minore Catechiſmo expreſſe vocat negotium ſeculare ein weltlich Geſchäfft: mox tamen etiam ſtatum conjugalem opus & præceptum divinum. Imo fuerunt adhuc noſtro tempore JCti quidam alias celeberrimi, qui putarunt, Lutherum in fine des Trau-Büchleins/ conjugium vocaſſe ſacramentum,adeoque Miniſtris eccleſiarum Lutheranarum contradictorias doctrinas imputaverunt, dum in ſcriptis & pro cathedra doceant,

Lutherus in Catechiſmo conjugium pro ſacramento non habuit.

radiſo a Deo ipſo inſtitutum eſt,ut eſſet omnibus etiam infidelibus commune, quod in aliis minime contigit. His

ant, duo ſaltem eſſe ſacramenta, & tamen in copulationibus conjugalibus etiam conjugium dicant eſſe ſacramentum. Sed ſalva res eſt. Dicit enim Lutherus ſaltem, *quod DEus in conjugio ſacramentum* (ſeu myſterium) *JEſu Chriſti & Eccleſiæ ſponſæ ejus deſignaverit*, adeoque ſatis expreſſe non conjugium ſeu ſignum rei iſtius ſacræ & abſconditæ, ſed potius rem ipſam ſignatam ſacramentum vocavit. Philippus Melanchton vero *in Locis communibus in articulo de ſacramentis* ita ſenſit. Si generaliter omne opus præceptum a Deo, cui addita ſit promiſſio aliqua, ſacramentum vocari debeat,ſacramenta etiam eſſe orationem,tolerantiam in cruce,eleemoſynas, & remiſſionem injuriarum; pariter & conjugium, cum hoc inſuper ſit imago amoris Chriſti erga ſponſam Eccleſiam. Si autem per ſacramenta intelligantur ceremoniæ inſtitutæ in prædicatione Chriſti, tum baptiſmum, cœnam Domini & abſolutionem eſſe ſacramenta, imo & ordinationem ad miniſterium, non vero confirmationem & extremam unctionem. Contra Martinus Chemnitius in locis theologicis, in quibus locos illos communes Philippi explicandos ſibi ſumſit *d. art. de Sacram. Part. 3 p.143.* manifeſtum eſſe ait, duo proprie dicta eſſe ſacramenta, baptiſma & cœnam Domini, ſimul vero autores Apologiæ excuſat, quod etiam abſolutionem eo retulerint. Idem in Examine Concilii Tridentini *part. 2. p. 3. ſeq.* hanc ſententiam latius defendit, & ſimul *ibidem* ut & *p.148. ſeq.* oſtendit, matrimonium non eſſe ſacramentum, & ab illo tempore conſtanter a Reformatis pariter & Lutheranis doctum fuit, matrimonium non eſſe ſacramentum. Etſi enim Apologia confeſſionis Wittebergenſis doceat: quod libenter tribuat matrimonio nomen ſacramenti, quia conjugium ſit ſanctum vitæ genus divinitus inſtitutum & commendatum, non tamen hæſitavit Chemnitius *d. P. 2. p. 419.* annotare, quod hoc modo multo plura quam ſeptem numeranda forent ſacramen-

Melanchtonis ſententia.

Chemnitii,

Cenſura Chemnitii notabiliores doctrinæ Pontificiorum.

c) cap. debitum ext de bigam.

His illud quoque accedit, *c*) quod animorum conſenſus & corporum commixtio, quæ in matrimonio intercedunt

menta. Habere enim reliqua etiam pia genera vitæ mandatum Dei & promiſſionem. Aliter etiam in illis vitæ generibus pios verſari, quam Ethnicos. Quis vero, ita pergit, ideo contenderet AGRICULTURAM, PECUARIAM &c. etiam numeranda eſſe inter Eccleſiæ ſacramenta. Nec vero in novo primum Teſtamento inſtitutum eſt matrimonium, imo Chriſtus traditionem ſuam de matrimonio diſertis verbis refert ad primam inſtitutionem conjugii &c. Et paulo poſt *p. 421*. Si vero conjugium propter hanc cauſam, quia myſterium eſt, numerandum eſt inter ſacramenta Eccleſiæ, eadem opera in numerum ſacramentorum referenda erunt omnia in quibus Spiritus S. ſimilitudinem aliquam & imaginem proponit & celebrat Chriſti & Eccleſiæ. Quam frequens in ſcriptura eſt imago paſtoris & ovium, & quam dulcis eſt ejus accommodatio ad Chriſtum & Eccleſiam. Num igitur propterea PECUARIA, ſanctum quidem & innocens vitæ genus, ſacramentum erit Novi Teſtamenti, ſicut Baptiſmus & cœna Domini? Suppeditat etiam ibidem aliud exemplum de *Regno Davidis*, quod imago fuerit ſpiritualis regni Chriſti, nec tamen propterea numeretur inter ſacramenta. Imo notat, ex ſcholaſticis jam Durandum negaſſe, Matrimonium eſſe ſacramentum proprie dictum. Neque tamen ſufficit, quod noſtrates negent, matrimonium eſſe ſacramentum, ſed etiam neceſſe eſt, ut & doctrinæ quas Pontificii ex hac hypotheſi, quod Matrimonium ſit ſacramentum per modum concluſionum inferunt, repudientur, ſi doctrina noſtratium cohærere velit. Id vero nondum adhuc factum eſſe quotidiana experientia teſtatur & tot exempla rerum Judicatarum in conſiſtoriis Proteſtantium confirmantium tales concluſiones. Extat ea de re peculiaris diſſertatio Joh. Samuel Strykii *de reliquiis Sacramenti in Matrimonialibus* in qua multis exemplis has reliquias oſtendit. Non tamen omnes, ut patebit ex notis ſubſequentibus, in quibus operam dabo, ut tales concluſiones quæ ex hypotheſi de ſacramento matrimonii de-

Etiam ex ſcholaſticis a Durando.

Plures tamen concluſiones apud Proteſtantes retenta ex doctrina de ſacramento Matrimonii profluentes.

cedunt primum quidem charitatem ſignificat, quæ con-
ſiſtit

deducuntur, diſtinctius oſtendam. Dico ut *doctrinæ* tales repudientur, non vero ut *mores* mutentur per ejusmodi doctrinas introducti. Multa retineri poſſunt, & reipublicæ utilitate jubente, debent, quæ in ſe ſunt indifferentia, etſi antea fuerint credita eſſe jure divino univerſali præcepta: ut vel exemplo Epiſcopalis poteſtatis, & in cauſis matrimonialibus exemplo benedictionis ſacerdotalis conſtat. Cæterum uti præſentes notæ deſtinatæ ſunt ad oſtendenda arcana dominationis Clericalis apud Pontificios, non ad enumerandas & examinandas reliquias horum arcanorum apud Proteſtantes, pauciſſimis adjungam hic primaria puncta hypotheſin de ſacramento matrimonii propius tangentia, quæ ſingula iterum concluſiones plures remotiores pepererunt; & arcana Politica ſub Doctrina de ſacramento matrimonii latentia.

Evidentes & palpabiles veritates doctrinæ de matrimonio.

Matrimonium eſt haud dubie negotium humanum gentibus omnibus adeoque ethnicis pariter ac Chriſtianis commune, adeoque ordinandum ſecundum principia rectæ rationis tam politica quam moralia. Ipſi Canoniſtæ id agnoſcunt, inter infideles matrimonium verum & legitimum eſſe agnoſcentes, etſi non ſit ratum, quia non ſit ſacramentum, *cap. quanto 7. X. de divort.* Sanchez. *de matrim. lib. 2. diſp. 1. n. 9.* Quæ igitur ad eſſentiam matrimonii pertinent cognoſci poſſunt ex philoſophia & doctrina juris naturæ. Porro ad Magiſtratum Politicum pertinet, pro utilitate Reipublicæ, requiſita juſtarum nuptiarum & impedimenta matrimonii legibus determinare. Etſi vero mores Gentium in cauſis matrimonialibus varient, & quandoque ſibi contradicant, recta tamen ratio ſufficiens eſt in hoc negotio, ad judicandum de morum bonum inter ſe comparatione, præſtantia, imperfectione, excuſatione ob evitationem majoris mali &c. Unde etſi Reſpublica Judaica, tanquam a Deo inſtituta ſit omnium perfectiſſima, eadem tamen principia oſtendunt, fuiſſe a Deo in quæſtionibus matrimonialibus nonnulla permiſſa ad evitationem majoris mali. Cum porro Phariſæi multis falſis explicationibus legem Divinam corrupiſſent, & inter illas etiam

ſiſtit in ſpiritu inter DEum & juſtam animam, vel Ec-
cle-

eſſent quæ ad cauſas matrimoniales pertinerent, Salvator & has ſecundum regulas bonæ interpretationis detexit, atque in illa declaratione non legislatorem egit, ſed doctorem & optimum Legis Moſaicæ interpretem, tantum abeſt, ut *novum* legislatorem. Sed Patres Eccleſiæ, pro ſtatu illorum temporum deſtituti juſtis ratiocinandi principiis, ac ſubſidiis antiquitatum Romanarum & Judaicarum, item doctrina morali & politica, quæſtiones matrimoniales ſæpe ita definiverunt, ut eorum deciſio repugnet dictamini rectæ rationis, & regulis bonæ interpretationis. Cum tamen eorum fuerit magna autoritas & bona intentio, errores eorum altas radices egerunt in animis integrorum populorum. Iidem etiam primi terminum ἄγραφον Sacramenti applicuerunt ad mattimonium, in alio tamen plane ſenſu, quam ubi illa vox de Baptiſmo & Cœna Domini uſurpatur. Poſitiones hactenus recenſitæ hodie, dum abundamus ſubſidiis, quibus deſtituebantur Patres Eccleſiæ, etiam a cordatioribus Pontificiorum (quamvis paucioribus, & non ab omnibus) agnoſcuntur, tantum abeſt, ut ex Protestantibus illi, qui jugum præjudicii autoritatis abjecerunt, (quamvis & ipſi non adeo multi ſint) earum veritatem non palpare & aliis palpandam tradere ſoleant. Habes criteria ſaniorum cauſarum matrimonialium interpretum. Jam accipe criteria Papiſmi. 1. Matrimonium eſt ſacramentum. 2. Ergo cauſa ſpiritualis. 3. Ergo doctrina Cleri & traditio Eccleſiæ de matrimonio pertinet ad articulos fidei. 4. Ergo qui eam doctrinam & traditionem negat, aut in dubium vocat, eſt hæreticus vel atheus pœna capitali afficiendus. 5. Ergo cauſarum harum judicium non pertinet ad magiſtratum Politicum, ſed ad Eccleſiam ejusque caput. 6. Ergo Principes Chriſtiani non poſſunt leges ferre, quæ doctrinæ Cleri ſint adverſæ, aut diſpenſare in his cauſis. 7. Ergo Principes Chriſtiani debent tanquam brachium ſeculare legibus Politicis confirmare traditiones Eccleſiaſticas de matrimonio & contrafacientes graviter punire. 8. Ergo Principes Chriſtiani debent eos, qui veritatem traditionum Eccleſiaſti-

Criteria Papiſticarum doctrinarum de matrimonio ex hypotheſi de ſacramento matrimonii profluentium.

cleſiam.: alterum vero ſacroſanctum conjugium deſignat,

ſiaſticarum de matrimonio in dubium vocant & ex principiis rectæ rationis examinant, tanquam hæreticos peſſimos & homines impios vivicomburio punire aut ad minimum cum infamia relegare. 9. Ergo Principes Chriſtiani ſua etiam matrimonia ſecundum traditiones illas Eccleſiaſticas debent inſtituere, & ſi de iis dubium oriatur, judicio Eccleſiæ ſe ſubmittere, aut ſi evidenter repugnent iisdem, diſpenſationem ab Eccleſia ejusque capite (vel capitibus) humillime petere, magna pecuniæ ſumma eam elicere, patientiſſime ferre dilationes ſpe vana eos diu lactantes, & tamen tandem decipientes, aut etiam diſpenſationum denegationes, quibuſcunque etiam prætextibus nixas. 10. Ergo Principes qui id facere negligunt & neglecto judicio Eccleſiæ contra traditiones Eccleſiaſticas matrimonia ineunt, ut hæretici & impii ſunt excommunicandi, & talia matrimonia nulla eſſe judicanda ſunt; ac liberi inde nati pro illegitimis & incapacibus ad ſuccedendum in regnis & principatibus haberi debent &c. Concluſiones illæ omnes uti hodienum in papatu dominantur, ita ſingulæ ex hypotheſi, quod matrimonium ſit ſacramentum deducuntur, & conſequenter negata hac hypotheſi, (ſed ſerio negata) ſua ſponte corruunt. Evolvat Lector Burneti *Hiſtoriam Reformationis Anglicanæ* & *Partis I. Librum ſecundum*, ubi narratur Hiſtoria divortii ab Henrico 8. fruſtra a Papa petiti & tandem poſt varias technas Pontificis, ſpe vana Regem Angliæ decipientis, a judicibus domeſticis impetrati, & deprehendet, ſi non omnes concluſiones hactenus recenſitas pleraſque tamen ibi ex hypotheſi, quod matrimonium ſit ſacramentum & cauſa ſpiritualis, latius deductas. Notabimus exinde ſaltem potiſſima quamvis pauca. Cum quidam Miniſter Politicus Regi monſtraſſet, quod non deberet ſubjicere cauſam ſuam judicio miſeri Clerici neque natalibus neque virtute illuſtris & inſuper exteri; reſpondit Rex, quod id ideo faceret, quia crederet, quod clerici debeant judicare de *cauſis ſpiritualibus*

Illuſtratio horum criteriorum ex hiſtoria divortii Henrici VIII. regis Angliæ.

ſeu Eccleſiaſticis. *p.141. ſeq.* (utor verſione Gallica edita Londini 1683.) Qui Henrico favebant Theologi Pontificii inter alia urgebant: Non eſſe bonum Catholicum, qui negare auderet, quod in omnibus *quæſtionibus matrimonialibus* controverſis, debeamus ſequi *traditiones Eccleſiaſticas.* Atqui quæſtionem de matrimonio cum uxore fratris etſi dubia foret, tamen negative eſſe deciſam, per *Papam, Concilia, Patres & Doctores Eccleſiæ.* Quodſi pauci quidam his contradicant ſub prætextu, quod melius intelligant ſcripturam, quam cœtus ille Eccleſiæ, eos introducere *hæreſin.p.149.* Contra qui divortium improbabant, dicebant, quod qui maximo clamore ad *traditiones Eccleſiaſticas* provocarent, eas facto contemnerent, eas ſequentes, quoties ipſorum intentioni faverent, contra rejicientes eaſdem, quoties eorum doctrinæ contrariæ eſſent. Interim tamen verum eſſe, quod contradictio communi doctrinæ Patrum & Doctorum & approbatio interpretationum non communium ſcripturæ, januam aperiat *Hæreſibus* & novitatibus quibusvis *p. 157. ſeq.* Cum tandem Rex neglecto judicio Eccleſiaſtico Papæ, per Commiſſarios domeſticos curaſſet ſententia matrimonium ſuum declarari nullum, (*p. 193.*) Papa, hoc attentato improbato, declarabat, quod *Rex* ipſe mereretur quidem *excommunicationem*, ſed inducias tamen ipſi per aliquot menſes indulgeri, quibus elapſis, ſi non totum negotium reſtituiſſet in integrum, excommunicationem ſecuturam eſſe *p. 197.*

Arcana Politica ſub doctrina de ſacramento matrimonii latentia.

Arcana Politica ſub hac doctrina de ſacramento matrimonii & concluſionibus inde dependentibus latentia maximi momenti ſunt, eaque varia. Matrimonia fulcra ſunt totius Reipublicæ. Poteſtas ea pro arbitrio ordinandi cum pleroſque cives & tantum non omnes ſpectet, eſt potiſſimum regale majeſtaticum, quod ſalva tranquillitate Reipublicæ ejusque unione non poteſt concedi vel communicari ſaltem cum alio vel aliis majeſtate non gaudentibus, ſive iidem exiſtant intra civitatem eandem, ſive extra. Ergo quicunque e civibus vel exteris poteſtatem ordinandi matrimonia pro ſuo arbitrio eaque dijudicandi, ac impediendi accepit a Principe, & quidem ut independentem a majeſtate, is neceſſario de potiſſimo regali participat, & ipſos etiam principes intuitu hujus regalis ſibi ſubjectos habet, ac flectere eorum

eorum ingenia pro lubitu,aut eos pecunia emungere ſub ſpe vel concedendi vel reſcindendi matrimonii infinitas occaſiones nanciſcitur; imprimis, cum animi ſive generoſiores,ſive etiam ambitione, avaritia,voluptate irritati, etiam difficillima agere vel pati ſoleant,ut modo deſideratis nuptiis fruantur, vel ut ortis inimicitiis gravioribus aut nauſea ſaltem firmius radicata vincula tædioſi matrimonii rumpant. Ut adeo poſt excommunicationem poteſtas Eccleſiaſtica circa cauſas matrimoniales, videatur potiſſimum medium fuiſſe, quo Clerus Papalis uſus eſt initio,ſe Poteſtati Politicæ ejusque jurisdictioni eximendi,poſtea vero graviſſimis jugis colla omnium Laicorum ſubjugandi, & maximam tyrannidem in ipſos Reges & Principes, & hæc omnia ſub ſpecie ſingularis pietatis, exercendi. Illud vero hoc arcanum maxime promovit, quod Clero matrimonia interdicta fuerint cum permiſſione, vel ſaltem cum tolerantia vitæ libidinoſæ. Aliter enim ſi feciſſent, Clerici tyrannide ſuperiorum in cauſis matrimonialibus oppreſſi,ſe junxiſſent Laicis ſub eodem jugo anhelantibus,& ita jamdudum colla ſua jugo iſti ſubtraxiſſent. At prohibito Clericis matrimonio Laici ſoli gemebant ſub iſto graviſſimo onere traditionum Eccleſiaſticarum in cauſis matrimonialibus, & unanimi conſenſu ac multitudine adverſariorum opprimebantur. Vel ipſa hiſtoria divortii Henrici IIX. Regis Angliæ teſtis eſt, quam intricata & perplexa ſit doctrina Canoniſtarum in cauſis matrimonialibus, ſic,ut Pontifices pro lubitu alterutram ex duabus contradictoriis ſententiam arripere eamque ut juſtam Laicis perſuadere potuerint, tum, quam maxime interſit Pontificum, ut de poteſtate Eccleſiaſtica in cauſis matrimonialibus ne tantillum quidem remittant, etiamſi pertinacia hæc cum alio graviſſimo periculo ſit conjuncta. Quod primum attinet,docet Burnetus *d. l. 2. p. 156. ſeq.* quæ argumenta in quæſtionibus de divortio Regis ex Jure Canonico & Theologia ſcholaſtica ab utraque parte fuerint prolata, ita ut Papa facile pro lubitu ex illis ſententiam alterutram eligere potuerit, ſi modo rationes pſeudo-Politicæ eam determinationem non impediviſſent. Quod alterum concernit, idem per integrum librum ſecundum monſtravit, quibus ex rationibus Papa cum intereſſe Papatus convenientius judicaverit, ut potius

Dictorum illuſtratio ex hiſtoriâ divortii Anglicani.

ſignat, quod inter Chriſtum & Eccleſiam per incarna tionis myſterium eſt contractum. (251)

Bona

tius pateretur, ut integrum regnum Anglicanum ſe poteſtati Eccleſiaſticæ ejus ſubtraheret, quam ut ſententiam Judicum a Rege conſtitutorum, ſuper divortio approbaret, aut eam confirmaret. Edidit equidem Johannes Launojus Theologus Pontificius tractatum ſatis prolixum de regia in matrimonium poteſtate, eo tendentem ut ſalvis principiis religionis Pontificiæ monſtraret, quod non obſtante eo, quod matrimonium ſit ſacramentum & cauſa ſpiritualis, Regibus tamen competat poteſtas leges de impedimentis matrimonii ferendi, & de iis judicandi, ac in prima parte thema hoc ſuum ex dictis patrum, ſcholaſticorum & Canoniſtarum probare, in ſecunda & tertia parte variis exemplis ſuam ſententiam illuſtrare, multo cum labore inſtituit. Cumque hic tractatus Launoji ſit rarior, multi ex Proteſtantibus optarunt, ut is iterum apud Proteſtantes publicis mandaretur typis, videlicet magno uſui futurus in controverſiis matrimonialibus adverſus Pontificios. Verum valde vereor, ut ex iſto Launoji libro argumenta ſufficientia pro ſtabilienda regia in matrimonium poteſtate peti queant, vel ob hanc ſolam rationem, quod hypotheſin de ſacramento matrimonii, & hoc intuitu de poteſtate Eccleſiaſtica Regiæ contradiſtincta in cauſis matrimonialibus admiſerit, eamque ut veram ſuppoſuerit. Hoc enim ſemel admiſſo, Regia poteſtas latius ſe extendere nequit, quam quatenus convenit cum traditionibus Eccleſiaſticis, id eſt quatenus illis aſſiſtit & miniſterium præbet ut brachium ſeculare, non quatenus ut caput poteſtate ſumma gaudens traditiones Eccleſiaſticas, paſſim erroneas corrigere vult & emendare. Et cum exempla controverſiarum matrimonialium conquiſiverit ex omnibus regnis Chriſtianis, etiam ex Anglia, valde tamen miror, qui factum fuerit, ut exemplum de divortio Henrici VIII. plane ſilentio præterierit & intactum reliquerit. Sed de Launojo quidem alibi plura dicendi ſe offeret occaſio. T.

Launoji tractatus ad ſtabiliendam regiam in matrimonium poteſtatem parum ſufficiens.

(251) Hoc vero per copulam conjugum carnalem minus prom-

Emendatio Lancelotti.

Bona matrimonii ſunt ſacramentum, fides, proles, & fornicationis remedium.

§. 3. Conſequuntur & inde præter ſacramentum, & alia bona: utputa,*d)* fides,(252) & proles,& quod humana infirmitas in ruinam turpitudinis prona, honeſtate excepta conjugii, minime læditur.(253) Initiatur autem matrimonium ſponſione, conſenſu ratificatur, & *d) can. omne 27. q. 2. c. ſicut 23. q. 2.*

promte illuſtrabitur. Magis eſt, ut ad mentem Apoſtoli *1. Cor. VII. 15. 16. 17. & Epheſ. V. 30.* ex copula carnali myſterium unionis Chriſti & fidelium conſideremus, cum tam arcta ſubſtantiarum unio inter ſubſtantiam ſc. divinam & humanam nullo magis congruo exemplo illuſtrari queat, quam quod ex unione maris & fœminæ deſumitur. Vid. Hülſeman. *breviar. c. 14. th. 1.* Z.

ad § 3.

(252) Per quam non intelligitur fides ſalvifica ſed fides conjugalis, quæ excludit adulterium, ut recte jam Zieglerus hic obſervavit. Idque ulterius probatur per ea quæ Chemnitius *Exam. Concil. Trident. part. 2. p. 421.* de Auguſtino notavit, *Auguſtinus*, inquit, *defenſurus conjugium adverſus Hieronymi criminationes, diſputat tria eſſe conjugii bona, prolem ſcilicet, FIDEM CONJUGALEM & Sacramentum.* Et quamvis ſupra not. 249. notaverimus, Canoniſtas doctrinas & traditiones Eccleſiaſticas de matrimonio habere pro articulis fidei, tamen contextus oſtendit, ad iſtam aſſertionem hoc loco a Lancelotto non reſpici. Interim tamen hac occaſione ex Burneti *Hiſtoria Reform. Anglic. lib. 1. p. 44. n. 5.* ad illuſtrationem ſupra dictorum adhuc illud noto, quod Anno 1511. in Anglia quidam ut hæreticus fuerit condemnatus, quod inter alia ſtatuerit, ſolennitatem matrimonii non eſſe neceſſariam ſed inutilem intuitu animæ. T. *Quid per fidem hic intelligatur.*

§. (253) Quid eſt ergo, quod Sacerdotibus conjugio interdicant, & in iis humanam infirmitatem lædi faciant? Z. *Objectio.*

(254)

& copula conſummatur: de quibus ſingulis diſtinctius diſpiciamus. (254)

DE

Sponſalia an ſint ſacramentum ex mente Canoniſtarum.

(254) Scilicet de ſponſione agitur *tit. ſeq.* de conſenſu & copula *tit. 11. ſeq.* Cum vero hoc loco dicat Lancelottus matrimonium initiari per ſponſalia, & tamen matrimonium ſecundum Pontificios ſit ſacramentum, quæri poteſt an etiam ſponſalia (de futuro quæ ut mox videbimus ſtilo juris Canonici ſub nomine ſponſaliorum intelliguntur) etiam ſint ſacramentum. Quæ quæſtio videtur neganda. 1. Quia Canoniſtæ in tractatu de ſponſalibus non agere ſolent de ſacramento ſed demum in tractatu de matrimonio. Vide Sanchez *opus Matrimoniale lib. 1. & 2. & in hoc quidem diſput 5. ſeq.* 2. Quia effectus ſacramenti inter alia eſt indiſſolubilitas, ut latius dicemus infra ad *tit. 12. §. 11.* At ſponſalia diſſolvi poſſunt *vid. §. 11. tit. ſeq.* Cæterum in ipſis quæſtionibus circa matrimonium an & quatenus ſit ſacramentum varie diſſentire ſolent Pontificii ut ex *d. l. 2.* Sanchez apparet. 1) Unde probetur inſtitutio marrimonii? Alii dicunt ab Adamo *Geneſ. 2.* in verbis: *Hoc eſt os ex oſſibus meis &c.* alii a Deo immediate *Geneſ. 1.* in verbis: *Creſcite ac multiplicamini.* 2) Quando Chriſtus in lege evangelica matrimonium elevaverit, ut ſit ſacramentum? Alii dicunt *Johannis 2.* dum Chriſtus interfuit nuptiis. Alii *Matth. 19.* in verbis: *Quos DEus conjunxit &c.* Sanchez *lib. 2. diſp. 4.* 3) Quæ ſit materia & forma matrimonii? Ubi ſex diverſæ ſententiæ recenſentur. *diſp. 5.* 4) Quis ſit miniſter ſacramenti? Alii dicunt ſacerdotem, alii contrahentes, a qua quæſtione dependet illa: an matrimonium clandeſtinum ſit ſacramentum? *diſp. 6.* 5) Utrum matrimonium in lege naturæ & veteri fuerit ſacramentum? Alii affirmant; alii negant. *diſp. 7.* 6) Utrum poſt legem evangelicam matrimonium infidelium ſit ſacramentum? Alii affirmant per *c. Gaudemus de divort.* Alii negant. 7) An matrimonium contractum inter fidelem & catechumenam ſit ſacramentum? Alii affirmant ex parte fidelis; alii negant. *diſput. 8.* 8) Utrum matrimoni-

Variationes Canoniſtarum in quæſtionibus de ſacramento matrimonii.

DE SPONSALIBUS.
TITULUS X.
Quæ ſint ſponſalia, & unde dicantur.

§. I.

SPonſalia *a*) ſunt futurarum (255) nuptiarum mentio, & repromiſſio: & dicta ſunt a ſpondendo, quod per *a*) *can. noſtrates 30. q. 5. gloſſ.*

---

monium infidelium cum ambo baptizantur, fiat ſacramentum, eisque gratiam conferat? Ubi tres referuntur ſententiæ. *diſp. 9.* 9) Utrum matrimonium fidelium ſit unum ſacramentum, an duo pro numero perſonarum? Ubi tres recenſentur opiniones, *diſput. 10. n. 5.* 10) Utrum matrimonium contractum per procuratorem ſit ſacramentum? Alii affirmant, alii negant, *diſp. 11. n. 26. ſeq.* 11) Utrum matrimonium per epiſtolam contractum ſit ſacramentum? Alii affirmant, alii negant, *diſp. 12. n. 4. &c.* T.

TIT. X.

ad §. I.

(255) I. Verba hæc, quæ jure Civili in *l. 1. ff. de Sponſal.* tantum conveniunt ſponſalibus de futuro, videtur Autor etiam ſponſalibus de præſenti adaptare, quæ jus Civile alias ignorat. Etſi enim verba ſint collata in præſens tempus, jure tamen Pontificio ſponſa nondum eſt uxor, ſponſus nondum maritus, antequam accedat *ἱερολογία*, & Eccleſiæ quaſi conſenſus Reſpectu igitur talis perfectionis nuptiæ recte dicuntur futuræ, & ſponſalia etiam de præſenti, nuptiæ nondum ſunt, quanquam in quibusdam cauſis loco nuptiarum habeantur. Z. *An definiantur ſponſalia de præſenti?*

II. Parum apte definitionem Lancelotti Ziegleris explicat de ſponſalibus de præſenti. Nam jus Canonicum, ut ex toto hoc titulo apparet, potiſſimum *ex §. 4.* ignorat ſponſalia de præſenti diſtincta ab ipſo matrimonio. Pius V. *Septimi Decretal. lib. 4. cap. 2.* inter alia notat: *Matrimonia per verba de præſenti contracta non tamen conſummata, interdum ſponſalia appellari:* Et mox: *ſponſalio-* *Negatur.*

Digitized by Google

1. cap. licet extr. de transſepiſcop. per ea ſibi invicem ſe futuros conjuges viri & mulieres ſpondent.

Sponſalia contrahuntur re, verbis, literis, & conſenſu.

§. 2. Contrahuntur (256) autem ſponſalia variis mo-

ſaliorum appellatione nonniſi improprie matrimonium verbis de præſenti conceptis contineri. Adde Huberum *Part. 1. digreſſion. lib. 2. c. 7.* Ita etiam Marcſius *in notis ad Cuchi inſtitutiones Juris Canonici lib. 3. tit. 9. p. 97.* ad definitionem eandem ſponſaliorum a Cucho traditam notat: *Hæc definitio evertit diſtinctionem Canoniſtarum juxta quam ſponſalia ſunt alia de præſenti, alia de futuro.* T.

ad §. 2.

Matrimonium eſt contractus eminens. (256) I. Matrimonium tamen proprie non eſt contractus, utut in multis permagna nuptiis cum contractibus intercedat ſimilitudo. Perſonarum enim, quæ matrimonium ineunt, libertas & ipſum inſuper ſtipulationis nuptialis objectum, quatenus non de corporum tantum, ſed animorum etiam copulatione agitur, id omnino efficiunt, ut Matrimonium reliquos contractus omnes quaſi tranſcendat & ſupergrediatur. Atque hinc bene Chryſoſtomus *hom. 74. in Matth.* graviſſime invehitur in eos, qui nuptias συνάλλαγμα dicunt, quique curioſe nimis tabulas & cautiones dotales, non aliter ac ſi de emendo & vendendo ageretur, adhibent. Add. Hahn. *in Weſenb. tit. de rit. nupt. n. 3.* Z.

Sed conventio tamen. II. Scio equidem, matrimonium non eſſe contractum; Sed tamen mallem, ut, qui id inculcant, non plane a doctrina de contractibus in quæſtionibus matrimonialibus recederent, quaſi illæ ne quidem ex communibus principiis de conventionibus definiri debeant, aut quaſi definiri poſſint ex hypotheſibus, quæ principiis iſtis plane repugnant, v. g. quod tractatus ſponſalitii unius diſſenſu diſſolvi nequeant, quod ſponſalia ne quidem utriusque diſſenſu poſſint dirimi, item

modis: utputa, re,(257) verbis, literis, & conſenſu.*) Re contrahuntur per nudam ſubarrhationem, vel annuli immiſſionem.(258) Verbis, ut ſi inter virum & mulierem promiſſio ſuper futuro matrimonio interceſſerit, veluti altero alteri vice mutua dicente: *Ego* b) *te accipiam in meum maritum, & ego te in meam uxorem:* ſive in hunc ſenſum verba ſimilia protulerint. Literis, ut cum abſentes inter ſe de futuris nuptiis per epi-

*) *c. ſiquis ux. 37. q. 2. gloſſ. in c. bis nobis de deſponſ. impub.*

b) *cap. pen. ult. extr. eod.*

---

item quod nuptiæ conſummatæ ne quidem communi conſenſu, aut ex gravibus cauſis, & adhibitis quamvis aliis ſolennitatibus, aut conſenſu populi & principis diſſolvi queant, ſub prætextu videlicet legis divinæ, a Clero Pontificio in odium Laicorum & potiſſimum Regum ac principum vel plane fictæ, vel certe contorte explicatæ. T.

(257) Abutitur hic Autor terminis juris Civilis. Nec enim, uti contractus realis ſine rei traditione non perficitur, ita & Sponſalia imperfecta dici poterunt ſine annuli traditione, neque uti contractus verbalis certas requirit verborum conceptiones, ita easdem quoque requirunt ſponſalia. Nec porro uti ex literis naſcitur obligatio, talis ſcilicet, ut quærendum non ſit, an debitor pecuniam acceperit, ſed an ſe debere ſcripſerit, ita etiam ex literis talia conficientur ſponſalia, ut quærendum non ſit, an ex utraque parte celebrata vere fuerint ſponſalia, ſed an alterutra tantum ſpondere ſe ſcripſerit. Magis igitur conſenſu abſolvi ſponſalia dicemus, qui vel verbis, vel literis, vel quibuſcunque aliis mediis exprimi poteſt. Kitzel *de matrimon. c. 5. theorem. 3. 4.* Zoëſ. *ad tit. X. de ſponſal. n. 7. 8.* Z.

Inepta applicatio diviſionis contractuum ad ſponſalia.

(258) I. Solam annuli traditionem, etiam ejus, qui alias ad conſtituenda ſponſalia dari ſolet, non inducere ſponſalia, niſi forte inter multos recte aſſerit Cypræus *de ſponſalib. c. 11. §. 5. n. 3.* Z.

Annuli traditio an faciat ſponſalia?

II. Diſtinguo. Traditio annuli non facit ſponſalia de præſenti; ſufficit tamen aliis circumſtantiis id ſuadentibus ad ſponſalia de

Diſtinguitur.

Digitized by Google

epiſtolam paciſcuntur: qnod ipſum & per nuncium, vel procuratorem fieri poterit.

Procurator ad contrahendum in matrimonium non poteſt ſubſtituere, niſi hoc habeat in mandatis.

c) cap. fin. de procur. in 6.

§. 3. Procurator *c)* tamen ad hoc ſpecialiter conſtitutus, (259) ob magnum, quod ex facto tam arduo poſſet periculum imminere, alium ſubſtituere non poterit, (260) niſi hoc ei ſpecialiter commiſſum fuerit.

Si duo impuberes, quorum prudentia non ſupplet ætatem, & qui pubertati non ſint proximi, vel etiam alter tantum ſit impubes, per verba de præſenti matrimonium contraxerint: talis contractus reſolvitur in ſponſalia de futuro: & ex eo inducitur juſtitia publicæ honeſtatis.

§. 4.

---

de futuro, de quibus ſemper hic intelligendum eſt Jus Canonicum. T.

ad §. 3.

Obſervatio

(259) I. Ubi neceſſe eſt, ut etiam exprimatur perſona, cum qua matrimonium contrahi debet, *l. 34. ff. de ritu nupt.* Camill. Borell. *deciſ. 65. n 162.* Z.

Dubium contra hanc obſervationem.

II. Sed dubito, an hæc obſervatio Ziegleri ſit ad mentem juris Canonici, quia hic loquitur Lancelottus de procuratore qui alium ſubſtituere nequit. Quodſi enim ſpecialiter etiam expreſſa fuerit perſona cum qua matrimonium contrahi debeat, nulla videtur ſubeſſe ratio, cur non per alium id facere poſſit, cum hoc intuitu nec interſit mandantis, nec induſtria procuratoris ſit electa, inprimis cum facilius reſcindi poſſint ſponſalia non ſubſecuta ratihibitione. T.

Alia ſpecialia de procuratore.

(260) Quia cenſetur electa induſtria perſonæ. Ipſe etiam, antequam contraxerit, ſi a Domino revocatus fuerit, & ipſe hoc neſciat, atque matrimonium contrahat, nullius iſtud eſt momenti; *c. ult.*

de

§. 4. Conſenſu *d*) contrahuntur (261) ſponſalia: ut cum pubes & impubes, vel duo impuberes, non proximi pubertati, (262) & in quibus ætatem prudentia non *d) cap. 1 §. idem de desponſ. impub. in 6.*

de procurator. in 6. ut maxime alias revocatio procuratoris actum non invalidet, niſi procurator, vel is cujus intereſt, certior factus ſit, Franc. Card. Mantica *Lucubr. Vatican. l. 7. tit. 21. n. 34.* Ratio ſpecialitatis eſt; quia in cæteris contractibus poteſt jus ſupplere conſenſum contrahentium, illiſque renitentibus dominium transferre. In matrimonio autem ita ſupplere eum non poteſt. Aug. Barboſa *ad d. c. fin.* Conf. infr. *tit. de procurat. §. Non ſic.* Z.

ad §. 4.

(261) Omnia in univerſum ſponſalia ſolo conſenſu contrahuntur. Arrha enim, annulus, juramentum & ſi quæ alia acceſſerint, majoris certitudinis cauſa adhibentur. Cypræus *de ſponſal. c. 3. §. 1.* Ut adeo ab autore hic fruſtra ſpecies ſingularis, reliquis contradiſtincta, efficiatur. Z. *Ineptia Lancelotti.*

(262) Sponſalia enim inter impuberes tum demum effici poſſunt, ſi non ſint minores, quam ſeptem annis, *l. 14 ff. de ſponſal.* Facta autem inter infantes, vel cum infante, pro infectis habentur, quia nullum conſenſum habent utriusque partis, qualis conſenſus poteſt haberi ab iis, qui ſeptem annorum complerunt ætatem, *c. 4. & 5. X. de ſponſal. impub.* Vellem autem clarius enunciaſſet Pontifex, & poſt eum Autor, quos habeant pro pubertati proximis aut non proximis, quippe quod ea res inter Doctores maxime ſit controverſa, uti videre licet apud Arnold. Vinn. *ad §. 9. Inſt. de inutil. ſtipul. n. 2.* Sane cum generandi potentia hic maxime attendi debeat, mallem, quod hanc quidem materiam concernit, facere cum illis, qui pubertati proximos dicunt tum, quando annum agunt ætatis duodecimum aut decimum tertium, ſi maſculi fuerint, aut ſi fœminæ, annum undecimum. Qui annos iſtos nondum attigerunt, non proximi pubertati dicendi erunt. Z. *Quinam ſint pubertati proximi.*

(263)

non ſupplet,(263) matrimonium per verba contraxerint de præſenti. Licet enim verba in præſens matrimonium ſonent, juris tamen interpretatione (264) in ſponſalia de futuro reſolvuntur. (265) Quo caſu dicta ſponſalia, licet contrahentes matrimonium celebrare intenderent, conjugium, quod ab initio ætate impediente, ut matrimonium non tenuit, per adventum pubertatis minime convaleſcit, niſi per carnis copulam ſubſequutam vel alium modum (266) contrahentes cum

Prudentia hic pro malitia. (263) In textu avthentico legitur: *malitia non ſupplet &c.* quod rectius eſt, & negotio huic magis conveniens. Dicitur autem malitia ætatem ſupplere tum, quando quis coitum appetit, annos pubertatis nondum egreſſus. Prudentiæ tamen vocabulum habetur in *c. fin. X. de deſponſ. impub.* Add. Anton. Guibert. Coſtan. *de matrimon. num. 50.* Barboſ. *ad c. 9. X. de deſponſ. impub.* Z.

Ratio. (264) Quia ſcilicet conventio de ſponſalibus non eſt plane diverſa a conventione de matrimonio, ſed ab illa ad hanc pervenitur. Licet enim ſit diverſitas in modo conſtituendi inter id, quod agitur, & id, quod agi potuit, includit tamen id, quod agitur, omnes effectus, qui poſſunt cauſari ex eo, atque idcirco per interpretationem ſuſtineri poteſt, ut valeat eo modo, quo agi potuit. Hieron. Torniell. *tract. ſi quod ago, non val. n 7. & 17.* Z.

Declaratio. (265) In illis igitur, qui proximi ſunt pubertati, tali reſolutione opus non eſt, præſertim cum plurimi tales copula carnali jungi & generare poſſint. Ita Salomon duodecim annos natus Roboamum genuit, & Ahaz Ezechiam novem vel decem annorum puer. Z.

Quid hic ſit alius modus? (266) Verba hæc attente conſiderat Andreas Fachinæus *l. 3. controv. cap. 32.* ut exinde conficiat, oſcula, amplexus & ſimilia, etiamſi nulla copula ſubſecuta fuerit, matrimonium tali caſu inducere. Cui adſtipulatur Mozzius *de ſponſal. ſub rubr. de natural. ſponſal.*

Google

cum ejuſdem perſeverantia voluntatis, ad pubertatis tempora perveniſſe evidenter conſtiterit: per dictum tamen contractum, qui valuit ut potuit, non ſicuti agebatur, publicæ honeſtatis juſtitia cenſetur inducta. (267)

In re denominanda potius effectum attendimus, quam modum.

§. 5. Et ideo hoc caſu conſenſu (268) contracta ſponſalia dicimus: quia, ſi verba ſpectes, non ſponſalia, ſed ipſum matrimonium contractum videri poterit.*) Cenſuerunt autem jura eos, qui, cum non poſſent, conjugium de facto contraxerunt, voluiſſe etiam (269)

*) *c. a nobis de deſponſ. impub.*

ſal. n. 4. Didac. Spino a Caceres *in ſpecul. teſtam. gloſſ. 15. n. 61.* Magis tamen placet ſententia Didaci Covarruviæ, qui per alium modum intelligit ſponſæ traductionem ad domum ſponſi, vel ſubarrhationem, *part. 1. de ſponſal. c. 4. §. 2. n. 7.* Canoniſtæ hodierni juxta decreta concilii Tridentini contendunt, non ſufficere copulam, ut inde efficiatur matrimonium de præſenti, ſed neceſſarium adhuc eſſe novum conſenſum coram Parocho & teſtibus. Didac Spino a Caceres *d. l. n. 61.* Aug. Barboſa *ad c. un. de deſponſat. impub. in 6. n. 7.* Z.

(267) Hinc ergo poſt ſponſalia contracta cum puella majore infante, in qua ipſa jam pubes facta pubertative proxima non conſentit, ipſo quidem jure vir abſolutus eſt fide, quam dedit, quia per eum non ſtat, quo minus fidem præſtet, honeſtius tamen abſtinet nuptiis matris puellæ, quia fuiſſe eum filiæ ſponſum verum eſt, *c. 5. X. de deſponſat. impub.* Z. *Aliud exemplum publicæ honeſtatis.*

ad §. 5.

(268) Non tam conſenſu, quam interpretatione; quum & ipſe conſenſus, non nuda tantum verba, in matrimonium ordinetur. Nec in ſponſalia conſentire quis poteſt, niſi propter matrimonium, & jam ante dixi, incongrue ſingularem ſponſaliorum, quæ conſenſu tantum *Notatur Zanſelottus.*

pec-

(269) in caſu quo poſſent, contrahere, ideoque ſaltem, ut ſponſalia, valere conventionem.

Sponſalia contrahuntur tripliciter, pure, in diem, & ſub conditione: & qui contraxerunt ſponſalia pure, compellendi ſunt etiam matrimonium contrahere, & conſanguinei contrahentium non debent cum ipſis contrahentibus contrahere.

c) *c. 2. & c. ex literis. de ſponſal.*

§. 6. Rurſus contrahuntur ſponſalia, aut pure aut adjecta die, aut ſub conditione. Pure c) ut cum vir & mulier ſe invicem futuros conjuges pollicentur. Et hoc caſu nullus conſanguineorum (270) aliquo pacto alterum ex contrahentibus matrimonio ſibi copulare poterit: imo qui contraxerunt, ut ſe invicem recipiant, & mutua conjugali affectione pertractent, moneri, & niſi

---

perficerentur, ab reliquis diſtinctam ſpeciem fingi, eo quod omnia ſponſalia ſolo conſenſu perficiantur. Z.

Alia cenſura.

(269) Particula ETIAM παρέλκει, & ſenſum obſcurum reddit, qui hic eſt: jura voluiſſe ea, quæ non valent, ut aguntur, valere, ut poſſunt. Z.

ad §. 6.

Ratio.

(270) Quia hoc prohibet juſtitia publicæ honeſtatis, *§. 9. I. de nupt. l. 8. C. de inceſt. nupt.* Etſi enim perfecta affinitas per concubitum demum contrahatur, inchoatur tamen ea per deſponſationem. Utcunque vero impedimentum hinc aliquod naſcatur matrimonio adhuc contrahendo, per diſpenſationem tamen removeri id a principe poteſt, & ſi contractum jam matrimonium fuerit, dirimere id & reſcindere propterea non licet. Vid. Gerhard. *loc. de conjug. n. 359. ſeqq.* Carpzov. *de arb. conſang. diſp. 1. th. 46. & 58. & in definit. Conſiſtor. l. 2. defin. 107. 108.* Z.

(271)

niſi rationabilis cauſa obſiſtet, Eccleſiaſtica cenſura (271) compelli poterunt. (272)

Si per contrahentem ſponſalia in diem, non ſtetit, quo minus matrimonium contraheret intra terminum, cum alia poſtmodum matrimonium contrahere poterit.

§. 7. Dies adjicitur ſponſalibus, cum quis intra certum temporis ſpacium aliquam ſe ducturum in uxorem convenit: *) in qua ſpecie, ſi per eum non ſteterit, quo minus intra præfixum terminum cum eadem matrimonium contraheret, libere ad nuptias alterius tranſire poterit. (273)

*) *c. 22. de ſponſal.*

Spon-

(271) Irrogata ſc. excommunicatione. Civiles etiam pœnæ tum locum habent, carcer, relegatio, immiſſio in bona contumacis &c. de quibus videri poterit Carpzov. *lib. 5. reſponſ. 108. n. 26. & part. 4. conſt. 20 def. 10.* Erneſt Cothmann. *conſil. 86. n. 100.* Z.

Pœnæ apud Proteſtantes recepta.

(272) Verum id eſt in ſponſalibus de præſenti. Carpzov. *lib. 2. defin. conſiſt. 132. 133. & ſeq.* Franc. Cardinal. Mantica *lib. 3. lucubr. Vatican. tit. 18.* At ſponſalia de futuro nexum indiſſolubilem non inducunt, neque tum cogi poterunt partes ad promiſſum conjugium; moneri tamen debent de promiſſione, ut fidem datam liberent, & tum concio pœnitentiæ graviter acuenda eſt erga conſcientias. Chemnit. *loc. de conjug p. m. 214.* Z.

Diſtinctio inter ſponſalia de præſenti & de futuro.

ad §. 7.

(273 I. Hoc approbari nequaquam poteſt. Nec enim dies idonea eſt ratio ſolvendæ obligationis. Si namque mandatur alicui, ut alii ad certum diem rem certam exſolvat, non ideo erit a mandato ſolutus, ſi ſolvere nequiverit die data, imo ad ſolutionem elapſo etiam die ſolutioni præfixo tenetur. *c. 6. X. de dolo & contumac.* Quomodo ergo, qui diem nuptiis condixit, poſt eam diem fide data abſolvatur? Imo vero ex promiſſione ſtatim naſcitur obligatio, licet

Objectio.

dies

Sponſalia contracta ſub conditione, evaneſcunt conditione deficiente, niſi ab ea receſſum fuerit.

§. 8. Sub conditione celebrantur ſponſalia, cum quis, ſi quid fiet vel contigerit, nuptias ſe contracturum pollicetur: veluti ſi dictum fuerit. *Ego f) te in uxorem accipiam, ſi centum mihi dederis:* (274) *aut, ſi pater meus conſenſerit,* quibus conditionibus deficientibus, ad matrimonium quis compelli non poterit, niſi conſenſus de præſenti, (275) aut carnalis ſit inter eos commixtio ſubſequuta, cum his caſibus a conditionibus receſſum videatur.

f) *cap. de illis, & cap. per tuas. extr. de condi. tio. appo.*

Tur-

dies nuptiarum conferatur in futurum tempus. Et quod alias in negotiis hominum obtinet, ut ad tempus obligatio conſtitui non poſſit, *l. 44. §. placet ff. de O. & A.* id multo magis in ſponſalibus locum invenit. Nec moveor exemplo patris filiam ſuam deſponſantis ſub conditione, ſi eam ſponſus intra annum domum duxerit. De tali enim conditione quæſtio nunc non eſt, ſed de caſu, quo ſine conditione aliquam uxorem ducturum quis promittit intra annum. Z.

Reſponſio. II. Videtur ambiguitas latere in phraſi, *ſi per eum non ſteterit.* Etenim videtur Pontifex *d. c. 22. de ſponſal.* ſubintelligere eum caſum, ſi ſponſa intra diem adjectam in ſponſione noluerit ipſa adimplere promiſſionem, ſponſo ad adimpletionem parato. T.

ad §. 8.

Illuſtratio. (274) Conditionem hanc neque contra bonos mores eſſe, neque pro non adjecta haberi debere oſtendit Gerhard. *loc. de conjug. n. 140.* Z.

Notatur Lancelottus. (275) Ergo ſi conſenſus de præſenti acceſſerit, utcunque pater ſponſi aut ſponſæ non conſenſerit, compelli poterit ad matrimonium contrahens ſpreto patris conſenſu? Immo vero invalida eſſe & nulla prorſus talia ſponſalia, dudum evicerunt noſtri. Conſenſus ergo de præſenti non purificat ſponſalia ſub conditione paterni conſenſus celebrata, niſi hic ſimul acceſſerit. Cumque hic Autor duo diver-

Digitized by Google

Turpes conditiones adjectæ ſponſalibus vel matrimonio non vitiant, ſed vitiantur: niſi ſint contra ſubſtantiam & naturam conjugii.

§. 9. Hoc tamen de his conditionibus intelligere nos oportet, quæ honeſtæ ſunt, & Canonicis inſtitutis non contrariæ: nam ſi turpes ſint, aut impoſſibiles, ob favorem matrimonii debent pro non adjectis cenſeri: (276) ſi tamen non ſolum turpes ſint, (277) ſed etiam

diverſa capitula *3. & 6. X. de condit. adpoſit.* in unum collegerit contextum, imprudens conjunxit ea, quæ diſtinguenda & ſeparanda erant, Z.

ad §. 9.

(276) I. Alii contractus vitiantur per adjectionem turpis vel impoſſibilis conditionis, *l. 26. l. 137. §. 6. ff. de V. O. §. 11. J. de inut. ſtip. l. 31. ff de O. & A.* quia ſc. jus præſumit contrahentes advertiſſe impoſſibilitatem & turpitudinem conditionis & procul dubio talem cogitationem habuiſſe, ut nihil agi exiſtiment adpoſita ea conditione. Sed matrimonium propterea non vitiatur, idque propter favorem ejus receptum eſt, quemadmodum etiam favore ultimæ voluntatis receptum eſt, ut per impoſſibilem vel turpem conditionem heredis inſtitutio & legatum non vitietur. *l. 3. ff. de condit. & demonſtr. l. 9. l. 14. ff. de cond. inſt. l. 112. §. pen. & ult. ff. de leg. 1.* Z. *Illuſtratio Juris Canonici ex jure civili.*

II. Primo verum quidem eſt, conſtitutionem hanc juris Canonici factam eſſe in favorem matrimonii. Quod autem materiam teſtamentariam attinet, ea diſpoſitio facta eſt non in favorem teſtamentorum, (cum illis temporibus cauſa teſtamentorum non eſſet favorabilis ſed odioſa & favor hodiernus teſtamentorum Clero originem debeat) ſed in pœnam eorum, qui cum de morte cogitare deberent & ſeria agere, turpiter ludere ejuſmodi conditionibus ſuſtinent. Unde patet magnam rationem eſſe diverſitatis inter diſpoſitionem hanc Juris Canonici & illam juris Civilis. Accedit, quod pœna illa *Inſufficientia illius illuſtrationis.*

 juris

etiam contra ſubſtantiam, vel naturam conjugii: puta, ſi al-

juris civilis non ſit iniqua nec damno magno afficiat delinquentem, ſed eo ſaltem, ut inepta ejus voluntas plane contrarium ſortiatur effectum, ſed demum poſt mortem, adeoque revera pœna hæc dolorem ipſi non incutit. At quam gravis pœna eſt, coercere ſponſalia contrahentes ſub conditione impoſſibili vel turpi, ut cogantur matrimonium conſummare, cum nulla gravior pœna eſſe poſſit perſonis generoſioris animi, quam ut cogantur in arctiſſima ſocietate vivere cum perſonis quas ferre nequeunt. Adde quod ex duplici ratione non cohæreat doctrina juris Canonici. Nam primo ſi pœna hæc debet obſervari & effectum habere; non cohæret id cum *cap. 2. & 17. de ſponſalibus* ubi aſſeritur, monenda potius eſſe matrimonia quam cogenda, ne quid deterius contingat; cum coactiones ſoleant effectus difficiles habere. Quodſi ſenſus eſt ſaltem, conditionibus impoſſibilibus & turpibus adjectis, ſponſalia haberi pro puris acſi conditiones non adjectæ eſſent, & tamen in puris etiam ſponſalibus per dicenda *ad* §. *11.* licere ſingulis recedere impune ab iisdem, nullum effectum habet illa obſervatio, adeoque nullius eſt uſus. Adde B. Stryck. *de diſſenſu ſponſalitio ſect. 2. §. 21.* T.

Non cohæret hic doctrina juris Canonici.

Ratio diverſitatis conditionum turpium.

(277) I In ratione diverſitatis inveſtiganda multus eſt Chriſtophorus Hannoldus Jeſuita *in Diſp. de contract. natur. art. 7. n. 9. ſeq.* Nos putamus, per has poſteriores conditiones ideo ſponſalia effectu ſuo deſtitui, quia ipſa ſubſtantia matrimonii evertitur, & conſenſus conjugalis manifeſte abeſt. At in prioribus conditionibus non omnis prorſus abeſt conſenſus, ſed ſub conditione turpi ſuſpenditur, quæ ipſum etiam contractum, ut alios omnes, vitiaret, niſi favor matrimonii prohiberet. Solus ergo favor matrimonii conſenſum hunc ſuſtinet, rejecta conditione, & pro non adjecta habita. Z.

In quo hic conſiſtat favor matrimonii.

II. Sed provocando ad ſolum favorem matrimonii res æque in obſcuro eſt, in quo nempe conſiſtat ille favor matrimonii. Matrimonium enim non eſt negotium tale, ut homini, qui vel micam judicii

ſi alter dicat (278) alteri: ff) *Tecum contraho ſi generatio-* ff) *c. fin. ext. de condit. appoſ.* *nem prolis evitaveris, vel donec aliam honore vel faculta-tibus digniorem inveniam, aut ſi pro quæſtu adulterandam te tradideris*: matrimonialis contractus, quantumcunque ſit favorabilis, omni carebit effectu.

Minores ſeptennio non poſſunt ſponſalia contrahere, & contracta lapſu temporis non convaleſcunt, niſi nova voluntas acceſſerit, aut nexus copulæ intervenerit.

§. 10. Non tamen omnibus, cujuſcunque ſint ætatis, licet ſponſalia contrahere: nam inter minores ſeptennio g) celebrata, nullius roboris efficaciam ſortiuntur: (279) ideoque ſi infantes, vel unus major ſeptennio, h) alter minor ſponſalia contraxerint ipſi: vel parentes pro eis, niſi per cohabitationem eorum maturam, g) *c. acceſſit. ext. de deſpon. impub.* h) *cap. 1. in pri. de*

dicii habet perſuaderi poſſit, ut in ejus favorem recedendum ſit a dictamine rectæ rationis. Si quis aliam rationem habeat, afferat. Mihi videtur favor matrimonii in eo conſiſtere, quod matrimonium ſit ex hypotheſi Pontificiorum ſacramentum, & quod ſponſalia præparent animos ad hoc ſacramentum. Uti ergo hypotheſis eſt myſtica i. e. ratione carens, ita & concluſio. T.

(278) Primum exemplum pugnat cum natura conjugii ideo, quia matrimonium ſui natura ordinatum eſt, & fit liberorum procreandorum cauſa. Alterum ideo, quia matrimonium perpetuam & individuam vitæ conſuetudinem continet. Tertium ideo, quia ipſum fidei conjugalis vinculum turpi lenocinio rumpit, quo genere nihil fœdius, nihil a ſanctitate conjugii alienius eſt. Z. *Declaratio.*

ad §. 10.

(279) Quia ignorare præſumuntur ea, quæ geruntur, & nuptiarum finem nondum intelligunt, animos etiam plane inſtabiles habent. Cypræus *de ſponſalib. c. 9. §. 3. & 4.* Z. *Ratio.*

 (280)

Google

deſponſ. impub. in 6. am,(280) ſive alias verbo, vel facto(281) eoſdem in eadem voluntate factos majores perdurare liquido appareat, ſponſalia hujuſmodi, quæ ab initio nulla erant, per lapſum dicti temporis minime convaleſcunt: & ideo cum ſint nulla, ratione defectus conſenſus, publicæ honeſtatis juſtitiam non inducunt. Si tamen cum ea, quam nondum ſeptennem domum quis traduxerit, copulæ nixus interceſſerit,(282) aliud ſtatuendum erit.

Qui-

Objectio. (280) Solam cohabitationem ſponſalia facere, aut ex nullis valida reddere, præſertim inter pueros puellasque contracta ſi fuerint, nullus mihi Papa perſuadebit, quum cohabitatio illa nulla prorſus firmandorum ſponſaliorum intentione, ſed alia prorſus fini fieri poſſit. Et videtur error hic natus ex eo, quod de jure civili deductionem in domum aliqui ad ſubſtantiam matrimonii facere dicant, contra quos diſputat Franzkius *exercit. 2. q. 7.* Z.

Alia. (281) Dant exemplum, ſi poſt ſeptennium ſimul jaceant, vel ſe oſculentur ut ſponſi, vel ſi alter alterius domum petat, vel mittat munuſcula a ſponſis mitti ſolita &c. Aug. Barboſa *ad c. 1. de deſponſ. impub. in 6.* Verum & hæc facta conſenſum infantilem integrare, aut validum reddere nequeunt, ſed ſi quid poſſunt ad inducendum matrimonium, id totum ex novo, qui ſubeſt, provenit conſenſu. Z.

Adhuc alia. (282) At cum puella nondum ſeptennis in copulam, quam non intelligit, conſentire nequeat, quomodo ex tali alterius nixu conſenſus puellæ, ſine quo tamen nec ſponſalia nec nuptiæ ſubſiſtunt, elici poterit? Confer. Didac. Covarruv. *de ſponſalib. p. 1. c. 4. §. 1. n. 27. 28.* Quin imo ſolum conatum aut nixum copulæ non ſufficere ad inducendum matrimonium clare dicitur in *c. fin. X. de ſponſal.* & *c. 10 X. de deſponſ. impub.* Addat. Andr. Fachineus *l. 3. controv. 30.* Z.

(283)

Qui contraxerunt ſponſalia, debent compelli ad matrimonium, niſi aliquid triſte timeatur.

§ 11. Initiatum igitur ſponſalibus matrimonium fide conſenſus ratificari debet. Quod ſi qui de contrahendo matrimonio fidem ſibi dederunt, *i*) ſe invicem admittere omnino noluerint: inſtar eorum (283) qui ſocietatem interpoſitione fidei contrahunt, & poſtea eandem ſibi remittunt, diſſolutio tolerari poterit: cum coactiones difficiles ſoleant exitus frequenter habere. (284) *i*) *c. 2. de ſponſ.*

Non

ad §. 11.

(283) Interpretes *cap. 2. X. de ſponſal.* ex quo hic paragraphus deſumptus eſt, explicant de ſponſalibus, quæ dicuntur de futuro. In quibus tolerari poterit ſententia, quam hic Autor exponit, obſervatis iis quæ diximus ſupra ad §. *rurſus*. Plurimi tamen hinc in genere conficiunt, ſponſalia mutuo diſſenſu diſſolvi poſſe, inter quos eſt Didacus Covarruvias *de ſponſal. part 1. c. 5. n. 1.* it, Auguſtinus Barboſa *ad d. c. 2.* Nec aliter capi poſſunt verba textus, ſi recte attendantur, ut bene obſervat Cypræus *de ſponſal. cap. 13. §. 11. n. 3.* Id igitur ſi voluit Pontifex, & cum eo hic Autor, ferendum plane non eſt, & propterea capitulum hoc tanquam licitum ab Eccleſia non approbari, dicit Durandus de S. Portiano *lib. diſtinct. 4. 27. qu. 3.* notante Carpzov. *lib. 5. reſp. 108. n. 24.* Quos enim DEus conjunxit, ſeparari humana diremptione non poſſunt. *Matth. XIX, 6.* Vid. Sigism. Finckelthaus *Obſ. 42.* Societatis exemplum, quod allegatur, diſſimile eſt, quum ea facile diſſolvatur ex utriusque contrario conſenſu, quod in matrimonio dicere nefas eſt. Anton. Auguſtin. *in not. ad hoc capit. in collect. 1. h. t.* His ita obſervatis, neceſſe non eſt rationem & modum tolerationis diſcere a Barboſa, qui in ea exponenda impenſe diligens & forte nimius fuit. Z. *Objectiones contra ſolutionem ſponſaliorum.*

(284) Mirarer Zieglerum in hoc capite Jus Canonicum impugnaſſe, niſi ratio & experientia teſtaretur, doctrinam matrimonia- *Reſolutio objectionum harum.*

lem

Non ſunt audiendi impuberes volentes diſſolvere ſponſalia, ſed exſpectandum tempus pubertatis.

k) c. de illis. ext. de deſponſ. impub.

§. 12. De (*k*) illis, qui infra annos aptos matrimonio ſponſalia contrahunt, quæri poterit: & ſane, ſive uterque, ſive alter reclamet, & antequam ad annos ma-

---

lem apud Proteſtantes majoribus difficultatibus involutam eſſe, quam apud Pontificios. Ut igitur vel tyro palpare poſſit, Jus Canonicum in hac quæſtione convenientius cum recta ratione ſentire, quam diſſentientes, quædam obſervationes præmittendæ ſunt. 1) Solent Commentatores communiter diſputare, quomodo ſponſalia Juris Juſtinianei a ſponſalibus juris Canonici differant. Sed quæſtio potiſſimum in illo tertio verſatur, utrum diſtinctio in ſponſalia de præſenti & futuro ſit utrique juri communis, an ſaltem Juri Canonico propria. Verum jam ſupra oſtendi *not. 255. ſect. II.* utrobique definiri ſponſalia de futuro, & latius thema id executus eſt Huberus loco ibidem citato *cap. 7. & 8.* Interim non memini differentiam inter ſponſalia Juris Romani & Canonici capitalem & præcipuam, (etſi forte nonnunquam a paucis obiter tacta fuerit) pro dignitate eſſe expenſam. Sponſalia Juris Romani non fiebant inter ſponſum & ſponſam, ſed inter ſponſum & qui ſponſam in poteſtate habebant; & dabatur inde actio non ad conſummanda ſponſalia, ſed ad intereſſe pecuniarium. Docet hoc Gellius *lib. 4. Noct. Attic. cap. 4* ex Servii Sulpitii libro de dotibus. *Qui uxorem*, inquit, *ducturus erat, ab eo, unde ducenda erat, ſtipulabatur, eam in matrimonium ductum iri; qui daturus erat, itidem ſpondebat daturum. Is contractus ſtipulationum ſponſionumque, dicebatur ſponſalia; tum, quæ promiſſa erat, ſponſa appellabatur: qui ſpoſponderat ducturum, ſponſus. Sed ſi poſt eas ſtipulationes uxor non dabatur, aut non ducebatur; qui ſtipulabatur ex ſponſu agebat. Judices cognoſcebant. Judex, quamobrem data acceptaque non eſſet uxor, quærebat. Si nihil juſtæ cauſæ videbatur, litem pecunia æſtimabat, quan-*

Differentia genuina inter ſponſalia juris Canonici & Juris Juſtinianei.

matrimoniis aptos pervenerint: ſeparari poſtulent, non

---

quantique interfuerat eam uxorem accipi aut dari, eum, qui ſpoſponderat aut qui ſtipulatus erat, condemnabat. Quid clarius dici poterat? Adde Briſſonii *formulas lib. 6. p. 543.* Alia plane ratio eſt ſponſaliorum juris Canonici: Hic enim mutua promiſſio intercedit inter ſponſum & ſponſam *per* §. *2. & 8.* nec actio inde conceditur ad intereſſe pecuniarium. Sed quæſtio ſaltem eſt an ex his ſponſalibus detur actio ad cogendos invitos, ut ſponſiones ratihabeant, aut an magiſtratus officium poſtulet, ut adimplere ſponſalia nolentes ad adimplementum mediis pœnalibus adigat. II. Quemadmodum jam ſupra notatum fuit, hic agi de ſolis ſponſalibus de futuro, & ratihabitionem ſubſequentem per verba de præſenti nonniſi abuſive ſponſalia appellari; ita ante omnia natura horum ſponſaliorum eſt conſideranda; id eſt, quænam fuerit intentio ſpondentium, quod ducturi ſint in poſterum hanc vel illam in uxorem, & quod ſponſæ repromitterent, quod accipere in futurum velint hunc vel illum in maritum. An nimirum per iſta ſponſalia firmiter obligari voluerint, an vero alterius finis gratia, & cujus iſta ſponſalia ratihabitionem præceſſerint. Si ſponſalia fuiſſent obligatoria, quid opus fuiſſet ſubſequenti ratihabitione per verba de præſenti, de qua agetur titulo ſequente. Nimirum maxime intereſt non ſolum matrimonium inire volentium, ſed & ipſius Reipublicæ, ut ſocietas vel plane non vel ſaltem difficillime diſſolubilis, non præcipitanter ab incautis ineatur, ſed ut id magna deliberatione præcedente & inquiſitione in mores ſponſi & ſponſæ fiat. Fuerunt itaque ſponſalia illa nihil aliud, quam tractatus ſuper futuris nuptiis, ſeu ſuper contractu matrimonii per verba de præſenti declarando Removenda autem hic erit ante omnia objectio diſſentientium. Concedit B. Strykius *de diſſenſu ſponſalitio ſectione 1. §. 36.* tractatus in nullo negotio juris vinculum inducere, & tales tractatus eſſe, ſi ſponſus ſollicitet nuptias vel ſe ad eas efferat parentibus, vel etiam ipſi ſponſæ, juxta vulgatum: eine Anwer-

Sponſalia Juris Canonici natura ſua eſſe tractatus de futuris nuptiis.

 wer-

Digitized by Google

werbung macht keine Verbindung; ſed urget tamen, tractatus non eſſe ſponſalia. Quodſi vero quis, ut fiat in ſponſalibus, fidem alteri dederit, quod velit illum accipere; tum jam nexum obligatorium adeſſe, cum ex omni pacto jure Canonico & moribus oriatur actio etſi nulla ſtipulatio præceſſerit. Sed hic duo notanda ſunt. Primo verum eſt: non omnis tractatus de nuptiis ſunt ſponſalia, ut iſta ſollicitatio die Anwerbung; ſed propterea non ſequitur, ergo ſponſalia non ſunt ſpecies tractatuum. Deinde falſum eſt, quod ex omni pacto Jure Canonico & moribus hodiernis detur actio; nam v. g. pacta de emendo, vendendo, locando, conducendo &c. ſunt vera pacta, & tamen evidens eſt, inde nullam concedi actionem. Igitur melius feciſſet Pontifex ſi in præſenti quæſtione, ſimile de ſocietate, quod revera ad negotium ſponſaliorum de futuro parum quadrat, omiſiſſet, & loco illius uſurpaſſet ſimile de pacto emendi & vendendi. Ut res clarior evadat: In emtione venditione plerumque futurus emtor quærit venditorem, eique ſe offert ad emendum, venditor vero ſpatium deliberandi petit. Hic eſt primus gradus tractatus. Huic ſimilis eſt oblatio ſponſi die Anwerbung. Sequitur alter gradus tractatus in emtione, pactum mutuum de emendo & vendendo, cui ſemper ineſt tacita conditio ſi de bonitate mercis & de quantitate pretii convenerint. Huic reſpondent ſponſalia de futuro ſeu pacta de ducendo & nubendo, cui ſemper tacita ineſt conditio, ſi de convenientia morum utrobique, durante converſatione honeſta, per hæc ſponſalia impetrata, accuratius conſtiterit, ſi de dote, dotalitio, donatione propter nuptias, de ſucceſſione &c. prius convenerit inter partes. Sequitur jam tertio in emtione ipſe contractus obligatorius. Huic reſpondet ratihabitio ſponſaliorum per verba de præſenti, quæ hodie nomine ſponſaliorum de præſenti venit. Quarto: Emtio conſummatur per traditionem & ſolutionem pretii: Matrimonium per conjunctionem carnis &c. His vero jam ſuppoſitis quo argumento deciſio juris Canonici impugnari poterit, dum ſtatuit contrahentes ſponſalia ſi vel mutuo recedere a ſponſalibus velint, vel una pars velit ea ratihabere, altera nolit, id permittendum eſſe, nec partes ad adimplementum cogi debere? Quis diceret, emtorem & venditorem futurum

Pœnitentia in ſponſalibus ex natura negotii locum habet.

rum fidem violaſſe, ſi præcedente pacto de emendo & vendendo eoque ſerio (ubi revera venditor quærit emtorem ædium & emtor ædes,) recedunt uterque a tractatibus. Quis diceret, quod hoc ſit res mali exempli, cum juxta proverbium: Das Hauß iſt ſeine/ das Geld meine/ etiam hoc fieri poſſit, & fiat quotidie ſalva utrobique amicitia. Ulterius, quis non juſtiſſime iraſceretur venditori, ſi diceret, ſe paratum eſſe ad vendendas ædes, pretium quod poſtulaverit eſſe juſtum das Hauß ſey in der Warheit ſoviel werth/ ſi provocet ad taxationem magiſtratus, ſi petat, ut judex cogat Reum, ut pretium hoc ipſi ſolvat, daß er dem wunderlichen Menſchen dem Stroß-kopff zurechte ſetze. Aut ſi emtor ſimilia urgeat adverſus venditorem, urgendo ſe pretium juſtum obtuliſſe, & venditorem ex mera avaritia eo nolle eſſe contentum. Id ſaltem jam probandum erit, quod ſecundum jus Canonicum licita ſit receſſio a ſponſalibus, etiam ſi unus ſaltem recedere velit. Nam textus præſens Lancelotti videtur utique loqui de mutuo diſſenſu, & de eo etiam loquitur *c. 2. de ſponſalibus* in margine citatum. Sed de altero caſu diſerte loquitur *c. 17. eod. Requiſivit a nobis tua fraternitas, qua cenſura mulier compelli debeat, quæ jurisjurandi religione neglecta nubere renuit, cui ſe nupturum interpoſito juramento firmavit. Ad quod reſpondeo, quod cum libera debeant eſſe matrimonia, monenda eſt potius quam cogenda, cum coactiones difficiles ſoleant exitus frequenter habere.* Quodſi hæc verba ultima conferas cum verbis hujus paragraphi ultimis, iterum patebit, Lancelottum etiam hoc capitulum inſpexiſſe. Quæ vero *in d. c. 17.* de admonitione dicuntur, horum mentionem fecit ſupra *§. 6. in fine*, non tamen deſumta ex *d. c. 17.* ſed ex *c. 10. eod.* quod capitulum directo contradicit *d. c. 17.* cum Pontifex ibi jubeat, non ſolum monendos ſed & compellendos eſſe per eccleſiaſticam cenſuram qui ſponſalia jurata adimplere nolint, uti etiam Lancelottus *d. §. 6.* retulit. Sed mirum non eſt, quod Papa Papæ contradixerit & quod antinomiæ dentur etiam in jure Canonico. Mirandum potius eſt, qua ratione Theologus, alias magni judicii, Chemnitius ſibi in uno eodemque loco contradicere potuerit, ut, dum fatetur, ſponſalia de futuro, certo non inducere efficacem obligationem; mox tamen ur-

Sive utriusque

Sive alterutrius.

 geat,

non ſunt audiendi:(285) ſi vero alteruter iſtorum ad pubertatis annos pervenerit, intra eosdem annos altero exiſtente,cum ſponſalia contraherentur, ſi is,qui minoris eſt ætatis, (286) ad pubertatis annos perveniens reclamaverit,nec in alterum conſentire voluerit, judicio eccleſiæ ſeparari poterunt.

Mulier viripotens contrahens cum impubere, non poteſt reſilire,ſed impubes, factus pubes, poteſt.

l) can. de illis.§.mulier. extr. de deſpon impuber.

§. 13. Mulier *l*) quoque , quæ nubiles annos attingens,ei qui nondum matrimonio erat aptus, nupſit, cum in eum ſemel conſenſerit, amplius diſſentire non poterit,(287) niſi ipſe, cui nupſit, poſtquam ad legitimam

geat , recedere volentibus, conſcientiam concione pœnitentiali acuendam eſſe, quod jam ſupra *not. 272.* Zieglerus adduxit. Qua de re latius egi *in diſſert. de pactis futurorum ſponſaliorum* §. 25. *lit. a.* Et tota illa diſſertatio plura ſuppeditabit præſentem notam illuſtrantia & probantia. T.

ad §. 12.

Ratio. (285) Quia ſcilicet impuberes nec conſentire nec diſſentire nec quicquam ante pubertatem intelligere exiſtimantur; Expectanda igitur erit pubertas , ut tum geſta ante pubertatem vel probent , vel improbent. Quamprimum autem alteruter eorum (ſi uterque impubes contraxerit ſponſalia) ad pubertatis annos pervenit, non tenetur alterius pubertatem expectare, ſi vult reſilire, quum etiamſi alterum expectaret,ut ad pubertatem perveniret non poſſet ad matrimonium contrahendum cum illo cogi. J. Bapt. Vivianus *ad. c. 7. X de deſponſat. impub.* Z.

Objectio. (286) Alter enim diſſentire pro lubitu non poteſt, quia pubes quum eſſet,ſemel conſenſit, & hinc ex conſenſu proprio obligatur. Sed profecto. ſi ſponſalia demum intelliguntur , ubi utrinque conſenſus interceſſit,utique obligatio non poteſt eſſe μονόπλευρος. Z.

ad §. 13.

Similis objectio. (287) Inſipidum hoc eſt, ſponſalia eſſe contractum ultro citro-

Digitized by Google

mam ætatem pervenerit, in eam ſuum negaverit præſtare conſenſum.

Contrahens ſponſalia cum impubere coacte, non tenetur expectare impuberem.

§. 14. Hæc tamen de his dicta intelliguntur, quæ ſponte cum minoribus ſponſalia contraxerint. Si qua (288) enim *) non tam ſponte ſua, quam a parentibus *) coacta, (289) cum impubere contraxerit, & domum tra- *c. u. de deſponſ. impub.*

troque obligatorium, uti volunt Canoniſtæ, & unum tamen tam arcte obligari, ut pœnitere non poſſit, alterum ita non obligari. Quæ abſurditas induxit Andream Fachinæum, ut diſſentiret, *l. 3. controv. cap. 34.* non ſatis attentus ad Conſtitutionem Pontificiam, aut de induſtria eam contemnens. Z.

ad §. 14.

(288) Indefinite loquitur Lancelottus, omittens circumſtantias *Declaratio.* *in can. u. de deſponſ. impub.* unde hic paragraphus deſumtus eſt, adjectas. Loquitur enim ibi Pontifex de eo caſu, ubi puella quædam anno 12. jurata fuit & deſponſata cuidem puero 9. vel 10. annorum. Lancelottus primam circumſtantiam ideo omiſit, quia, ut verba initialia hujus paragraphi oſtendunt, ob identitatem rationis extendit etiam ad caſum, ſi filia majorennis a parentibus coacta fuerit; poſteriorem vero, quod in dato a Pontifice caſu, ſponſa ætate provectior erat ſponſo, ideo omiſit, quia putavit eam circumſtantiam ex verbis ſequentibus: *ſi puerum* &c. colligi poſſe. Igitur intuitu hujus circumſtantiæ hic paragraphus ſimul continet limitationem eorum quæ poſuerat §. 12. in verbis: *ſi is qui minoris eſt ætatis* &c. T.

(289) Minis ſcilicet & verberibus. Solum enim reverentialem metum non ſufficere, conſtans eſt Doctorum ſententia. Didac. *Metus explicatio.* Covarruv. *de matrimon part. 2. c. 3. §. 6. n 3. ſeq.* Beuſt. *de matrim. p. 2. c. 44.* Z.

Digitized by Google

traducta fuerit,(290) licet aliquando ibi invita permanſerit,(291) ſi puerum uſque annum decimum quartum minime exſpectandum duxerit, ei alium ſibi virum accipiendi libera concedenda facultas erit. (292)

Sponſalia contracta a parentibus, non tenent, niſi filii aſſentiant & ratificent.

m) c. 1. §. fin. de deſponſ. impuber. in 6.

§. 15. Non abſimile eſt *m*) quod de ſponſalibus, quæ parentes (293) pro filiis puberibus frequenter contrahunt, ſtatuitur: nam ſi quidem ipſi filii expreſſe conſenſerint, vel tacite, ut ſi præſentes fuerint, nec contradixerint, (294) obligantur: & ex eis oritur publicæ hone-

---

Deductio in domum. (290) Ad conſummationem enim matrimonii & mutuam converſationem neceſſarium eſſe videtur, ut conjuges in unas ædes conveniant. Et hinc ex deductione in mariti domum, matrimonium colligere licet, ſi quidem non invita, ut hic contigit, deducta fuerit. Z.

Limitatio. (291) Alias ſi non invita, ſed ceſſante jam metu, ſponte cohabitaſſet, metus antecedens purgatus, novusque conſenſus interceſſiſſe præſumeretur. Menoch. *l. 3. præſumt. 4. n. 30.* Gail. 2. *Obſ. 93. num. 28.* Z.

Declaratio. (292) Prævia tamen monitione, ut, ſi fieri poſſit, aliis interim nuptiis abſtineat. Z. *per d. cap. 11.*

ad §. 15.

Limitatio. (293) Vid. Carpzov. *lib. 2. Jp. Conſiſt. def. 26.* Eſt autem hoc ſpeciale in parentibus. Alius enim extraneus ſi deſponſaverit Titiam, etſi illa non contradicat, propterea tamen non obligatur, nec ſponſalia valida ſunt, quia de ſuo quem promittere oportet, non de alieno, *l. 83. ff. de V. O.* Cæterum de Jure Civili major hic fuit poteſtas patris in filiam, quam in filium. Hic enim diſſentire poterat ex quacunque cauſa, illa non aliter, niſi indignus moribus vel turpis ſponſus a patre electus fuiſſet *l. 12. ff. de ſponſal. c. 7. §. 4.* Z.

(294)

honeſtatis juſtitia.(295) Idem etiam obtinet,ſi filii tempore ſponſaliorum abſentes, & etiam ignorantes eadem ſponſalia, poſt ſcientes & prudentes ratificaverunt(296) tacite,vel expreſſe: alias ex ſponſalibus contractis a parentibus pro filiis, nec ipſi obligantur,(297) nec publicæ honeſtatis juſtitia inde exoritur.

Spon-

---

(294) Ex Jure Civili id de filiabus tantum intellectum volunt, nec tacitum filiorum conſenſum ſufficere. Vid. Bachov. *ad Weſenbec. de ſponſal. n. 4.* Z. *Differentia jure civili.*

(295) Quid ſit publicæ honeſtatis juſtitia explicat autor infra *tit. 12. §. 16.* T. *Remiſſio.*

(296) Hoc igitur caſu non ſufficit deſponſationem parentum compertam habere & non contradicere, ſed opus eſt actum aliquem alium ratificationis accedere. Z. *Declaratio.*

(297) Quia quoad matrimonium filii cenſentur ſui juris, nec dependent a patria poteſtate, ita, ut inviti ad matrimonium cogi nequeant. Loquitur autem hic Autor de filiis puberibus. De filiis autem impuberibus decidit Papa *c. 1. X. de deſponſ. impub.* poſſe talem a patre, cui velit, matrimonio tradi, & poſtquam filius pervenerit ad perfectam ætatem, omnino debere hoc adimplere. Quæ Conſtitutio quum dura videatur, variæ excogitantur explicationes. Et fatetur atque agnoſcit Joh. Bapt. Vivianus *ad iſtum Textum*, quoad juris vinculum nullam ex paterna hoc deſponſatione ipſi Filio oriri obligationem, & propterea honeſtum quidem eſſe ait, ut filius poſt adultus adimpleat ſponſionem patris, neceſſarium tamen præciſe non eſſe. quam explicationem etiam tenet Gloſſa. Sed hæc non ſatisfacit Paulo Laymanno *l. 5. theol mor. tr. 10. p. 1. c. 1 n. 12.* Ipſe igitur aliam confingit, nempe, non abſolute intelligi debere Pontificis verba, ſed ad hoc, ut matrimonium valeat, neceſſe eſſe, ut filius poſt pubertatem conſenſu ſuo ratificet. Diffuſior eſt in hoc nodo reſolvendo & intricatior Auguſtinus Barboſa *ad d. c.* Sed nihil agit, quum- *De filiis impuberibus, durities juris Canonici.*

Sponſalia diſſolvuntur ipſo jure, quando non habetur ratio voluntatis contrahentium.

§. 16. Diſſolvuntur ſponſalia, aut ipſo jure, aut facto hominis. Ipſo jure (298) tunc dicuntur ſponſalia diſſolvi, ut cum nulla habita ratione voluntatis & conſenſus partium, ex certa ſuperveniente cauſa diſtrahuntur: ut ex contractu matrimonii, ſacrorum ordinum ſuſceptione, religionis ingreſſu, cognationis interventu.

Matrimonium per verba de præſenti contractum tollit ſponſalia præcedentia, & juramento firmata: ſed matrimonium contractum per verba de præſenti, non irritatur etiam ſecuta copula.

*) *c. 31. de deſp. imp.* §. 17. Si quis igitur eam, *) quæ tibi deſponſata (299)

quum tam perſpicua ſint verba Pontificis, ut intortum ſenſum non ferant. Et abſolutam filio imponi neceſſitatem tuetur Cujacius *ad d. cap.* ex ea ſcilicet ratione, quia pater perinde ut tutor conſenſum & judicium impuberis ſuppleverit, ut æque ratum ſit, quod fecit pater, ac ſi feciſſet ipſe filius. Sed enim firma adhuc manet regula, non cogi poſſe a patre filium ad matrimonium ex ſponſione patris promiſſum, potiusque eſt, ut Pontificem hic juris naturæ vincula violaſſe dicamus. Z.

ad §. 16.

Quid ſit: ipſo jure? (298) Præcedente tamen ſententia ſuper facto, de quo ſi non conſtet, neque lex quidem executionem ipſo jure operabitur. Eſt autem verborum *ipſo jure* hic effectus, ut operentur non demum a ſententia, ſed ab ipſo momento, quo quid factum eſt. Joh. Petr de Ferrariis *in prax tit. 45. gloſſ. 8.* Bachov. *in Treutler. vol. 2. diſputat. 29. th. 1. lit. A.* Z.

(299)

fuerat (299) per verba ſibi junxerit de præſenti, (300) etiam ſi inter te & ipſam ſponſalia juramento firmata extitiſſent, (301) cum tamen copula non intervenerit, (302) nihilominus per ſecundum matrimonium, (303) etiam

---

ad §. 17.

Declaratio. (299) Per verba de futuro, quibus nondum induci efficacem obligationem matimonii, jam ante dixi. Z.

Initium veri conjugii. (300) Quando ſcilicet partes mutua pactione categorice de conjugio in præſenti paciſcuntur, h. e. quando ipſe conjugii contractus categorice pura pactione in præſenti celebratur, ea intentione, ut abſolute matrimonium ineatur. Talis enim pactio inducit efficacem obligationem, nexum & vinculum conjugale, atque adeo eſt initium veri conjugii. Z.

Cur juramentum hic non fortiorem effectum habeat. (301) I. Sponſalia enim quia de futuro ſunt, juramentum additum ſimiliter id quod futurum eſt reſpicit. At in terminis fortioribus conſiſtit id, quod fit de præſenti. Quemadmodum ſi perfecto contractu Titio vendiderim ædes meas, plus confectum intelligitur, quam ſi promiſerim, etiam ſub juramento, vendere me ei velle. Z.

Conſenſus Ziegleri quod ſponſalia ſint meri tractatus. II. Quamvis doctrina mea & explicatio de natura ſponſaliorum & effectu *not. 284.* expoſita, multis forte ex noſtratibus non ſit placitura, gratum tamen eſt, quod quæ paſſim ad hunc titulum obſervavit Zieglerus, & inprimis *hac nota* & *nota. 299.* indicent, eum revera mecum ſentire, & ſponſalia Juris Canonici pro meris tractatibus habere. T.

Matrimonium præſumtum. (302) Per hanc enim ſponſalia de futuro in ipſum tranſeunt matrimonium. Et tale matrimonium dicitur præſumptum *c. 30 X. de ſponſal.* quod propter copulam intervenientem potentius eſt poſteriore matrimonio ſolenniter reapſe cum alia perſona contracto. Z.

Matrimonii veri initium. (303) Ita dicuntur ſponſalia de præſenti inſecuta. Sponſalia enim de præſenti faciunt matrimonium initiatum & ratum, quo animi quoad propoſitum ad cohabitationem conjugalem a DEO ipſo con-

 jun-

etiam te invito, tolluntur: (304) licet fidem frangentibus, ſalutaris ſit injungenda pœnitentia: (305) quanquam ſi prius per verba contraxiſſes de præſenti, ita firmum maneret matrimonium, ut per ſecundum, etiam ſecuta copula, tolli non poſſit. (306) Nec enim ut pactio-

---

junguntur & uniuntur. Et licet ipſa etiam in futurum reſpiciant quod ſcil. ſponſa adhuc tradenda & adducenda ſit ſponſo, vere tamen conjugium ſunt, & jam initium factum eſt præſentis conjugii. quemadmodum vere jam emptio facta eſt, etſi traditio poſſeſſionis ad futurum aliquod tempus differatur. Z.

Praxis apud Proteſtantes. (304) Regula igitur hæc eſt: *Sponſalia de futuro, etiam jurata, diſſolvuntur per alia ſponſalia de præſenti.* Vid. Carpzov. *Jp. Conſiſt. l. 2. def. 18.* Z.

An. & cur puniendi, qui a ſponſalibus recedunt? (305) I. Per pœnitentiam hic intelligit pœnam & cenſuram Eccleſiaſticam, quam ſalutarem dicit ex phariſaico ſupercilio, & nimia immerito bonorum operum fiducia. Recte autem puniuntur, qui fidem datam frangunt. Z.

II. Sed quomodo poterit dici fidem datam fregiſſe, qui fidem non dedit, ſed ſaltem in tractatu fuit conſtitutus, ut ipſe Zieglerus agnovit *nota 299. & 301.* Ex hypotheſi igitur juris Canonici peculiari de natura juramenti, punietur hoc caſu a ſponſalibus prioribus recedens intuitu juramenti. T.

Ratio. Benedictio ſacerdotalis an ſit de eſſentia conjugii. (306) I. Ratio eſt, quia priora ſponſalia matrimonium perfeciſſe intelliguntur. Ergo quod ſequitur matrimonium, adulterium ſive ſtuprum potius eſt, quam matrimonium. Subſiſtent tamen ſponſalia poſteriora de præſenti contracta, & concubitu confirmata, ſi prior ſponſa nolit cum adultero matrimonium conſummare, id quod ipſius arbitrio committendum eſt. Joach. â Beuſt. *de ſponſal. c. 10.* Hac igitur ratione per adulterium videntur ſponſalia priora hactenus ſoluta, ut niſi per novum ſponſæ prioris conſenſum & accedentem condonationem redintegrentur, ex parte ejus obligatio plane ceſſet. Cæte-

rum

rum majorem adhuc effectum tribuunt nonnulli benedictioni Eccleſiaſticæ, dum ſtatuunt, ſponſalia priora per poſteriora propter carnalem copulam non tolli, tolli tamen propter *ἱερολογίαν*, ſi ea poſterioribus ſponſalibus acceſſerit. Vid. Carpzov. *l. 2. defin. Conſiſt. 65. & 66.* Cui reponi poſſet, quod copula carnalis ad uſum conjugii & ſic ad naturalia ejusdem pertineat, benedictio autem ſacerdotalis extrinſecus ex conſtitutione Eccleſiaſtica advenerit. Vid. Joh. Selden. *in Uxor. Hebr. l. c. 2. 29.* & proinde non videantur fortius ligari ſponſalia per benedictionem ſacerdotalem, quam per copulam. Etſi enim neceſſaria ſit benedictio ſacerdotalis & hodie ad formam externam conjugii pertineat, ita ut, omiſſa ea liberi nec legitimi dici, nec ad patris hereditatem cum aliis legitimis admitti debeant, uti anno 1642. menſ. Januar pronunciavit Facultas juridica Lipſienſis, referente Sam. Mosbach *diſp. ad L. civitas. in corollar. 1.* non alia tamen ejus eſt neceſſitas, quam præcepti, h. e. extrinſeca, cum copula carnalis ante omne præceptum Eccleſiæ ex ipſa inſtitutione divina ad uſum matrimonii pertinuerit. Z.

II. Illuſtrantur hic dicta per ea quæ Zieglerus *de Epiſcopis lib. 3. cap. 20. §. 5.* ex *Novella 74. c. 4.* docet, adhuc Juſtiniani tempore benedictionem ſacerdotalem in nuptiis nondum uſu fuiſſe receptam, & §. 6. obſervat, primum Leonem Imperatorem, cognomento Philoſophum, in *novella 89.* ea de re legem conſcripſiſſe, poſt Leonem vero Alexium Commenum ſpeciali conſtitutione a Leunclavio in *jure Græco-Rom. lib. 2.* adducta, juſſiſſe non in nuptiis tantum, ſed in ſponſalibus etiam ſacras preces concipi & adjungi, utve inter ſponſalia & nuptias aliquod temporis intercederet. Sane, quod jus Canonicum attinet; *titulus ſequens* oſtendet, benedictionis ſacerdotalis ibi nullam fieri mentionem, tantum abeſt, ut Jure Canonico ea ad eſſentiam matrimonii requiratur, oſtendet etiam, jure Canonico non requiri, ut inter conſenſum, per verba de præſenti declaratum, & copulam, aliquod ſpatium temporis intercedere debeat. Imo ipſe Carpzovius, a quo hic recte diſſentit Zieglerus, alios JCtos proteſtantes citavit qui hac in quæſtione nullum peculiarem effectum benedictionis ſacerdotalis agnoverunt, & ſimul memorat, quod ipſe alibi hanc ſententiam fuerit ſecutus. Obſervatis autem hiſce facile reſponderi poteſt ad Carpzovii ibi-

Illuſtrantur dicta.

Origo ſponſaliorum de præſenti, diſtinctorum a nuptiis.

Carpzovii diſſentientis

pactionis fidem (*) interdum frangi jura ſuſtinent, ita etiam

(*) *c. 1. de ſponſ. duor.*

---

primarius error. ibidem ſententiam priorem mutantis, rationes; quas inter præcipua eſt, quam circa finem dictæ definitionis affert, quod benedictio ſacerdotalis efficiat, ut matrimonium ſit ſacramentum, quæ ratio per ſupra notata *not. 250.* JCtum Evangelicæ religioni addictum parum decebat. Poterit etiam ex hactenus dictis facile reſponderi Henrico Chriſtophoro Hochmanno *de benedictione nuptiali c. 6. §. 3. & ſeq.* magno conatu id agenti, ut probet, benedictionem ſacerdotalem pertinere ad eſſentiam matrimonii, non quidem in genere conſiderati, ſed in ſpecie Chriſtiani. Adde B. Strykium filium *de reliquiis ſacramenti in cauſ. matrim. cap. 3. §. 2. ad §. 13.* Excerpam hic

Ejus fundamenta & rationes ab alio prolixius explosa. ſaltem marginalia. *Copula ſacerdotis eſt inventum pontificiorum. Ratio inventi 1. ut ſtabiliatur dominatus papalis, 2. ut augeatur jurisdictio Pontificis, 3. ut obſervetur ratio ſacramenti. Eſt ergo ex reliquiis papatus quod noſtri nimium tribuant copulæ ſacerdotali, & eam inſtitutionis divinæ eſſe ſuperſtitioſe aſſerant. Sententia doctorum de origine copulæ ſacerdotalis examinatur. Status controverſiæ. An veſtigia illius copulæ reperiantur in Eccleſia Paradiſiaca? Nec reperiuntur in Eccleſia Patriarchiali, nec in Eccleſia Moſaica, nec in Eccleſia novi teſtamenti tempore Chriſti & Apoſtolorum. Locus Ignatii examinatur, item Evariſti, Soteri, & Clementis Alexandrini. Tertulliani teſtimonia perpenduntur. Seculo 4. ſeqq. quædam reperiuntur veſtigia creſcente dominatu Cleri. Nondum tamen continuo uſu hic ritus receptus, nec Juſtiniani tempore, ſed tamen ſeculo 9. lege publica introductus.* Tum §. 14. ſequentibus ſententiam ſuam de copula ſacerdotali exponit, & Carpzovio aliisque diſſentientibus reſpondet. Etſi vero ejus ſingulas aſſertiones non faciam meas, tamen pleraque ex ibi dictis cum hactenus obſervatis conveniunt. Quæ vero ſit mea de hodierno uſu copulæ ſacerdotalis, ſententia, expoſui *in diſſertatione de Uſu practico tit. Inſt. de nuptiis c. 2. §. 9.* T.

etiam fidem conſenſus aboleri permittunt. (307)

Per ſuſceptionem ſacrorum ordinum, & ingreſſum monaſterii diſſolvuntur ſponſalia.

§. 18.

---

(307) I. Quid ſit fides pactionis & fides conſenſus, explicatur in *can. ult. 27. q. 2. & c. 1. X. de deſponſ. duor.* Sed admodum obſcure. Auguſtinus, qui illic Autor ejus diſtinctionis fingitur, quo in loco eam propronat, nemo adhuc dicere potuit, quod fatetur & Antonius Auguſtinus & Cujacius. Senſus ex mente Auguſtini Barboſæ, Johannis Baptiſtæ Viviani, Cujacii & aliorum hic eſt, pactionis fidem referri ad ſponſalia de futuro; fidem conſenſus ad ſponſalia de præſenti: ſponſalia de futuro poſſe frangi per ſponſalia de præſenti, ſed ſponſalia de præſenti non poſſe frangi per alia poſteriora, quæ itidem fiunt de præſenti. Z. *Quomodo differant fides pactionis & fides conſenſus.*

II. Ut intelligatur eo diſtinctius ſententia mea de hac quæſtione, deſcribam prius textum *capit. 1. de ſponſ. duorum.* Auguſtinus *de fide pactionis & conſenſus. Duobus modis dicitur fides, pactionis, & conſenſus. Si aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactionis non debet aliam ducere: ſi aliam duxerit, pœnitentiam debet agere de fide mentita: maneat tamen cum illa quam duxit. Non enim reſcindi tantum debet ſacramentum. Si autem fecerit fidem conſenſus, non licet ei aliam ducere: ſi autem duxerit, dimittet ipſam & adhærebit priori. Eſt autem fides pactionis, quando aliquis alicui promittit fidem, quod eam ducet, ſi permiſerit eum rem ſecum habere, vel etiam pro conſenſu. Fides autem conſenſus eſt, quando non ſtringit manum, corde tamen & ore conſentit ducere, & mutuo ſe concedunt unus alii, & mutuo ſe ſuſcipiunt.* Locum non eſſe Auguſtini, credo hodie eſſe omnibus cognitum. Vide Gonſalez Tellez *ad hoc capit.* Quisquis vero ſit hujus capituli Autor, puto verſiculum: *eſt autem fides pactionis* &c. a monacho idiota & doctrinæ juris Canonici parum gnaro priori fuiſſe adjectum, & hanc cauſam eſſe, cur Zieglerus dixerit explicatio- *Illuſtrantur dicta.*

(*) *c. 16. de deſp. imp.* (n) *c. 2. ext. de conver. conjugat.*

§. 18. Item ex contrario, Si quis ſacris (308) ordinibus (*) fuerit inſignitus, aut religionem fuerit ingreſſus, pari ratione ſolvuntur ſponſalia. Conſultius (*n*) tamen (309) egerit, qui certam mulierem ſe ducturum in uxorem forte jurejurando firmaverit, (310) ſi antea con-

nem in hoc capitulo contentam, eſſe valde obſcuram. Si vero hunc verſiculum poſteriorem tollas, nihil clarius videtur explicatione in verſiculo præcedente prolata. Nimirum fides pactionis, eſt idem ac fides pacti de ineundo matrimonio, ſeu tractatus conventionem ipſam præcedentis; & fides conſenſus, eſt fides contractus ipſius per verba de præſenti. Ratio vero diverſitatis, & quod a contracto matrimonio non poſſit recedi, ne quidem diſſenſu mutuo, non alia in ratione quærendum, quam, quod matrimonium ſit ſacramentum, ut vel ex verbis *d. cap. 1.* patet. Conf. Strykium *d. diſſert. de reliq. Sacram. c. 2. §. 8.* T.

ad §. 18.

Remiſſio. (308) Dicam ad *tit. 12. §. item voti 4.* Z.

Explicatur Autor. (309) Tutius id eſſe, legitur in textu originali *c. 16. X. h. t.* quod alii ad conſilium, alii ad neceſſitatem referunt. Cum illis, qui communem faciunt, ſentit hic Autor. Z.

Juramenti efficacia in ſponſalibus. (310) Nota alias eſt hypotheſis Juris Canonici, quod juramenta quæ ſalva ſalute æterna ſervari poſſint, ſint ſervanda *c. cum contingat de jurejurando* de qua ſuo loco prolixius agam in notis *ad lib. 3. tit. 3. §. eodem etiam 3.* ubi eſt primaria ſedes hujus materiæ. Cum qua prima fronte non videtur cohærere *cap. 17. de ſponſal.* ſupra relatum *nota 284. circa finem.* Sed ſi penitus intuearis contenta capituli, nulla ſubeſt contradictio. Præſupponit enim modo memorata regula de peculiari efficacia juramenti, conventionem perfectam, quæ in ſponſalibus, ut toties inculcatum, non adeſt, cum ſint pacta ſaltem de contrahendo. Cum tamen *d. n. 284.* ſimul obſervaverimus *cap. 10. de ſponſalibus* contradicere *d. c. 17.* & injungere ut

Google

contrahendo Jusjurandum ſervaverit: poſteaque nulla ſubſequente carnali copula (311) religionem ingrediatur. (312)

Affinitas ſuperveniens dirimit ſponſalia de futuro.

§. 19.

---

ut jurantes per excommunicationem cogantur ſponſalia conſummare & ratihabere; videtur Autor iſtius capituli 10. obiter ſaltem attendens dictam regulam Juris Canonici de ſervandis juramentis, quæ ſalva ſalute æterna ſervari poſſunt, ex illa regula male intellecta concluſionem ſuam formaſſe. T.

(311) At hoc eſt ludificare & circa juramentum cavillari. Qui enim mulierem ſe in Uxorem ducturum jurat, procul dubio abſolutiſſimam matrimonii conſummationem jurat. Non conſummat autem qui finem intervertit, & copula carnali ſponſam defraudat. Similis cautela proponitur in *c. debitores 6. X. de jurejur.* ubi debitor, qui juravit uſuras ſolvere, ad earum ſolutionem cogi debere dicitur, poſt ſolutionem vero cogi debere creditores ad earum reſtitutionem. Quaſi vero DEO, qui in teſtimonium promiſſionis & ut vindex perjurii invocatur, cuique ex hujusmodi promisſione principaliter obligatio quæritur, ſatisfiat, ſi quis id, quod ſoluturum ſe juravit, una manu ita det, ut altera recipiat, & non potius DEO ſimul & hominibus illudatur Dan. Moller. *l. 3. ſemeſtr. c. 39. n. 6. 7.* Franzk. *l. 2. reſolut. 5. n. 81. ſeqq.* Cujac. *ad c. 6. X de jurejur.* Quam intricate alias deciſionem Pontificis reſolvant Canoniſtæ, videri poterit, apud Covarruv. *in c. quamvis p. 2. §. 3. n. 1. 2. 3. 4.* Auguſtin. Barboſ. *ad d. c. 16. X. h. t.* Z. *Notatur jus Canonicum.*

(312) Hoc eſt ordinem monaſticum. Pontificii enim religionem κατ' ἐξοχὴν ſumunt pro ſtatu eorum, qui per profesſionem caſtitatis, paupertatis & obedientiæ ſe prælati vel abbatis imperio ſubjecerunt. Bart. Cartagena *in expoſ. titul. jur. can. l. 3. tit. 31. obſ. 3.* Z. *Declaratio.*

ad §.

§. 19. Item ſi inter ſponſum & ſponſam affinitas ſuperveniat, utputa, ſi ſponſum *o*) propinquam ſponſæ cognoviſſe, aut manifeſtum ſit, aut de hoc ſit publice diffamatus, (313) aut ſpiritualis inter eos cognatio (314) interceſſerit: diſſolventur inter eos ſponſalia, nec ad matrimonium perveniri poterit.

(o) *c. 2. ext. de conſanguinit. & affin.*

Ponit, quomodo facto hominis ſponſalia diſſolvuntur.

§. 20. Facto hominis (315) diſſolvuntur ſponſalia, vel

ad §. 19.

Dubii reſolutio. (313) Puto tamen, famam fulciri debere quibusdam conjecturis, ut præſumtive ſaltem conſtet de fornicatione interveniente, Carpz. *d. l. def. 185.* Fallaciſſimam enim ex ſola fama peti probationem nemo ignorat. Sed fama tamen ſola ſufficere videtur ad diſſolvenda ſponſalia de futuro, & de his intelligendus eſt hic textus, uti apparet ex *c. 2. X. de conſangv. & affin.* Add. Kitzel. *de matrim. c. 8. theor. 13. lit. b.* Z.

Remiſſio. (314) Dicam de tali cognatione *ad tit. 13. §. 1.* Z.

ad §. 20.

An judicis ſententia neceſſaria. (315) I. Non quidem judicis, ſed alterutrius, aut utriusque qui fidem ſibi dederunt. Factum tamen judicis, h. e. ſententia dirimens ut accedat, neceſſe eſt. Z.

II. Sed mallem, ut Ziegl erus textum juris Canonici adduxiſſet, per quem iſta neceſſitas ſententiæ judicialis probaretur. Unde videtur potius illa obſervatio Ziegleri orta eſſe ex obſervantia judiciorum apud Proteſtantes, ubi hodienum ſponſalia de futuro **das Jawort**/ non habentur pro tractatibus, ſed iis efficacia veri contractus tribui ſolet, contra quam ſententiam diſputavi jam ſupra *nota 284.* T.

(316)

vel contrario utriuſque contrahentis (316) conſenſu, vel cum legitima emergente cauſa, diſſolutio alterius tantum voluntati permittitur: veluti, ex fornicatione, *p*) abſentia, membrorum amiſſione, incurabilis morbi interventu.

p) c. 2. 31. q. 1. c. Apoſtolus & c. omnes 32. q. 7. c. diſcretionem de eo qui cogn. conſangu.

Sponſalia diſſolvuntur contrario conſenſu, nec pœnæ appoſitio ſponſalibus appoſita, aliquid operatur.

§. 21. Si contrahentes igitur, *) vel ſeſe invicem liberent, (317) vel impubes contrahens adveniente pubertate, ratum nolit habere matrimonium, (318) diſſolventur ſponſalia: nec aliquid proderit, quod ſub certa pœna contracta fuerint: cum enim libera matrimonia *q*) eſſe deceat, pœnarum inanis omnis eſt adjectio. (319)

**) c. 2. de ſponſal.*

Ob

q) c. Gemma §. cum itaque extr. eod. tit.

(316) Imo etiam alterutrius, ut recte obſervavit Zieglerus in nota præcedente & probavi *d. not. 284. circa finem.* T.

ad §. 21.

Diſtinctio Ziegleri

(317) I. Si accipiatur hoc de ſponſalibus, quæ vocantur de futuro, ſalva res eſt, dum tamen moneantur prius partes, ut potius fidem datam ſervent, quam hic committant aliquid, cujus pœnitere aliquando eas poſſit. Sponſalia autem de præſenti diſſolvi mutuo diſſenſu haudquaquam poſſunt. Dixi ea de re jam ſupra. Vid. Carpzov. *Jp. Conſiſt. l. 2. def. 173.* Finckelth. *obſ. 42.* Z.

Rejecta.

II. Nullum eſt dubium, quin Pontifex hic loquatur de ſponſalibus de futuro, quia ſponſalia de præſenti jus Canonicum ignorat, per *notam 255. ſect. II.* Quæ vero de admonitione hic addit Zieglerus, ad ea jam reſpondi *nota 284. in fine.* Denique quod etiam ſponſalia de præſenti mutuo diſſenſu diſſolvi poſſint probabo infra in notis ad *tit. 16. §. 2.* T

Remiſſio.

(318) Repete dicta ad §. *10. & 12.* T.

Dubia varia.

(319) I. Hoc etiam jure civili obtinet, quo & ipſo inhoneſtum viſum eſt vinculo pœnæ matrimonia obſtringi, ſive futura, ſive jam

Mmm mm con-

Ob fornicationem poſt ſponſalia, etiam juramento firmata, commiſſam, poteſt quis licite reſilire: & id quod conjunctos disjungit, multo magis impedit conjungendos.

§. 22.

contracta *l. 134. ff. de V. O. & l. ult. in fin. C. de ſponſal.* nec refert, parentes, an vero ipſi liberi pœnam ſponſalibus adjiciant, quia utroque caſu verendum eſt, ne liberi præter voluntatem matrimonio aſſentiantur, tantum ut pœnam evitent. Anton. Guibert. Coſtan. *de ſponſalib. tit. quot. mod ſponſal. dic. n. 8.* Admittit tamen Sichardus *ad d. l. fin. C. de ſponſ. n. 23.* pœnam aliquam modicam, per quam libertas ſponſaliorum non tollitur. Admittit etiam *num. 27.* pœnam ab extraneo promiſſam. Adhuc longius procedit Simon a Grœnewegen *de Leg. abrog. in Holland. ad d. l. fin. n. 9.* dum putat, ſubſiſtere hodie ſponſalibus adjectam ſtipulationem pœnalem, ideo, quod contractis legitime ſponſalibus, contrahentes hodie cogi poſſint ad matrimonium conſummandum. Quæ ratio non videtur eſſe nullius momenti, præſertim cum & a Leone Imperatore *novell. 18.* ut in ſponſalibus conſtituta pœna exigatur, ſancitum ſit. Add. Cypræ. *de ſponſal. c. 8. §. 18.* Beuſt. *de ſponſalib. c. 4.* Didac. Covarruv. *de matrim. p. 2. c. 3. §. 7. n. 7.* qui omnes ſponſalia & matrimonia ab omni pœna libera eſſe debere magno cum applauſu contendunt. Sed qualis olim ea libertas fuerit, optime explicatur *in l. 2. C. de inutil. ſtipul. Libera* (dicitur ibi) *matrimonia eſſe antiquitus placuit.* (Nota hic iſtud *antiquitus*, quod mox explicatur; hodie enim etiam libera ſunt, non tamen, ut antiquitus) *Ideoque pacta, ne liceret divertere, non valere: & ſtipulationes, quibus pœnæ irrogarentur ei, qui quæve divortium feciſſet, ratas non haberi conſtat.* Ex quo textu patet, quæ fuerit illa libertas, quam ita ſancte cuſtoditam voluerunt Romani, ut ne pœnam quidem in contrarium admitterent, nempe libertas, aut licentia potius contrahendi & diſtrahendi pro lubitu, quam merito hodie abominamur. Doctores igitur, quæ propter hanc libertatem conſtituta fuerunt, cum libera eſſe matrimonia contrahenda debere paſſim inculcant, ſimul illa quoque applicant, non attendentes, longe alium eorum fuiſſe finem. Z. II.

Google

§. 22. Unius quoque tantum diſſenſu, etiam jurati, ſolvuntur interdum (320) ſponſalia, veluti, r) ſi quis aliquam ſe in uxorem ducturum juraverit: & ea poſt- mo-

r) *c. quemadmod. de jurejurand.*

II. Verum eſt, rationes juris civilis non quadrare ad principia juris Canonici, neque ad mores noſtros. Ergo qui ex noſtratibus ſententiam juris Canonici, quod ſponſalia ab omni pœna debeant eſſe libera, defendunt, in eo peccant, quod parum convenienter doctrinam juris civilis hic miſceant. Interim illi, qui cum Ziegle̊ro pœnas hodie admittunt, probe conſiderare debent, annon magis papizent, quam ipſum jus Canonicum. Valde enim vereor, ne, ſi urgeantur, primaria eorum ratio ſe fundatura ſit in hypotheſi, quod matrimonium ſit ſacramentum. T. *Reſponſio ad ea.*

ad §. 22.

(320) Cur *interdum?* cum tamen jam ſupra *not. 284.* in fine oſtenſum fuerit, & a Ziegle̊ro etiam agnitum *not. 299.* quod regulariter ſponſalia Jure Canonico etiam unius diſſenſu ſolvi poſſint, tanquam videlicet meri tractatus. Saltem quoad jurata diſſenſus eſt inter *cap. 10.* & *17. de ſponſalibus* jam aliquoties notatus. Lucius III. rationem generalem ſecutus, quod ſponſalia ſint tractatus, etiam eandem rationem putavit valere in ſponſalibus juratis adeoque impune poſſe recedere partem alterutram arbitratus eſt. At Alexander III. cujus eſt *cap. 10. eod.* jurata ſponſalia contrahentes ſine pœnitentia ſeu excommunicationis metu, noluit recedere poſſe a ſponſalibus. Lucii tertii doctrina rationalis eſt, Alexandri III. rationi repugnat per dicta *nota 310.* Cur ergo Lancelottus in his inſtitutionibus ſecutus eſt tantum ſententiam Alexandri tertii, & neglexit plane juſſa Lucii III. in tantum, ut eorum, quantum recordor, ne quidem meminerit? Non meminit credo, quia ſenſit *cap. 10. & 17.* directo contradicere ſibi, & tamen rationem conciliandi non habuit, rationem vero diſſenſus ignoravit. Ideo vero doctrina Alexandri III. magis fuit ad palatum Lancelotti quam ſententia Lucii III. quia ſecundum ſuperſtitionem illorum temporum traditiones Eccleſiaſticæ quo magis eſſent a ratione recta alienæ, eo magis cenſebatur myſte- *Objectio varia contra Lancelotti Doctrinam.*

 rium

Google

modum fornicata (321) fuerit. Nam licet eidem fornicationem non poſſit opponere præcedentem, (322) ob ſubſequentem tamen poterit eandem in conjugem nonducere:

rium aliquod ſub iis latere, & pium credebatur rationem captivare ſub fide. Atque hæc ſententia vel ideo veroſimilis eſt, quia hæc methodus paſſim adhuc, præcipue in cauſis matrimonialibus, dominatur inter Proteſtantes. His præmiſſis præſens paragraphus continet limitationem doctrinæ Alexandri III. ſcilicet ſecundum eam regulariter ſponſalia jurata debebant adimpleri, ſi recedentes pœnam excommunicationis effugere vellent. Ab hac regula excipe caſus hujus & ſequentium paragraphorum ob rationes ibi contentas vel notandas. T.

Fornicatio hic ſumitur impropriè. (321) I. Vocabulum fornicationis hoc loco generaliter ſumendum eſt pro quovis concubitu illicito. Alias enim denotat ſoluti cum meretrice ſoluta, quæ ſe proſtituit, concubitum. Hic vero non neceſſe eſt, ut pluribus ſe proſtituat, ſufficit, ſi uni tantum corporis ſui copiam faciat ſponſa. Z.

Origo hujus improprietatis & progreſſus. II. Eſt & hoc inventum Papiſticum, mutata ſignificatione terminorum corrumpere dicta ſcripturæ. Valde differunt apud Hebræos, Græcos, Romanos, ſcortatio, ſtuprum, adulterium, concubinatus; at a Patribus Eccleſiæ hæc omnia cœpere promiſcue uſurpari *can. 9. diſt. 4. can 2 C. 32. q. 2. can. 11. ead. C. 32. q. 4. can. 6. diſt. 34.* &c. Vide diſſertationem meam *de concubinatu* §. 19. 20. 21. Hanc confuſionem Canoniſtæ in formam artis redigentes, ſuppoſita hypotheſi, matrimonium eſſe ſacramentum, docuerunt, omnem concubitum extra matrimonium eſſe fornicationem & adulterium. Cur? quia ſic voluerunt, & Laici hæc omnia credere & rationem ſub fide captivare debuerunt. T.

Variæ obſervationes. (322) I. Aliter & rectius Leo Imp. *Novell. 93.* dum tamen tempore ſponſaliorum ſponſus fornicationis fuerit ignarus, Carpzov. *Jp. Conſiſt. l. 2. defin. 187.* Schiffer. *part. 1. qu. 11. n. 14. ſeq.* Compreſſam

preſſam igitur ab alio ignoranter qui ducit, juſte errorem prætendit; dumque adeo ex ejus parte conſiſtit error, ex parte ſponſæ dolus, qualis tum intercedat conſenſus, judicare poterit etiam, qui infirmius habet judicium. Conf. Alberic. Gentil. *lib. 6. de nupt. c. 13.* Andr. Gerhard. *exerc. Juſtinian. 2. n. 7.* Val. Riemer. *decad. 2 quæſt. 6.* Dominic. Arumæ. *exercitat. Juſtinian. 2. n. 15.* Utrum autem propter ſponſi etiam fornicationem præcedentem ſolvi debeant ſponſalia, diſſentiunt Doctores. Negant Paulus Cypræ. *de ſponſal. c. 13. §. 57.* Hilliger *in Donell. enucl. lib. 13. c. 20. lit. A.* & Domini Lipſienſes apud Sig. Finkelthaus *obſerv. 30. n. 85. 86. 87.* Affirmat Carpz. *lib. 2. Jp. Conſiſtor. def. 188.* cujus ſententia maxime nititur in eo; quod fides matrimonialis debeat eſſe reciproca, nec debeat quicquam licitum eſſe ſponſo, quod ſponſæ æque non liceat. Z.

Cauſa non ultima diſſenſionum inter Proteſtantes & Canoniſtas in cauſis matrimonialibus.

II. Dat mihi obſervatio hæcZiegleri anſam ſuſpicundi, inter cauſas, cur Proteſtantes nonnunquam a Jure Canonico in cauſis matrimonialibus receſſerint, ſive cum ſive ſine ratione, eſſe etiam hanc, quod, cum Lutherus cremaverit publice jus Canonicum, & multi etiam ex JCtis nonnulli affectu Lutheri moti putaverunt, Jus Canonicum etiam in matrimonialibus non ubique eſſe ſequendum. Quæſiverunt ergo aliud fundamentum. Multi ad legem Moſaicam, alii ad alios fontes, unde ſumma confuſio orta, de qua egi ab initio diſſertationis *de inſufficientia fundamentorum definiendi cauſas matrimoniales.* Inciderunt igitur nonnulli in novellas Leonis, nulla vel exigua autoritate antea pollentes. Præter exemplum a Zieglero adductum me ad hanc conjecturam ducunt exempla etiam alia. Ita ad Novellam Leonis *18.* provocat Zieglerus in quæſtione de pœna ſponſalibus adjicienda ſupra *not. 319.* Pariter *nota 306. ſect. II.* oſtenſum, autorem doctrinæ, quod benedictio ſacerdotalis pertineat ad eſſentiam conjugii, eſſe Leonem Philoſophum in *Novella 89.* De *Novella Ejusdem 91.* de prohibito concubinatu, egi *in diſſert. de concubinatu §. 22. ſeq.* &c. Deinde quod attinet quæſtionem de fornicatione præcedente ſponſi, vereor, ne Doctores pro more in quæſtionibus de ſponſalibus diſtincta confundant. Jure Canonico, uti ſcortatio ſponſæ præcedens, etiam ignota ſponſo, huic juranti non prodeſt ad re-

Magna autoritas Novellarum Leonis apud Proteſtantes.

De fornicatione ſponſi ſponſalia præcedente.

ducere: quia illi juramento talis ineſt conditio, (323) ſi illa contra regulam deſponſationis non venerit: alioqui ſi poſt hujusmodi juramentum publica meretrix fieret, (324) teneretur eam in uxorem ducere: quod eſt prorſus abſurdum. Nam ſi poſt contractum conjugium, vir propter fornicationem licite poteſt a ſua cohabi-

---

receſſionem a ſponſalibus; ita multo minus ſcortatio ſponſi ſponſæ juranti proderit. Si juramentum non acceſſerit ſponſalibus, poterit tam ſponſus quam ſponſa his caſibus exiſtentibus impune recedere a ſponſalibus, quia ſine allegatione ullius cauſæ alteruter recedere poteſt. Si matrimonium per verba de præſenti contractum, tum jure Canonico etiamſi ante conſummationem ſcortatio fiat cognita, tamen non licet recedere, per doctrinam titulorum ſequentium. Sed noſtrates ex errore, de neceſſitate benedictionis ſacerdotalis ad eſſentiam matrimonii, jam ſupra *nota 306. ſect. II.* refutato, diſtinguunt matrimonium contractum a conſummato, ratione multorum effectuum, ſed in cerebro natorum. Ex hac hypotheſi etiam profluxit ſententia Carpzovii hic a Zieglero adducta. Nam ratio a Zieglero allata repugnat legi Moſaicæ & moribus Gentium, ut ipſe Carpzovius fatetur. Genuina ergo ejus ratio eſt, quod facilius rumpantur ſponſalia ut vocant de præſenti, ſeu matrimonium contractum, quam conſummatum. Et hic error jus fecit, confer dicenda infra *nota 372.* T.

Tacita conditio. (323) Tacitâ ſcil. quæ a voluntate contrahentium non additur, ſed tacite ſubintelligitur ex juris autoritate, & negocii natura. Tacitæ autem ejusmodi conditiones proprie ſic dictæ conditiones non ſunt, nec ſuſpendunt negocium, cui inſunt. H. Hahn. *obſerv. ad Weſenb. tit. de ſponſal. num. 3.* Z.

Inepta ratiocinatio Pontificis. (324) Argumentum hoc non ſatis firmiter concludit. Nec enim ab uno illicitæ commixtionis actu, aut illicita ſponſæ cum altero eoque uno tantum habita conſvetudine, argumentari protinus licet ad

habitatione recedere:(325) longe fortius ante conjugium celebratum ſponſus ſponſam poterit non admittere.

Carnalis & ſpiritualis fornicatio æquiparantur.

§. 23. Idem erit, *) ſi ſponſus vel ſponſa idololatrando, vel hæreſim ſequendo in ſpiritualem fornicationem inciderit. (326) *) *c. 2. de divort.*

Si

ad vitam meretriciam. Nec ergo valebit argumentum, ſi quis dicere vellet: Sponſus non poteſt repudiare ſponſam, quæ poſt ſponſalia cum alio rem habuit, Ergo nec poteſt repudiare, quæ palam ſe proſtituit. Palam enim proſtituere ſe dicitur illa, quæ paſſim, hoc eſt, ſine delectu ſe proſtituit, non ſi qua adulteris vel ſtupratoribus ſe committit, *l. 43. ff. de rit. nupt.* Et hinc dubitant Doctores, utrum ea quæ ſingulari amore ducta copiam ſui amaſio facit, meretrix ſit dicenda? ut videre licet ap. Menoch. *lib. 2. de arb. quæſt. c. 328.* Aut ergo autor quæſtionem a ſe motam de promiſcua proſtitutione intellectam vult, aut non vult. Priori caſu nihil aliud hic dicit, quam quod eſt in theſi, nec ullam propterea infert abſurditatem: Poſteriori caſu, nihil concludit, quia, ut dixi, ab ea, quæ uni tantum ſui copiam facit, ad commune proſtibulum non licet argumentari. Neque hic ergo aliquod inferri poterit abſurdum. Repete *not. 418. ad lib. 1.* Z.

(325) Hæc verba innuunt tantum ſeparationem quoad thorum, quam admittunt Canoniſtæ poſt adulterium commiſſum; ſeparationem autem quoad vinculum non admittunt. Vid *c. interveniente 1. c. apoſtolus 3. cauſ. 32. q 7.* Sed in noſtris Eccleſiis ipſum etiam matrimonii vinculum rumpi docetur. Vid. quæ dicentur infr. ad *tit. 16. huj. lib. §. ſæpius.* Z. *Differentia juris Canonici & juris Proteſtantium.*

ad §. 23.

(326) I. Hæc non eſt ſufficiens cauſa diſſolvendi ſponſalia contracta. Vid. Carpzov. *in Jpr. Conſiſtor. lib. 2. def. 7.* Quod ſi contracta *Diſſenſus Proteſtantium.*

Si ſponſi conferant ſe ad remotas regiones, ſponſæ poſſunt ſe ad aliorum nuptias conferre, recepta, ſi peieraverint, pœnitentia.

t) can. de illis, extra eod.

§. 24. Sed *t*) & ſi qui præſtito juramento (327) promittant aliquas ſe mulieres ducturos, poſteaque illis non cognitis, (328) procul recedentes, (329) ad alias partes ſe transferant, liberum erit mulieribus ad alia migrare vota: recepta tamen de periurio, ſi forte juramentum præ-

---

tracta nondum ſint, non diffiteor, rectius abſtineri ab iſtiusmodi conjugiis, propter periculum ſeductionis, quod ſubeſt. Z.

Declaratio notæ præcedentis.

II. Lancelotti aſſertio nititur argumento *c. 2. de divort.* Si matrimonium contractum quoad thorum & menſam ſeparatur ob ſubſequentem idololatriam aut hæreſin unius partis per *d. c. 2.* etiam ſponſalia quamvis jurata admittent hanc tacitam exceptionem. Sed Proteſtantes negant antecedens, per deducta a Carpzovio *d. l.* T.

ad §. 24.

Cenſura Lancelotti.

(327) I. Imo etiam non præſtito. Jusjurandum enim huic negocio nihil confert, ſed idem erit dicendum de ſponſalibus injuratis. Z.

Ad quam reſpondetur

II. De Jure Canonico ſi non acceſſiſſet juramentum, nullum fuerat dubium per dicta *ad* §. *22.* In juratis ſponſalibus vero idem quod Zieglerus notavit præcedit ſecundum *cap. 17. de ſponſalibus.* Sed jam notavimus. Lancelottum omiſſo hoc capitulo ſecutum eſſe ſententiam *cap. 10. eod.* T.

Declaratio.

(328) Hoc dicit ideo, quia Canoniſtæ non admittunt, per deſertionem malitioſam diſſolvi conjugium, ita ut parti deſertæ aliud inire liceat. Quod tamen admittunt Eccleſiæ noſtræ, poſito, quod proceſſus deſertionis legitime ſit peractus. Z.

An ſponſus abſens ſit expectandus?

(329) De caſu abſentiæ multa intricate diſputant Doctores, quam diu ſponſa expectare teneatur ſponſum abſentem, & permulti etiam in hoc quærunt aliquod diſcrimen, utrum extra provinciam ſit ſpon-

Digitized by Google

præſtiterint, pœnitentia,(330) ſi per eas ſteterit, quo minus fuerit matrimonium conſummatum.

Lepra, vel ſimilis morbus ſponſalia dirimit, licet non dirimat matrimonium.

§. 25. Item ſi ſponſus aut ſponſa, leproſus fiat *t*) vel leproſa: (331) paralyticus, vel paralytica: aut naſum

t) *can. 1. & fin. extr. de conju-*

ſponſus, annon; uti videre licet apud Schneidewein *ad tit. Inſt. de nupt. part. 4. n. 45.* Sed textus juris Canonici, ex quo hic paragraphus deſumptus eſt, de tempore nihil definit, ſed quæſtionem, utrum ſponſæ a ſponſo deſertæ alii nubere liceat, indeterminate, quod quidem tempus concernit, decidit. Agit tamen de diſceſſione, quæ procul ſit, h. e. tali ex qua probabiliter concludi poſſit, quod animum revertendi depoſuerit, quod plerumque fit, ſi in aliam provinciam, ſive, ut hic dicitur, ad alias partes & quidem procul diſſitas ſine juſta cauſa ſponſus ſe transferat. Z.

(330) Nolumus repetere, quod ſæpe jam diximus, pœnitentiam hanc a Pontificiis ἀθεολόγως conſtitui immerito. Z. *Remiſſio.*

ad §. 25.

(331) I. Loquitur quidem textus in *c. fin. X. de conjug. lepros.* de ſponſalibus quæ dicuntur de futuro. Extendunt tamen plerique eum ad ſponſalia etiam de præſenti, quanquam Ponormitanus diſſentiat. Imo vero lepram tam gravem ſponſaliorum dirimendorum cauſam ſtatuunt nonnulli, ut ſi vel maxime ſanus cum leproſo matrimonium conſummare velit, nulla lepræ ratione habita, tamen a magiſtratu non ſit illi permittendum, ne contagium latius ſerpat & propagetur. Vid. Gerhard. *loc. de conjug. n. 167.* præſertim cum morbus ille in liberos transfundatur. Maxime tamen placet eorum ſententia, qui tempus aliquod curationis præfigi debere ſtatuunt, antequam ſponſalia diſſolvantur, ut ſcil. inde clarum fiat, num curari forte morbus iſte poſſit, an vero prorſus inſanabilis ſit. Z. *Plura de leproſis.*

II. De

gio leproſ. ſum vel oculos amittat: (332) aut quid ſibi turpius eve-
c. 25. de ju- niat: ad conſummandam maritalem copulam compelli
rejur. non debent: licet jam contractum matrimonium ſu-
perveniens lepra, vel alius morbus non dirimat. (333)

DE

Res dubia propter c. 25. de jurejur. II. De ſuperveniente lepra poſt contractum vel conſummatum matrimonium agere, non pertinet ad præſentem titulum. Sponſalia quod attinet, ſi ea ſint non jurata, haud dubie recedere poterunt partes per *d. c. fin. de conj. leproſ.* At ſi ſint jurata, nullum quidem eſt dubium, quin & tunc poſſit pars ſana recedere, invita altera parte lepra laborante, ex hypotheſi Lucii III. *d. c. 17. de ſponſal.* Sed an etiam ex hypotheſi Alexandri III. in *c. 10. eod.* dubito. Sane Innocentius III. in *cap. 25. de jurejur.* hypotheſin Alexandri III. ſecutus hæſitat, & nihil definit. Eadem obſervatio repetenda eſt de caſu ſequente, ſi poſt ſponſalia alterutra pars naſum vel oculos amittat, quia & de eo Innocentius *d. c. 25.* dubitanter loquitur. T.

Mores noſtri. (332) Non eodem modo ſe habet hæc deformitas, quo ſe habet lepra, aut morbus Gallicus; cum per illam non inficiatur pars altera, nec ad liberos ea transfundatur, nec proinde Reip. damnum detur. Nec igitur, uti propter leproſorum contagium cura habenda eſt magiſtratui, ne latius ſerpat, ſic etiam deformitas alterutrius efficiet, ut magiſtratus ejusmodi conjugia prohibeat, aut impediat; ſed ante omnia tentanda hoc caſu eſt conjunctio animorum, ut deformitate non obſtante, matrimonium conſumment. Quod ſi tanta alterius partis fuerit averſatio, ut nullo modo perſvaderi queat ad amorem conjugalem, præſtabit, diſſolvere ſponſalia, quam difficile & triſte componere conjugium. Vid. Carpzov. *Jp. Conſiſt. l. 2. def. 181.* Z.

An dicta intelligenda ſint etiam de ſeparatione (333) Nec quoad thorum quidem, uti communiter volunt Canoniſtæ *per c. 2. X. de conjug. leproſ.* quod tamen tum demum admittunt nonnulli, niſi ſubſit probabile periculum infectionis, cum nemo ſe obliget ad matrimonii contractum, niſi ſalva vitæ incolumitate. H.

Zoëſ.

DE NUPTIIS.

TITULUS XI.

Ponit ſubordinationem præſentis Tituli ad præcedentia & ſequentia.

§. I.

EXpoſuimus hactenus, quid eſſet matrimonium, quave ratione inter ſacramenta reponatur, admonentes illud initiari ſponſalibus, conſenſu ratificari, (334) &

Zoëſ. *ad tit. X. de conjug. leproſ. n. 2.* Sed enim limitatio hæc diſerte contrariatur textui, qui in fine expreſſa hæc habet verba: *cui præcepto, nulla in hoc caſu exceptio invenitur.* Et vereor ego, ne limitatio iſta ſemper obſtet, cum nunquam non a leproſo periculum infectionis immineat. In reipſa tamen facile conſentio, non eſſe partem ſanam cogendam, ut connubialem præſtet amplexum, per ea, quæ notat Dionyſ. Gothofred. *ad Schneidewin. tit. Inſtit. de nupt. part. 4. n. 50.* Et hinc etiam Antonius Faber. *Cod. lib. 5. tit. 12. def. 2.* admittit ſeparationem thori. *Durum eſt*, inquit Gothofredus *d. l. ut conjux, qui morbo contagioſo non tenetur, conjugi ita contagioſo convivere & conjugalem amplexum reddere teneatur. Non licet malum facere, ut eveniant bona. Malum fieret, ſi morbo illi propagando occaſio daretur, hoc uno colore, quod conjux non ſit deſerendus.* &c, Z. *quoad thorum & menſam?*

TIT. XI.

ad §. I.

(334) I. Hoc perpetuum non eſt, ſed locum habet tantum illis in caſibus, quando ex parte contrahentium plenus ab initio non adeſt conſenſus. Alias ipſa etiam ſponſalia conſenſu incipiunt. Et *Objectio.*

 certe,

& copula conſummari. (335) Sed cum proxime de ſponſalibus, tanquam de principio tractatum habuerimus: reliquum nunc eſt, ut de conſenſu & copula, quibus

certe, ſi verum eſt, quod eo ipſo, dum initiatur cunjugium, conjugii nomen adſciscatur, uti verbis Ambroſii notat Gratianus, *c. cum initiatur 27. q. 2.* non poteſt iſtiusmodi initiatio fieri ſine conſenſu, cum ſine conſenſu conjugium non ſubſiſtat. Z.

Reſponſio ad eam. II. Jus Canonicum loqnitur de eo, quod fit regulariter. Regulariter autem ſponſalia de futuro præcedunt conſenſum de præſenti, & plenum conſenſum non inferunt, quia ſunt ſaltem tractatus. Ad objectionem ex Gratiano non difficilis eſt reſponſio. Ait Ambroſius *loc. cit. Cum initiatur conjugium, conjugii nomen adſciſcitur. Non enim defloratio virginitatis facit conjugium; ſed pactio conjugalis. Denique cum jungitur puella conjugium eſt, non cum viri admiſſione cognoſcitur.* Hic apertum eſt, Ambroſium non loqui de ſponſalibus, ſed ipſo matrimonio. Quamvis enim in his inſtitutionibus jam ſupra dictum fuerit, & hic repetatur, ſponſalibus initiari matrimonium, & Ambroſius etiam loquatur de caſu, quo initiatur matrimonium; tamen ex collatione utriusque loci dicendum, duplicem eſſe initiationem conjugii, unam præparatoriam, ut in ſponſalibus, alteram eſſentialem ſeu formalem ut in conventione conjugali, quatenus ea refertur ad conſummationem, de qua evidenter loquitur Ambroſius. Quare argumentum Ziegleri tanquam a diverſis ad diverſa robore deſtituitur. T.

Quomodo differat eſſentia & conſummatio. (335) I. Sed & initiatum & conſummatum matrimonium diverſimode dicitur, uti exponit Henr. Hahn. *tit. de rit. nupt. num. 2.* Hic autem conſummatio per copulam perinde ſe habet, uti conſummatio contractus venditionis per traditionem. Uti igitur hæc ad ſubſtantiam contractus non requiritur, ſic neque copula ad eſſentiam matrimonii. Quanquam enim in matrimonio ineundo duplex ex parte contrahentium adſit conſenſus, alter directus in conjugalem ſocieta-

bus ſubſtantia & perfectio (336) matrimonii continetur, diſſeramus: quid impediat nuptias contrahi, vel contractas dirimat, cum cæteris quæ tractatui adjacent, recenſentes.

Nuptiæ conſenſu partium contrahuntur, nec ſufficit conſenſus parentum.

§. 2.

cietatem, ſeu animorum conjunctionem, alter in copulam; poſterior tamen hic illi ſubſtat, & illum conſequitur, prior autem totum negocium matrimoniale abſolvit. Z.

II. Allegatus Hahnii locus non explicat Jus Canonicum, ſed potius reſpicit ad varias acceptiones hodiernorum doctorum multa confundentium. T. *Admonitio.*

(336) I. Copula non pertinet ad ſubſtantiam matrimonii, nec ad ejus perfectionem, ſed ad conſummationem & uſum. Uti enim emptio & venditio dicitur perfecta, ſimulatque de merce & pretio conventum fuerit; ſic & conjugium perfectum eſt, poſtquam de conjunctione animorum conſenſum utrinque fuit. Etſi enim in ſponſalibus de præſenti (de his enim loquimur,) deficiat adhuc implementum & perfectio ſecunda, ſeu executio & conſummatio, quæ fit per concubitum; revera tamen illa jam ſunt nuptiæ & quidem perfectæ, quæ inducunt obligationem immediatam ad uſus conjugii, ſed qui uſus ſubſtantiam ipſam non ingrediuntur. Z *Objectio.*

II. Dum Lancelottus dicit quod *conſenſu & copula, ſubſtantia & perfectio matrimonii contineatur*, dicta *præcedenti titulo & totus titulus præſens* oſtendunt, ſenſum Lancelotti eſſe, quod conſenſu contineatur ſubſtantia, copula vero perfectio matrimonii. Per perfectionem autem non intelligit perfectionem eſſentialem, ſed, ſi ita loqui liceat, integralem, id eſt conſummationem. Unde ſua ſponte cadit tota objectio Ziegleri, qui, neſcio qua ratione factum fuerit, ut hic fluctus moverit in ſimpulo. Obiter hic noto, in controverſia de divortio Henrici IIX, multa etiam diſputata fuiſſe quod ad matrimonii eſſentiam non requiratur copula. Vide Burnetum *Hiſt. reform.* *Reſponſio ad eandem.*

 Eccleſ.

§. 2. Nuptias igitur, ſive matrimonium inter ſe contrahunt, (*) viri puberes & mulieres viri potentes, ſimulatque (337) in ſe invicem conſenſerunt. (*) Ubi enim non eſt utriusque conſenſus, (338) non poteſt eſſe matrimonium: ideoque ſi ex altera parte pater puellæ tantum conſenſerit, ex altera qui ſe cupit maritum fieri,

*) c. ſufficiat 27. q. 2.

*) c. ſuffiсiat. 27. q. 2.

Cur conjunctim agatur de confirmatione & conſummatione. *Eccleſ. Angl. lib. 2. p. 152.* Cæterum & hoc obſervandum, cur in hoc titulo Lancelottus agat ſimul de conſenſu & copula carnis, & non ſeparatim de ſingulis in diverſis capitibus, item cur plane nihil tractet de conſummatione per benedictionem ſacerdotalem, cum tamen moribus noſtris ſponſalia de præſenti, ſeu contractus matrimonii, & conſummatio nuptiarum tempore differant & effectu, & peculiares etiam ſint effectus benedictionis ſacerdotalis. Rationem hujus diverſitatis repete ex ſupra dictis *nota 306. ſect. II.* quæ adeo ſimul per hunc locum Lancelotti illuſtrantur & confirmantur. T.

ad §. 2.

Iterata objectio. (337) I. Hic ipſe deſtruit autor, quod paragrapho antecedente adſtruxerat, copulam ſcilicet pertinere ad ſubſtantiam & perfectionem matrimonii, de qua re ulterius videri poterit Gerhard. *loc. de conjug. num.* 413. Z.

Et reſponſio. II. Imo nihil deſtruit Lancelottus per modo notata. T.

Monita ratione ſimultaneitatis. (338) Isque ſimultaneus, adeo ut licet quis puellam in matrimonium petat, iſta vero ſuum conſenſum poſt longum temporis intervallum addat, ſi prior ille vel tacite vel expreſſe voluntatem interea mutaverit & pœnituerit, nullum adhuc inter eos contractum dici poſſit matrimonium, Vid Didac. Covarruv. *de matrimon. part. 2. c. 4. in princ. n. 10.* Ut tamen præciſe in eodem temporis momento utriusque conſenſus præſtetur, neceſſarium non eſt, ſed ſufficit, ſi conjungi poſſint, quamdiu ſcilicet prioris illius voluntas mutata & petitio revocata non fuerit. A. Barboſ. *ad c. 24. n. 7. X. de ſponſal.* Z.

(339)

eri, nihil agitur: (339) quanquam honeſte faciant filii, ſi paternæ voluntati minime reluctentur. (340)

Pubertas æſtimatur non tam annis quam corporis habitu: & minores quatuordecim annis non poſſunt contrahere matrimonium, niſi pro bono pacis, & ex neceſſitate.

§. 3.

---

(339) I. Scilicet nihil tale, quod gerere poſſit ſpeciem matrimonii. Celebrari tamen hoc modo poſſunt ſponſalia ſcil. de futuro. *cap. 1. X. de deſponſat. impub. cap. 1. eod. in 6.* Z. *Declaratio.*

II. Ita quidem eſt quoad ſponſalia impuberum. Sed ſponſalia puberum nec hoc modo celebrari poſſunt per dicta *nota 284.* T. *Ulterior.*

(340) Probat hic autor ſententiam Canoniſtarum ſtatuentium, jure Canonico Patris conſenſum ad nuptias filii honeſte, non neceſſario, requiri, ſecus atque de jure civili. Adducunt in hanc rem textum in *c. ſufficiat 27. q. 2.* ſed male, cum ibi ſolennitates, quæ ſunt circa matrimonium, excludantur, parentum conſenſus nequaquam. Vid. Bernh. Sutholt. *differtat. 2. n. 57.* Cypræ. *de ſponſal. c. 6. §. 6. n. 7.* Herm. Vultej. *ad pr. Inſt. de nupt. num. 16.* Adducunt porro *cap. 6. X. de raptor.* Sed in eo hoc tantum deciditur, puellam volentem abductam & vitiatam a marito recedere non debere, id quod ſingulare eſt, & ad univerſale extra iſtum caſum axioma conficiendum minus ſufficiens. Et hi textus præcipui ſunt, quibus hactenus innixa eſt ſententia Canoniſtarum; ſed illis perpetuo *ἐξ ἐναντίας* objecti ſunt alii, inprimis *c. aliter 30. q. 5. non omnis 32. q. 2.* ubi Gratianus diſerte conſenſum patris neceſſarium dicit, ita ut ſine eo nuptiæ filii legitimæ non ſint. Add. Franc. Duaren. *de nupt. c. 2. ad tit. ſolut. matr.* Joh. Coraſ. *l. 1. miſcell. c. 17.* Et quanquam in Concilio Tridentino diverſum quid ſuperiore ſeculo ſtatutum fuerit, factum tamen id eſt ex prava opinione Sacramenti in matrimonio aſſerti. Et quam varie hæc res in iſto Concilio diſceptata fuerit, accurate notavit Petrus Svavis *in hiſt. lib. 7. & 8, inprimis pag. 746. & 844.* *Conſenſus Parentum in nuptiis liberorum an Jure Canonico & quatenus requiratur.*

§. 3. Sed qui ſint puberes, videamus: & quidam (†) ex annis tantum (341) pubertatem judicandam aſſerunt, eum eſſe puberem rati, qui quatuordecim annos impleverit: & viripotentem, quæ duodecim, quamvis tar-

(†) *c. 2. in fin. d. c. 3. de deſp. imp.*

---

844. Idem inſuper addo, ὕπουλόν τι ſubeſſe in verbis autoris, dum de filiis theſin format, non de filiabus, cum tamen paulo ante de patre puellæ verba concepiſſet. Et hic ſcilicet videtur amplecti ſententiam eorum, qui putant in filio indiſtincte requiri conſenſum patris, in filia tantum nubente ante annum vigeſimum quintum, quos ſolide refutat Bachovius *ad Treutl. vol. 2. diſp. 6. th. 5. lit. C.* Z.

ad §. 3.

Quoad pubertatem an conveniant Jus Civile & Canonicum.

(341) Diſſentiebant hac de re olim Proculiani & Caſſiani. Proculiani ex annis pubertatem æſtimabant, quamvis nondum pubuiſſet puberale, nec veſticeps factus quis fuiſſet. Caſſiani autem ſive Sabiniani puberem eum eſſe dicebant, qui ex habitu corporis talis appareret, quive generare poſſet, ut adeo pubertas jure Pontificio ex potentia coëundi æſtimetur. Jure vero civili ex conſtitutione Imperatorum obtinuit ſententia Proculianorum, *l. 4. C. qui teſtam. fac. poſſ. l. fin. C. quand. tut. vel cur. eſſe deſ.* Add. Arn. Vinnius *ad pr. Inſt. quib. mod. tut. finit.* In hoc diſſenſu juris civilis & Canonici ad materiam, de qua agitur, reſpiciendum eſt. In materia enim connubiali & ubi de matrimonio ineundo agitur, Canonici juris deciſio adhiberi poteſt; ſed circa finiendas tutelas jus civile potius attendendum erit; quod facultas generandi nihil omnino faciat, ut quis in ſuam tutelam veniſſe dicatur, ſed intellectus potius & judicii firmitas & incrementum, quod ex annis æſtimatur. Imo vero etiam in nuptiis contrahendis videtur jus canonicum ad ætatem legitimam, ſive ad pubertatem legibus definitam reſpexiſſe. Diſerte enim Nicolaus Papa *c. 2. X. de deſponſ. impub. Diſtrictius inhibemus,* inquit, *ne aliqui quorum uterque vel alter ad ætatem legibus vel canoni-*

tardiſſime pubeſcant. Prævaluit tamen opinio exiſtimantium, ex habitu corporis pubertatem debere cenſeri, atque eos qui generare poſſint, etiamſi minores annis ſint, in propoſito puberes reputari. Itaque, ſi malitia ætatem ſuppleat, etiam minores ea ætate conjungi poſſunt. (342) Idem, ſi forte urgentiſſima neceſſitas (*a*) interveniat: utpote quod pro bono pacis talium conjunctio ſit toleranda. (343)

a) *c. 2. in fin. eod.*

Quantum ad eccleſiam, etiam verba ſunt neceſſaria ad contrahendum matrimonium, ac muti & ſurdi ſignis nuptias poſſunt contrahere.

§. 4.

---

nibus (conſentiunt igitur leges & canones in ætate matrimonio apta definienda) *determinatam non pervenerit conjungantur*, &c. Nuptiæ enim & matrimonia affectu & animo ineuntur, qui prope nullus adhuc eſt apud impuberes. Z.

(342) Poſſunt quidem, ſed id prohibuit Nicolaus Papa *c. 2. X. de deſponſat. impub.* uti modo dixi, ut adeo opus ſit diſpenſatione, per ea, quæ notat Aug. Barboſa *ibid.* Z. *Declaratio.*

(343) I. Quia Sacramentum faciunt ex matrimonio Pontificii, dubitare merito licet, utrum propter bonum pacis in Sacramento aliqua inſtitui poſſit mutatio. Sed enim quidni poſſit, cum, quod magis abominandum eſt, etiam in gradibus jure divino prohibitis, propter bonum pacis diſpenſare ſoleant Pontifices, idque poteſtate, ſi diis placet, ſibi ſolis competente. Z. *Diſpenſatio Pontificia in cauſis matrimonialibus.*

II. Notandum tamen & hic eſt arcanum politicum Papale. Cum ut jam ſupra monuimus, nulla fere ſit quæſtio matrimonialis ubi non diſſentiant Canoniſtæ, inde Papa pro lubitu poterit ſine ſuſpicione injuſtitiæ modo hanc modo illam ſequi opinionem, prout ipſius intereſſe hoc vel illo tempore varians poſtulet. Ita enim in quæſtione de poteſtate diſpenſandi variant, aliis poteſtatem Papæ valde reſtringendo, aliis contra tantum non abſolutam poteſtatem Papæ indulgendo. Quodſi ergo Papæ intereſſe jubeat, ſequitur poſteriorem *Arcanum Politicum latens in diſſenſu Canoniſtarum circa quæſtiones matrimoniales.*

 ſen-

b) c. tuæ fraternitatis extr. de ſpon.

§. 4. Licet *b*) autem per ſolum legitimum viri & mulieris conſenſum (344) matrimonium contrahatur, attamen quantum ad eccleſiam, (345) verba præſen-

ſententiam, ſi timeat, ne diſpenſatione ſua Potentium Principum iram conciter &c. prætexit priorem ſub ſingulari ſpecie pietatis. Illuſtrabitur hæc obſervatio per ea quæ Burnetus circa hanc quæſtionem de poteſtate Papæ diſpenſandi in cauſis matrimonialibus in utramque partem adduxit *in Hiſt. Ref. Eccleſ. Angl. l. 2. p. 153. 157.* T.

ad §. 4.

Declaratio. (344) I. Verbis aut factis extrinſecus ſe exſerentem, cum alias non conſenſum, ſed ſimul ſenſum ſit. Hahn. *obſerv. ad Weſenbec. tit. de rit. nupt. n. 8.* Facto autem declarari conſenſum poſſe notat Panormitanus *in c. tuæ fraternitatis X. de ſponſal.* Cui non obſtat, quod veretur Cypræus *de ſponſal. c. 4. §. 22. n. 4.* hac ratione futurum eſſe, ut ſi v. g. amantes ſibi obviam fiant, hoc ipſo conſenſu ſolo animo ſponſalia intelligantur. Quia non quodlibet factum, ſed ad hunc actum ſponſalitium deſtinatum & habile requiritur. Z.

Huc parum pertinens. II. Nota præcedens non explicat mentem Lancelotti, quia loquitur de ſponſalibus & quidem ſecundum mentem JCtorum noſtrorum, in multis a Jure Canonico recedentium. T.

Explicatio. (345) I. Ut facilius poſſit probari matrimonium contractum, & ut Eccleſia de matrimonio revera contracto judicare poſſit. Verba igitur talia faciunt ad probationem; ad conſtitutionem autem matrimonii præciſe neceſſaria non ſunt, quia etiam mutus contrahere poteſt matrimonium, uti mox ſequitur. Z.

Adhuc clarius. II. Imo potius melius hic cohæret doctrina juris Canonici, quam doctrina multorum ex noſtris. Supra *tit. 10. §. 2.* docuerat Lancelottus, ſponſalia non ſolum verbis de futuro, ſed etiam facto declarari; hic docet ipſum etiam matrimonium in ſe & quatenus Chriſtianis cum gentibus commune eſt, poſſe quocunque modo & verbis & factis declarari; inter Chriſtianos id non ſufficere, ſed requiri verba de præſenti clara, perſpicua & omnem ambiguitatem excludentia, adeoq;

quaſi

Digitized by Google

ſentem conſenſum exprimentia ſunt neceſſaria, ſi contrahentes loqui poterunt. Muti (346) vero & ſurdi, *) qui loqui non poſſunt & exaudire, ſi contrahere velint, & quod verbis oſtendere nequiverint, ſignis declaraverint, procul dubio legitimas nuptias contrahent.

*) *c. cum apud. de ſponſal.*

Ponit quaſdam verborum conceptiones aptas ad matrimonium contrahendum.

§. 5. Verba autem ad hoc apta ſunt: verbi gratia, (c) *Ego te in meam uxorem accipio, & ego te accipio in meum maritum:* vel *promitto quod te ab hoc tempore te pro conjuge tenebo, & tibi ſicuti uxori meæ fidem ſervabo:* & contra, *promitto me te pro marito habituram & tibi tanquam viro proprio fidem ſervaturam:* vel ſimilia con-

(c) *ex par. extr. de ſponſ.*

---

quaſi ſolennia. Saltem ratio addenda erat: quia ſcilicet matrimonia gentilium ſunt ex variis cauſis ſolubilia, at ex hypotheſi Juris Canonici matrimonia Chriſtianorum ob myſterium ſacramenti ſunt indiſſolubilia; ſponſalia vero, ut hactenus ſæpe dictum facilius ſolvuntur. Ne ergo querelæ & lites oriantur in Eccleſia, utrum partes voluerint matrimonium indiſſolubile contrahere, an ſaltem ſponſalia ſolubilia, juſſerunt Canones, ſi non verba clara §. *ſeq* deſcripta, adhiberentur, non præſumi matrimonium eſſe contractum, ſed ſaltem ſponſalia, adeoque partibus recedere volentibus veniam dandam, niſi ex hypotheſi Alexandri III. in ſponſalibus juratis. At apud nos, ubi ſponſalia de præſenti a matrimonio ipſo ſecernuntur, & ſponſalia de futuro etiam creduntur eſſe obligatoria, ſæpe partes coguntur mediis crudelibus & rectæ rationi repugnantibus ad adimplementum conjugii, etſi verbis aut factis dubiis uſi fuerint &c. T.

(346) Non intelliguntur hic ſurdi tantum, qui caſu tales facti ſunt, quod facere verba illi ſatis clare poſſint, ſed vel muti tantum, vel muti & ſurdi ſimul. Muti etiam, qui morbo aut caſu ſuperveniente vocem amiſerunt, literis animi ſui ſententiam exponere poterunt. Z.

Qui muti & ſurdi hic intelligantur?

conſenſum de præſenti exprimentia. (347)

Verba prolata in contrahendo matrimonio ſunt accipienda ſecundum communem intelligentiam.

§. 6.

ad §. 5.

Cenſura Ziegleri. (347) I. Non iſta tantum & ſimilia, quæ in præſenti enunciantur, ſed alia etiam, cum futuri temporis verba adhibentur, ſponſalia de præſenti & matrimonium faciunt, dum tamen de præſentibus nuptiis diſpoſitive agatur. Chemnit. *Loco de conjug. p. 213.* Gerhard. *de conjug. n. 130.* Carpzov. *in Jp. Conſiſt. l. 2. def. 18. & lib. 5. reſponſ. 109.* Z.

Lancelottum non feriens. II. Contextus oſtendit, per verba: *ſimilia conſenſum de præſenti exprimentia* a Canoniſtis non intelligi verba ſimilia *Grammatice* ſeu quoad ſonum temporis præſentis, ſed ſimilia *moraliter* quoad ſenſum, etiamſi Grammatice temporis futuri mentio fiat, ut hic apud Lancelottum in formula ſecunda & tertia. Quid eſt itaque quod Zieglerus opponat, non ſimilia modo intelligi quoad enunciationem præſentis temporis, ſed etiam per verba futuri temporis modo de præſenti conſenſu teſtentur? Et quo fato factum eſt, ut JCtus tam inſignis, tam doctus, tanto judicio pollens, hic in doctrina de nuptiis & ſponſalibus ſæpius a ſcopo aberret? Dicam. Secutus eſt torrentem communem, ut patet ex allegatione Autorum. Dixerat Lutherus in libello von Ehe-Sachen. Gleichwie ſie auch ein lauter Narrenſpiel getrieben haben *cum verbis de præſenti vel de futuro*; Damit haben ſie auch viel Ehen zuriſſen/ die nach ihrem Recht gegolten haben/ und gebunden die nichts gegolten haben/ denn dieſe Wort: Ich will dich zum Weibe haben/ oder ich will dich nehmen/ ich will dich haben/ und dergleichen/ haben ſie gemeiniglich *verba de futuro* genennet/ und fürgegeben der Mann ſolte alſo ſagen: *Accipio te in uxorem*, ich nehme dich zu meinem Weibe ꝛc. und haben nicht geſehen noch gemerckt / daß diß nicht im Brauch iſt/ teutſch zu reden/ wenn man *de præſenti* redet/ ſondern das heiſt *de præſenti* geredet: Ich will dich haben/ darum redet kein Menſch

teutſch

§. 6. Inde quæritur, (348) ſi alter conjugum ita loquutus

teutſch von zukünfftigen Verlöbnüſſen/ wenn er ſpricht: Ich will dich haben oder nehmen/ ꝛc. Et poſtea: Ich wüſte ſelbſt nicht wohl/ wie ein Knecht oder Magd ſolten oder könnten in teutſcher Sprache *per verba de futuro* ſich verloben/ denn wie man ſich verlobet/ ſo lautets *per verba de præſenti*, und ſonderlich weiß der Pöbel von ſolcher behenden *Grammatic* nichts / daß *accipio* und *accipiam* zweyerley ſey/ er ſehret daher nach unſerer Sprache Art/ und ſpricht: Ich will dich haben/ du ſolt mein ſeyn/ da iſt jetzo die Stunde ja geſagt/ ohne weiter Aufzug und Bedencken. Hæc vero objectio Lutheri per modo dicta duobus verbis ex hoc paragrapho Lancelotti reſolvi poteſt. Noſtrates igitur, cum deberent Lutherum hac parte excuſare, non imitari, æque in extremum ac Canoniſtæ prolapſi ſunt. Quemadmodum enim hi traditiones Eccleſiæ, dicta Patrum, decreta Pontificum habent pro articulis fidei, ita & ex noſtratibus viri quidam celebres, verba Lutheri cœca credulitate ſequuntur tanquam irrefutabilia. Vid, Carpz. *loc. cit.* T.

ad §. 6.

(348) I. Parum commode paragraphus hic ſubnectitur antecedenti. Hactenus enim egit de verbis conſenſum matrimonialem exprimentibus, ipſumque matrimonium perficientibus, de quibus paragraphus, qui jam ſequitur, accipiendus non eſt. Quis enim conſentientem dicet eum, qui non intelligit, quod ab altero profertur. Potius igitur eſt, ut textum in *cap. 7. X. de ſponſal.* ex quo hic paragraphus deſumptus eſt, cum Cujacio interpretemur de caſu, quo non de ipſis ſponſalibus diſſidium eſt, ſed de pactorum & conventorum ſenſu, utroque interim retinente animum perveniendi ad matrimonium, & ſponſaliorum fidem obſervante. Quo caſu, quia matrimonium jam ſubſiſtit, & de verbis tantum matrimonium ipſum non concernentibus, ſed aliqua circa matrimonium exprimentibus, dubium ortum erat, recte dicitur, in

Explicatio alia c. 7. de ſponſalibus.

d) can. ex literis 7. de ſponſ. quutus fuerit, *d*) ut quod propoſitum eſt, altera pars non intellexiſſe ſe affirmet, (349) quid agendum ſit, ſi tali prætextu cauſæ disſidii quærantur? In qua ſpecie, ſi matrimonium contracturi judicio & ætate ſint idonei, ſi alter, quod alter propoſuit, non intellexerit, ſtatutum eſt, ad communem verbi intelligentiam (350) eſſe recurrendum, cogendique erunt ambo verba prolata in eum ſenſum accipere, quem ſolent recte intelligentibus generare.

Servi poſſunt etiam invitis dominis contrahere matrimonium, dum tamen dominos non fraudent debitis obſequiis.

§. 7. Illud quoque explorati juris eſt, quod matrimonia inter ſe contrahunt, non ſolum liberi homines, verum etiam ſervi.(351)(*e*) Sicut enim neque liber, neque ſer-

e) c. 1. de conjug. ſerv.

in hoc dubio interpretationem faciendam eſſe ſecundum communem uſum loquendi. Z.

II. Pro excuſatione tamen Lancelotti afferre poteris, quod omnino obſcura ſit ſententia *d. cap.* 7. *de ſponſal.* de interpretatione verborum obſcurorum in ſponſalibus vel matrimonio diſponens. Vide Gonzalez Tellez *ad d. cap.* T.

Declaratio. (349) Vel quia idiotismi eſt ignara, vel quia verba quædam non bene percepit, vel quia aliter accepit ea, quam pars adverſa protulit; quod ultimum maxime videtur eſſe hujus loci. Z.

Alia. (350) Si enim nulla ſit conjectura, quæ ducat alio, verba intelligenda ſunt ex proprietate, non Grammatica, quæ eſt ex origine, ſed populari ex uſu. Hug. Grot. *de jur. bell. & pac. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 2. Z.

ad. §. 7.

Aliud jure Civili. (351) Secus atque de jure civili, quo inter ſervos & cum ſervis nullum

ſervus ab aliis ſacramentis (352) eccleſiæ removendus, ita nec inter ſervos matrimonia prohiberi debent: (353) ideoque, quanquam contradicentibus dominis & invi-

nullum omnino fuit matrimonium, eo ſcil. quod ſervus eſſet ἀκέφαλος, nec ſine domini voluntate quicquam polliceri de ſe poſſet, nec corporis ſui poteſtatem haberet, & juris civilis, ex quo nuptiæ æſtimabantur, communionem plane non haberet, *pr. Inſt. de nupt. l. 3. C. de inceſt. nupt.* Z.

(352) Conjugium dum ſacramentis Eccleſiæ accenſeri noluimus, alia nobis erit quærenda ratio, eaque haut paulo firmior & expeditior; quod ſcil. ſervi non debeant excludi his, quæ ſunt juris naturæ. Ejus juris uſum etſi ſervis conceſſerint Romani, adſtricte tamen nimis civitatis ſuæ jura limitarunt, dum nuptias non alias voluerunt eſſe juſtas, quam quæ inter cives contraherentur. Sic igitur nuptiæ quidem aliquæ inter ſervos intelligi poterant, ſed non juſtæ h. e. non legitimæ & ſecundum jura civitatis, quod in nudis terminis juris naturæ ſubſiſterent. Z. *Nova ratio alia Ziegleri.*

(353) Bene fecit quidem Zieglerus, quod mores noſtros de conjugio ſervorum, ex alia ratione quam ex hypotheſi de ſacramento matrimonii defendere voluerit; an vero data ejus ratio ſit, ut arbitratus eſt, haud paulo firmior & expeditior ratione Canoniſtarum, alia quæſtio eſt. Servi utique non ſunt excludendi ab his quæ ſunt jure naturæ præcepta. Sed quæſtio præjudicialis eſt, an matrimonium ſit juris naturalis præceptivi an permiſſivi? Sane enim, quas Rabbini de univerſalitate præcepti de conjugio ineundo tradere ſolent, nugæ, hodie fere ſunt exploſæ. Porro etſi non negemus, matrimonium eſſe ſuo modo juris naturalis præceptivi, non tamen pertinet ad præcepta juſtitiæ ſed ad regulas decori, quæ multis limitationibus ſunt obnoxia. Aut ſi hæc diſtinctio tibi non placeat, eſt præceptum juris naturæ affirmativum, non negativum. At ſtilo ſcholaſticorum præcepta affirmativa obligant ſemper, non ad ſemper, id eſt, ut diximus, multis reſtrictionibus *Non adeo magni ponderis.*

onibus ſunt obnoxia. Ita pacta eſſe ſervanda, juris naturæ eſt, at propterea non peccarunt Romani, quod ex pacto nudo non dederint actionem, non peccant principes Chriſtiani, quod quibusdam perſonis non permittant contractus quosvis. Imo fatetur ipſe Zieglerus, Romanos uſum juris naturæ conceſſiſſe ſervis, & etiam apud Romanos connubia ſervorum in nudis terminis juris naturæ ſubſtitiſſe, ergo cum inter connubia ſervorum Romanorum & matrimonia ſervorum noſtrorum magna ſit differentia, potius inverto argumentum adverſus Zieglerum ex ſolo jure naturæ hæc matrimonia non deduci. Unde ergo? Ex jure civili publico. Dixi ſupra, ſocietatem conjugalem eſſe baſin civitatum. Quinam igitur apti ſint ad ſocietatem hanc contrahendam, quinam inde arceri debeant, quinam debeant eſſe effectus legitimorum matrimoniorum, ad determinationem principis, ex regulis politicis petendam pertinet. Noluerunt Romani ſervis matrimonii legitimi effectus permittere ex ſua ſtatus ratione. Contra Principes Chriſtiani ex alia ratione ſtatus eos tribuunt conjugiis ſervorum. Quinam rectius? Sane ratio ſtatus Chriſtianorum principum magis convenit cum regulis honeſti & decori, cum apud Romanos ſervorum & ancillarum connubia eſſent laxiſſima & vaga, adeoque a turpi & vaga libidine vix differentia. Ut adeo ſi vel ſola hæc connubia ſervorum cogitare vellent pædagogi noſtri, erubeſcerent, ſi inpoſterum nominatis Romanis tantum non ubique exclamarent: *cordatisſimi illi mortalium*. Eſt communis regula decori, homini probo operam dandam, ut a vaga libidine recedat, & arctiori amicitiæ vinculo certæ perſonæ unitus ejus conjunctione utatur in remedium uſtionis. At etiam inter ſervos & ancillas dantur homines probitati operam dantes, certe dari debent, & legibus ac moribus civitatis ad probum vitæ genus manuduci Adde, quod ſervorum vel eo ipſo, quod viliſſimæ conditionis homines ſint, conditio non debeat eſſe melior conditione ingenuorum. At ingenui in civitatibus Chriſtianis graviſſime puniuntur ſi adulteria vel ſtupra committant, aut inceſtuoſa conjunctione utantur, Quo jure igitur ſervi & ancillæ ab his pœnis immunitatem prætenderent apud nos, uti immunes erant apud Romanos? &c. T.

(354)

Google

invitis contracta fuerint, (354) nulla ratione propterea ſunt diſſolvenda. (355) Servi tamen, qui contraxerint,

---

(354) Quia ſcil. in naturalibus iſtiusmodi nulla domino competit poteſtas, ita ut ne quidem ad hoc & nunc ea reſtringi poſſit, ſed libera in toto hoc negotio ſervo competit electio. Z.

Cur invitis dominis ſervi uxores ducere poſſint? Inſufficientia illius rationis, & quæſtio potius neganda.

(355) Sed hic iterum inſufficiens eſt ratio a Zieglero ſuppeditata. Notum eſt, in Pomerania & forte alibi non licere hominibus propriis matrimonium inire, ſine conſenſu dominorum. Vid. Mevii Bedencken von Bauren/ *q. 2 n. 160.* Hertium *de homin. propr. c. 3. §. 4.* An igitur dicemus, Principes Evangelicos hic peccare adverſus jus naturæ, quod liberam in toto hoc negotio ſervis non relinquant electionem? Abſit: Diſtinguendæ potius ſunt duæ diſtinctæ quæſtiones, quarum unius deciſio non dependet a deciſione alterius. Aliud eſt quærere, an ſervis in bene conſtituta & Chriſtiana republica ſint concedenda juſta & legitima matrimonia? Affirmanda eſt hæc quæſtio cum Canoniſtis, ſed ex diverſis principiis. Canoniſtæ dicunt; quia ſacramentorum etiam participes ſunt ſervi. Nos, quia per dicta *nota 353.* publica honeſtas id poſtulat. Aliud eſt quærere, an ergo homines proprii poſſunt invitis dominis contrahere matrimonia? Hic iterum Canoniſtæ affirmant, cur? quia ſacramentorum uſus non debet pendere ab arbitrio dominorum, aut ab eorum conſenſu. Et ex eadem ratione etiam negant parentum conſenſum, Vide *notam 340.* Nos contra, quemadmodum non obſtante libertate matrimoniorum liberis non auferenda, non tamen propterea concedimus, quod invitis parentibus nuptias contrahere poſſint, ita ob paritatem rationis non concedimus etiam, ut homines proprii, invitis dominis pro ſuo arbitrio, nuptias contrahere valeant, quia videlicet hypotheſin de ſacramento matrimonii rejecimus & quia publica honeſtas non poſtulat, ut hæc matrimonia, invitis parentibus vel dominis, valeant. T.

rint, proprios dominos debitis & conſuetis obſequiis minime fraudare debent. (356)

Si unus conjugum comperiatur poſt contractum matrimonium ſervilis conditionis, poteſt diſſolvi matrimonium, niſi poſt talem cognitionem fuerit renovatus conſenſus, vel ſequuta copula. Et liberi ſunt ex libero ventre nati, niſi aliud inducat lex, & mos regionis.

f) cap. 1. & fin. de conjug. ſerv.

§. 8. Si quis tamen, *f*) vel ſi qua inſciens eum, vel eam ſumſerit in conjugem, quem vel quam poſtea ſervilis compertum ſit eſſe conditionis, nec poſt diem veræ cognitionis habitæ ſe invicem cognoverint, aut aliter

---

Explicatio & limitatio.

(356) I. Quod ſi enim dominus inſolita juſſerit, & talia, quæ matrimonio contracto repugnant, non obligabitur ſervus. Nec tamen, ſi quid minus conſuetum mandaverit dominus, obſeqüium protinus denegare debet ſervus, ut maxime ad tempus uſu matrimonii deſtituatur; cum matrimonium ſervile ſemper intelligatur ſalvo jure dominii. Temperabit tamen & ipſe ſibi dominus, ne difficilem ſe nimis matrimonio iſti præbeat. Atque hinc volunt Canoniſtæ, ſervum, qui Domino conſentiente matrimonium contrahit, magis ad debitum reddendum, quam ad obſequium teneri. Martin. Azpilcuet. Navarr. *tom 5. c. 22. n. 33.* Z.

Præcedentis notæ emendatio.

II. Potius oſtendendum erat, Canoniſtarum doctrinam ex hypotheſi de ſacramento matrimonii parum cohærere. Volunt enim, ut ſervorum conjugium valeat invitis dominis contractum. Limitant, modo conſuetis obſequiis non fraudent Dominos. At hæc limitatio ipſam poſitionem pene tollit, ſi liceat pro lubitu ſervis inire matrimonium, inprimis cum ancilla aliena. Ex noſtra vero doctrina non opus eſt hac limitatione; ſecundum nos etiam falſa eſt aſſertio Navarri modo memorata a Zieglero, quia iterum fluit ex hypotheſi de ſacramento matrimonii. T.

(357)

aliter facto invicem in ſe conſenſerint, ita ſeparari poterunt, (357) ut utrique libera cum aliis contrahendi facul-

ad §. 8.

Errorem circa ſervilem conditionem non vitiare conjugium.

(357) I. Negari nequit, ſervitutem bonis matrimonii admodum adverſari, tum quia individua vitæ ſocietas actu quandoque ſecundo & exercitio plane deſtituitur, poſtquam ſcil. in domo domini habitare tenetur ſervus, & mitti quandoque ab eo ſolet in terras remotiores inibi vendendus, tum quia debitum reddere conjugi pro lubitu non poteſt, tum denique quia prolem alere nequit, cum omnia acquirat domino. Sed propterea tamen matrimonium, quod cum ſervo aut ſerva ex errore contractum eſt, diſſolvi debere, a Canonici juris autoribus *parum pie* aſſeritur. Nec enim error hic ſubſtantiam matrimonii impedit, etiamſi hoc inde ſequatur, quod debitum conjugale libere & pro lubitu reddi non poſſit. Nec igitur comparatio hic facienda eſt cum omnimoda coëundi impotentia, quod ſicut hæc ignorata impediat matrimonium, ita etiam conditio ſervitutis ignorata, ut vult Thomas *p. 3. q. 52. art. 1. in addit.* Cæterum quod addit hic autor, renunciare huic impedimento & juri ſibi competenti eum, qui, poſtquam de conditione conjugis ſervili certior factus fuerit, cum ea rem habuerit, id univerſale eſt in omnibus illis caſibus, quibus ſeparatio locum habet. Ita ubi adulterium commiſſum fuit, dubium non eſt, tolli ipſum matrimonii vinculum; ſed redintegratur iſtud, ſi poſt adulterium compertum, pars innocens adulteranti carnaliter ſe commiſcuerit, eo ſcil. quia tum probare videtur ejus mores, & delictum commiſſum condonaſſe. Vid. Anton. de Gamma *deciſ. 273.* Did. Covarruv. *de matrim. p. 2. c. 7. §. 7. n. 11.* Z.

Juris Canonici errores præcipui in hac doctrina.

II. Mallem ut Zieglerus voce *pietatis* hic abſtinuiſſet, nam ea ſæpius papiſmum ſapit, inprimis ſi opponatur rectæ rationi, ut hic. Etſi ſententiam Ziegleri approbaſſe videatur B. Stryk. *ad Brunnem. jus Eccleſ. p. 612.* Potius oſtendendum fuiſſet, Jus Canonicum in doctrina de erroris efficacia in matrimonialibus non cohærere, cum recto qui-

facultas non denegetur. Liberi autem ſunt, *) qui ſunt.

*) c. unic. de nat. ex lib. vent. c. licet d. t.

quidem admiſerit, errorem conditionis & perſonæ obeſſe matrimonio, ſed ſine ratione id negaverit in errore fortunæ & qualitatis, cum tamen hic ſit eadem ratio, item quod errorem cum dolo confuderit, nec de dolo hic quicquam ſeparatim docuerit, cum tamen error & dolus valde differant; denique quod Canoniſtæ diſtinctione inter errorem circa eſſentialia & accidentalia conjugii negotium magis confuſum reddiderint, quam ut explicaverint. Et hæc eo magis neceſſe erat annotare, quo magis noſtrates hodienum, ſive Theologi ſive JCti, doctrinas has Canoniſtarum erroneas repetere, & in Conſiſtoriis ſecundum eas pronunciare ſolent. Neque tamen putandum eſt, quod primus ſim qui illos errores obſervet, nam jam B. Anteceſſor meus in diſſertationibus de diſſenſu ſponſalitio, eos notare incœpit, adeoque ejus autoritas illis, qui de ſententiarum veritate, ex autoritate docentium, judicare ſolent, eo minus debet eſſe ſuſpecta, quo magis operam dare ſolebat vir encomio meo major, ut benevolum ſuum animum utrique claſſi Cleri, & quæ pietatem ex orthodoxia, & quæ veritatem ex pietate æſtimare ſolet, dum viveret, quavis data occaſione declararet. Nos paucis operam dabimus, ut doctrinas præcipuas & quaſi fundamentales, brevibus poſitionibus hoc loco includamus, & poſtea in notis ad ſequentem titulum hinc inde concluſiones noſtras remotiores, concluſionibus Canoniſtarum oppoſitas, ex his fundamentis pauciſſimis annotemus. Igitur I. Dolus & error regulariter, & adeo etiam in materia conventionum, quorſum pertinet etiam conventio de matrimonio, valde differunt. Conveniunt in eo, quod dolus & error excludant conſenſum, differunt, quod dolus conſenſum excludens non ſit ſine errore, error vero poſſit eſſe ſine dolo alterius; Si error ſit ſine dolo vel culpa alterius contrahentium, regula æquiſſima eſt, in dubio errorem nocere erranti, niſi qualitas rei, in qua erratum fuit, fuerit adjecta contractui per modum conditionis vel tacite ei inſit, aut

Poſitiones præcipuæ in hac doctrina quinque.

aut niſi errans ingens damnum paſſurus ſit, aut niſi ab utraque parte erratum fuerit &c. Contra dolus & culpa nemini debet prodeſſe, ſed ſemper nocet decipienti alterum in quacunque circumſtantia conventionis. Vide *Inſt. Juriſpr. divin. lib. 2. cap.* 7 & confer Stryk. *de diſſenſu ſponſalitio ſect. 2. §. 11. p. 50.* II. Rari ſunt caſus in conventione matrimoniali, ubi unus ſaltem erravit, ut error non ſit conjunctus cum dolo vel culpa alterius. III. Igitur ſi uterque erravit in quacunque qualitate, nulla eſt conventio matrimonialis, quia errantium non eſt conſenſus. IV. Si unus erravit citra culpam vel dolum alterius, non poterit recedere a conventione, etiam errore probato, niſi ſub limitationibus poſitione prima poſitis. V. Si error unius ortus eſt ex culpa vel dolo alterius, per poſitionem primam errans in quacunque qualitate poteſt recedere a matrimonio errore detecto. His ſuppoſitis indicium confuſionis non parvæ eſt, quod Jus Canonicum *in hoc paragrapho* & in *tit. ſeq.* quidem de errore in conjugio quæſtiones controverſas reſolvat, ſed de dolo nullam plane, quod ſciam, quæſtionem faciat. Sed id tamen non factum eſſe ideo credo, quaſi Canoniſtæ putaverint non neceſſe eſſe, ut de dolo deciſiones fiant, aut quod errorem & dolum a ſe invicem non diſtinxerint, ſed quod facile prævideriut, in materia matrimoniali regulariter errorem unius cum dolo alterius eſſe conjunctum, adeoque regulariter deciſiones eorum debeant intelligi de errore doloſo, & ita non opus eſſe ut de dolo ſeparatim hic agatur. Quod porro diſtinctionem inter conjugii eſſentialia & accidentalia attinet, uti ea circa quæſtionem de conventionibus in genere ex dolo provenientibus nullum habet uſum *per poſit. 1. hic*, ita nec in matrimonio, cum nulla dari poſſit ratio cur homo doloſus etiam in accidentalibus conjugii, ſi quæ eſſent, debeat lucrum ex dolo ſuo ſentire. Neque extat hæc diſtinctio, quod ſciam, in textibus Juris Canonici, neque eam in toto opere matrimoniali Sanchez invenire potui, ſed eſt inventum gloſſatorum, occaſione eorum quæ continentur *in §. 3. tit. ſeq.* ortum, ubi docetur quod ſolus perſonæ & conditionis error obſtet matrimonio, qualitatis vero & fortunæ non obſtet. Vocarunt igitur Gloſſatores errorem primi generis circa eſſentialia conjugii, poſterioris circa accidentalia.

Cur Jus Canonicum agat quidem de errore ſed non de dolo.

Quid ſentiendum ſit de diſtinctione inter ſubſtantialia conjugii & accidentalia.

dentalia. Conf. Corvini *Inſtit. Jur. Canon. lib. 2. tit. 13. §. 23.* Unde palpari poteſt, quod diſtinctio ipſa ſit plane non fundata in ratione aliqua, ſed redeat in circulum. Si enim jam quæras ex Canoniſtis, cur error circa perſonam & conditionem obeſt matrimonio, error vero circa qualitatem & fortunam non obeſt? Reſpondent, quia prioris claſſis errores ſunt circa eſſentialia, poſteriores circa accidentalia conjugii. Quodſi iterum ex iis quæras, cur errores prioris claſſis ſint circa eſſentialia conjugii, poſterioris circa ejus accidentalia, rurſus reſpondent, quia errores prioris claſſis obſunt matrimonio, poſterioris non obſunt. Unde ad oculum patet meras petitiones principii ſubeſſe in deciſione utriusque quæſtionis. Hæc vero cum ita ſe habeant, debebant noſtrates diſtinctionem illam eſſentialium & accidentalium conjugii, in quæſtionibus de conſenſus effectu ut ineptam plane rejicere; ſed placuit tamen illis alia methodo æque parum apta uti, & ubi in concluſionibus a Canoniſtis diſſentiunt, adverſus eos diſputare, utrum non ea, quæ Canoniſtæ dicunt ad accidentalia matrimonii pertinere, potius ad eſſentialia ſint referenda; qua diſputatione nos, qui eam diſtinctionem, ut nullo genuino fundamento ſubnixam plane rejicimus, ſuperſedere poſſumus Ipſe B. Strykius poſtquam *in d. tract. de diſſenſu ſponſalitio ſect. 2. §. 11. p. 50.* dixiſſet, quod in errore illam diſtinctionem certa ratione admittat, non in dolo; *in ſectione 5. §. 50. p. 251.* ubi de dolo agitur, ſic differit: *Nullam eſſe hanc diſtinctionem re penitus inſpecta, facile ſaniores animadvertent: ſufficit enim, alterum nunquam in matrimonium conſenſurum fuiſſe, niſi doloſa perſuaſione alterius fuiſſet inductus. Ut adeo parum interſit, an circa perſonam ipſam vel perſonæ qualitates, vel etiam fortunæ bona commiſſus ſit. Omnibus enim his caſibus excluditur conſenſus, qui fundamentum eſt matrimonii, & nemo ex dolo ſuo captare commodum debet.* &c. Atque adeo jam breviores eſſe poterimus in concluſionibus Juris Canonici, ex illa diſtinctione derivatis. Ita in quæſtione de errore circa conditionem ſervilem, quid opus eſt ut diſputemus cum Zieglero, utrum error hic eſſentiam vel ſubſtantiam matrimonii reſpiciat, nec ne, ſufficit quod ta-

Applicatio dictorum ad quæſtionem de errore cir-

lis

lis error citra dolum perſonæ ſervilis vix concipi poſſit, nec adeo ratio ſuperſit deciſionem hujus quæſtionis in hoc paragrapho tradi tam impugnare ſub prætextu majoris pietatis. Imo eadem, quæ hic circa errorem, circa conditionem ingenuam vel ſervilem ſtatuuntur, extendenda ſunt ad errorem circa conditionem nobilitatis ſive doloſum ſive non doloſum De contractu matrimonii, ſeu ut hodie loquuntur de ſponſalibus de præſenti ita ratiocinatur B. Strykius *d. ſect. 2. §. 35. De errore conditionis inter Canoniſtas receptum eſt, ob eundem locum eſſe repudio*, Can. un. Cauſ. 29. qu. 1. *Verum ſi rationem deſideres, quare hoc permiſerit Pontifex, non alia reddi poterit, niſi quod, ſi alter hujus conditionis gnarus fuiſſet, nunquam ſponſalia contracturus fuiſſet. Errorem enim circa ſubſtantiam matrimonii hic commiſſum eſſe nemo affirmaverit, cum inter ſervos & liberos jure Divino ſubſiſtat matrimonium. Quid ergo, ſi quis ignobilem pro nobili ſibi deſponſaſſet? Sponſalia hoc caſu diſſolvi poſſe, ſi alter ſe nobilem mentitus ſit, non adeo dubium eſſe cenſeo, vid. Cypr.* de ſponſal. cap. 13. § 36. n. 4. *Verum quid ſi ſe talem expreſſe non venditaverit ſponſa, ſed ſponſus opinione ſua lapſus ſit? Adhuc audiendum eſſe ſponſum puto, ſi ejus conditionis ſit, ut non niſi nobilem ducturus fuiſſet: quibus caſibus non raro opus eſt jurejurando, quo exploretur animus, an non gnarus conditionis ſponſæ fuerit, & ad ejus perſonam magis, quam avos atavosque reſpexerit: conf. Brouwer.* Lib. 1. cap. 25. num. 9. *Alia ratio eſt, ſi ſponſam ignobilem ſerverit, & poſtea urgentibus agnatis repudium ipſi mittere velit; hoc enim admittendum non eſſe, pluribus demonſtrat Dn. Nicolai* de Repud. c. 2. n. 84. ſeq. Imo eandem rationem eſſe in diſſolutione matrimonii, benedictione ſacerdotali & copula carnali conſummati, ex capite nullitatis, latius oſtendit idem *d. l. ſect. 5. §. 51. & 52.* adducto reſponſo facultatis noſtræ, in caſu ſingulari ubi furcifer quidam ſe nobilem eſſe mentitus fraude induxerat virginem nobiliſſimam ad matrimonium conſummandum, &c. T.

ea conditionem alterius ſervilem vel ignobilem.

Google

ſunt ex libero ventre nati,(358) niſi quis patris conditionem ſecundum leges & conſuetudinem provinciæ ſequatur. (359)

Error in perſona impedit matrimonium.

§. 9. Multo magis matrimonium invalidatur, cum quis in perſona *) erraverit: utputa, ſi exiſtimans ſe cum Gemma contrahere, cum Berta contrahat. (360)

*) *c. unic. 29. q. 1.*

Si alter contrahentium utitur verbis dubiis, animo decipiendi mulierem, & eam poſtmodum carnaliter cognoſcit, iudicatur pro matrimonio in foro iudiciali: ſecus in pœnitentiali.

§. 10.

Convenientia & diſconvenientia Juris Civilis & Canonici. (358) Vid. quæ notavi ad Hug. Grot. *de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 5. §. 29.* Et in hoc ſcil. convenit jus canonicum cum jure civili, ut maxime matrimonium inter ſervos juri civili adverſetur. Obſervat tamen Cujacius ad *c. un. X. de nat. ex lib. ventr.* cum regulariter utroque jure liberi, qui matrimonio interveniente naſcuntur, patrem ſequantur, ex hoc tamen connubio, quod inter ſervum & liberam eſt, liberos natos jure Canonico matrem ſequi. Z.

Declaratio. (359) Eſt enim hoc ex jure poſitivo, quod pro inſtituto civitatum variare poteſt. Et mentio fit talis legis in *c. 3. X. de conjug. ſerv.* Z.

ad §. 9.

Limitatio & ratio juris Canonici. (360) I. Dum tamen revera in perſona, non in nomine tantum erratum fuerit. Et ratio eſt, quia talis error conſenſum impedit circa ſubſtantialia matrimonii. Animus enim contrahentis eſt, non in quamcunque perſonam conſentire, ſed in certam certa intentione deſtinatam. Cæterum de errore, quatenus per eum vitientur ſponſalia, enucleate agit Franzkius *ad pr. Inſt. de nupt.* Z.

Ad quam reſpondetur, & oſtenditur II. Repudiata ratione de ſubſtantialibus matrimonii, ratio deciſionis hujus quærenda in poſitione 1. *notæ 357. ſect. II.* Vereor etiam,

§. 10. De eo quæſitum eſt, (361) qui cum non aliter

etiam, ut Franzkii hic citati, JCti alias ſatis acuti, doctrina hic multum profutura ſit ſtudioſis, ob rationes generales ſupra expoſitas. Neque error perſonæ adeo cum cura opponendus eſt errori nominis aut alterius qualitatis, nomina enim denotant & diſtinguunt perſonas. Quid ſi Cajæ, filiæ Titii, cognata, etiam Cajæ nomine gaudens, promiſſionem matrimonialem eliciat a ſponſo, & ejus mores etiam ſponſo placeant, annon poterit ſponſus poſtea ex capite nullitatis recedere a promiſſo, ſi probaverit ſe cum Titii filia voluiſſe matrimonium contrahere? Arbitror omnino, etiamſi non in individuo phyſico perſonæ & morum erraverit, ſed in qualitate. Adeoque non cohæret doctrina Canoniſtarum dum errorem circa perſonam ab errore circa qualitatem perſonæ ſecernunt, & in primo caſu nullam eſſe promiſſionem docent, in ſecundo vero ſubſiſtere volunt matrimonium. T. *non cohærere doctrinam Canoniſtarum.*

ad §. 10.

(361) I. Deciſionem hanc in foro exteriori vix poſſe probari, notat Auguſtinus Barboſa *ad c. 26. X. de ſponſal.* Falſum enim eſt, nomen ementitum vitiare ſponſalia, cum nec ullus alius contractus per errorem nominis vitietur. *l. 9. §. 1. ff. de contr. empt. l. 80. ff. de judic. l. 32. ff. de V. O.* Sufficit igitur de perſona & corpore conſtare, & quod voluerit mulier cum tali perſona, & non cum alia matrimonium contrahere. In quam rem non male philoſophatur Paulus Laymannus *in Theol. mor. lib. 5. tr. 10. part. 1. c. 1. n. 11. Mulier,* inquit, *copiam ſui corporis faciendo, inſtituit contractum nominatum: do tibi corpus meum ea lege, ut matrimonium mecum contrahas: quare ſi mulier ex ſua parte promiſſum impleat, alter acceptare non poteſt, niſi ex naturali æquitate & juſtitia contrahendo obligationem implendi etiam idipſum, cujus cauſa pars altera impleverat: quamobrem deceptor in omni foro ad id compelli poteſt.* Hactenus Laymannus. Atque idcirco minus probari *Rationes contra deciſionem Papæ.*

Qqqqq po-

ter mulierem, ut ſibi carnaliter commiſceretur, perducere poſſet, quam ſi eandem deſponſaſſet, (362) propri-

---

poterit hæc Pontificis deciſio, quæ jam diu exagitata fuit Bezæ *de divort. pag. 83.* Paul. Cypræ *de ſponſal c. 4 §. 13. n. 4. 5.* Z.

Difficultates Canoniſtarum in explicando cap. 26. de ſponſal.

II. Ut diſtinctius intelligatur, quid velit Zieglerus, initio notæ præcedentis, mentionem faciens fori exterioris, attendenda ſunt verba Pontificis *in d. c. 26. de ſponſal. Super quo tibi reſpondemus, quod cum præfatus vir prædictam deſponſaverit mulierem in propria perſona & ſub nomine alieno, quo vocari ſe finxit, & inter eos ſit carnalis copula ſubſecuta, videtur forte pro conjugio præſumendum; niſi tu nobis expreſſe ſcripſiſſes, quod ille non propoſuit nec conſenſit, illam ducere in uxorem: quod qualiter tibi conſtiterit, non videmus. Nos autem quid juris ſit, reſcribentes, dicimus, quodſi res ita ſe habet, videlicet, quod ille eam non propoſuit ducere in uxorem, nec unquam conſenſit in prædictam perſonam, non debet ex illo facto conjugium judicari, cum in eo nec ſubſtantia conjugalis contractus* &c. (Ut hic apud Lancelottum.) Sentientes igitur Canoniſtæ, Innocentii III deciſionem eſſe iniquiſſimam, & contra prima principia moralia impingentem, ut emollirent aut occultarent hanc iniquitatem, diſtinxerunt inter forum Eccleſiæ exterius & interius, aſſerentes, in priore verſiculo loqui Papam de eo quod ſit juſtum in foro exteriore, in ſecundo de eo quod pro juſto ſit habendum in foro interiore. Vid. Tellez. *ad d cap. 26.* Et huc etiam reſpexit autor ſummarii huic paragrapho præmiſſi. Nam forum judiciale & exterius ex una, & forum pœnitentiale & internum ex altera parte, ſunt ſynonyma. (Sed de diſtinctione hac fori fuſius agetur infra ad *Lib. 3. Tit. 1. ad paragraphos tres priores.*) Verum jam recte obſervavit Tellez, hanc expoſitionem repugnare regulis bonæ interpretationis, & conſtare ex contextu, Pontificem in recenſione prioris opinionis tantum proferre rationes dubitandi, in verſiculo: *Nos autem.* ea rejecta ſuam afferre deciſionem. T.

Deſponſare quid?

(362) Quamvis vox deſpondendi apud autores Latinos olim de ſpon-

prium mentitus nomen, (363) illam per hæc verba deſponſavit: g) *Te Joannes deſponſat:* an quia vir illo *g) c. tua*
nomine non vocaretur, nec nullum nubendi haberet *nos. de*
propoſitum, ſed copulam tantum carnalem exequen- *ſponſ.*
di, inter prædictos matrimonium ſit celebratum, cum tamen mulier in virum conſenſerit. (364) Et reſponſum eſt, non debere ex iſto facto conjugium judicari, cum in eo nec ſubſtantia conjugalis contractus, nec forma contrahendi conjugium inveniri valeat: quoniam ex altera parte ſolummodo dolus adfuit, conſenſus

365)

ſponſalibus ſaltem prædicata fuerit, & propterea forte etiam compilator decretalium dictum *cap. 26.* ſub titulo de ſponſalibus collocaverit, contextus tamen totius capituli oſtendit, per deſponſationem hic non denotari promiſſionem ſponſalitiam, ſed ipſum contractum matrimonialem. Et ita etiam ſumitur vox deſponſationis in rubrica *titul. 14. de clandeſtina deſponſatione*, ut ibi notabimus. T.

(363) Omiſit Lancelottus alias adhuc circumſtantias in caſu *An recte o-*
Pontifici propoſito adductas in *d. c. 26.* ſcilicet deſponſatio illa facta *miſerit Lan-*
erat, *nulla ſolennitate adhibita vel alicujus præſentia.* Quæ cir- *celottus in*
cumſtantia multum videtur facere ad defendendam Pontificis deci- *caſu propoſi-*
ſionem contra matrimonium, quia clandeſtinæ deſponſationes ſunt *to circum-*
prohibitæ & effectu carent per *d. tit 14. infra* Sed recte tamen o- *ſtantiam*
miſit Lancelottus circumſtantiam clandeſtinitatis, quia ad eam Pon- *clandeſtini-*
tifex in formanda ſua deciſione plane non reſpexit. T. *tatis?*

(364) Hæc ratio dubitandi ſola utique non ſufficit, cum matri- *Corrigitur*
monium præſupponat utriusque conſenſum; ergo ſic dicere debuiſſet *Lancelottus.*
Lancelottus: *cum tamen mulier in virum conſenſerit. & vir ipſe eam ſibi deſponſaverit in propria perſona, quamvis ſub nomine ficto, & carnalis copula inter eos ſit ſecuta.* Nam has circumſtantias ipſe Pontifex *d. c. 26.* in rationibus dubitandi refert. T.

(365)

(365) omnino deſuit, (366) ſine quo cætera fœdus conjugale perficere nequeunt. Sed donec expreſſe non appa-

Confudit Pontifex conſenſum verum & præſumtum.

(365) De conſenſu conſtare aliunde non poteſt, niſi ex verbis aut factis. Jam conſideres quæſo totum hunc caſum complexive & in ſenſu compoſito ſecundum omnes ſuas circumſtantias, & facile apparebit, non deeſſe conſenſum, ſaltem præſumptum, poſtquam non aliter copiam ſui facere voluit mulier, niſi ſub fiducia matrimonii promiſſi, nec aliter in amplexus mulieris venire potuit ſtuprator, niſi ſub fide conjugii, quam eo ipſo dedit, dum mulieris promiſſionem acceptavit, & ſub ea qualitate cum ea concubuit. Simile fere eſt, quod ſtatuunt hodie Canoniſtæ, ſponſalia de futuro non diſſolvi per alia ſponſalia de futuro, etiam copula carnali firmata, niſi copula iſta facta fuerit affectu maritali. Mart. Azpilcuet. Navarr. *tom. 3. c. 22. n. 26. & 28.* cum tamen copula ſemper faciat ſponſalia tranſire in ipſum matrimonium. Et unde vero conſtare poterit, copulam factam fuiſſe affectu maritali, aut eo affectu factam non fuiſſe. Imo vero propter antecedentia ſponſalia ſemper præſumptio erit de affectu maritali. Z.

Fortior diſputatio adverſus Pontificem.

(366) Mihi ne quidem opus videtur confugere hic ad conſenſum præſumtum: quia conſenſus expreſſus hic adfuit etiam ex parte viri; declaratus facto & verbis: *Ego Johannes te deſponſo.* (Neque enim credo Pontificem rationem deciſionis poſuiſſe in circumſtantia quod in caſu propoſito formula mentionem faciat deſponſationis in perſona tertia: *Te Johannes deſponſat*, non in prima. Nam alias hujus rationis mentionem feciſſet, quamvis nec ipſa ſit magni momenti.) Quodſi dicas, adfuiſſe quidem conſenſum declaratum extrinſece, non vero adfuiſſe conſenſum intrinſecum, eo ipſo quod ſupponatur circumſtantia, quod vir ille hoc fecerit ſaltem animo decipiendi & pelliciendi ad concubitum, reſpondebo, obligationes hominum ex conventionibus æſtimari ex declaratione voluntatis externa, ſive expreſſa per verba, ſive tacita per facta, internam vero voluntantem præ-

præſumi etiam contra invitos, quia dolus & mendacium non debent prodeſſe hominibus doloſis & mendacibus. Et profecto ſi ratio decidendi Pontificis quicquam valeret, aperiretur janua omnibus nequitiis, cum ex eodem fundamento omnes extreme nequam in omnibus contractibus urgere poſſent: *contractus me non obligat, quia ex mea parte ſolummodo dolus adfuit, conſenſus omnino defuit, ſine quo tamen contractus perfici nequit.* Atque eo magis pudere debuiſſet vel Pontificem vel ejus mancipium, quo in decretali illa uſus eſt, tam abſurdas & prope dixerim ſcurriles rationes proferre, quo magis in ſenſus etiam ſimpliciſſimorum ac viliſſimorum ex laicis & v. g. nutricum incurrit doctrina moralis modo prolata, de obligatione ex conſenſu verbis declarato, & quam nec gloſſatores antiquiorum temporum ignorarent. Sic enim Baldus, citatus Tellez *ad d. c. 26.* *Ille, qui promiſit abſque animo ſe obligandi, quamvis non obligetur ex animo, obligatur tamen ex illa æquitate naturali, ne videlicet conſequatur commodum cum jactura alterius.* Atque hæc obſervantes qui ex Canoniſtis non fuere ſtupidiores, cum ſententiam Pontificis abſurdiſſimam defendere non poſſent, mitigarunt tamen aut limitarunt, docentes, in caſu propoſito quidem non fuiſſe matrimonium, ſed tamen eum, qui ficte & ſimulate contraxit, teneri de novo vere conſentire. Vid. Tellez ad *d. c. 26. n. 3.* Quæ tamen limitatio uti non eſt ad mentem Pontificis, iſtum hominem doloſum ab omni obligatione abſolventis; ita ex noſtra ſententia ea non eſt opus. Imo æque abſurdum foret, acſi quis diceret: homo doloſe alterum decipiens per verba ſimulata in contrahendo adhibita non obligatur quidem ex illis verbis, obligatur tamen ut de novo contrahat. Scire enim vellem rationem, unde poſterior obligatio deduci debeat, quæ non æque valida ſit ad oſtendendam obligationem priorem, ut patet ex illis quæ apud Tellez *d. l.* ſequuntur. Poſtquam hæc ſcripſeram, deprehendi in Burneti Hiſtoria Reformationis Eccleſiaſticæ in Anglia *lib. 3. p. 384.* elegantem locum, per quem obſervatio noſtra maxime illuſtratur. Cum anno 1540. ſenatus Eccleſiaſticus Angliæ pronunciaret conjugium Henrici VIII. cum Anna Clivenſi eſſe reſcindendum, inter alias rationes etiam hæc *n. 2.*

Cenſura Canoniſtarum ſententiam Pontificis temperare volentium

appareat, (367) quod is, qui mulierem deſponſavit in pro-

allata fuit. *Que le Roy ayant epousè la Reine à contre coeur, il n' avoit point donnè à ce mariage un conſentement interieur, & entier: & que la nature des actions des hommes eſtant limitée, par ce qu' elles ſont interieurement, aucunes promeſſes arrachées, ou extorquees, n' obligeoient ceux, qui les avoient faites.* De hac ratione ita judicat Burnetus. *Jamais Henry n' avoit eu une marque plus eclatante de la complaiſance aveugle des Eccleſiaſtiques: car* &c. *ils donnerent l' exemple d' un expedient auſſi nouveau que pernicieux pour annuller toutes ſortes de contracts & de traités. Car ſi un contract, ou un traité n' eſt valable, que quand le conſentement interieur y a concouru avec le conſentement exterieur, où eſt ce que les hommes trouveront de la ſureté? Qui pourra eſtre certain du conſentement interieur des autres? Davantage, ſi l' on ſuppoſe, que, quand un homme fait quelque démarche avec repugnance, il n' y conſent pas dans ſon coeur, on donne par ce moyen-là un ſpécieux prétexte de rompre toutes ſortes d' engagemens. Car un homme peut en traitant dire à ſes amis, qu' il le fait à contre-coeur; & dans la ſuite il aura une excuſe, pour violer ſa foy.* Paulo poſt agnovit idem Autor tales ratiunculas ortum debere juri Canonico. Ita enim pergit. *On peut neansmoins les excuſer, en diſant, que ces fondemens, quelque foibles qu' ils paroiſſent, ſont ceux, que la Cour de Rome à demandez de tout temps, pour autoriſer le divorce. Et comme la plus part des Eccleſiaſtiques de l' Aſſemblée eſtoient verſez dans l' étude du droit canon; & qu' ils ſçavoient par conſequent, combien de fois la ſeparation avoit eſté accordée à Rome pour d' auſſi foibles raiſons, ils croyoient peuteſtre avoir droit de faire, ce que les Papes avoient fait.* T.

An apparere poſſit, diſſenſiſſe deſponſant.m? (367) Quomodo hoc expreſſe apparere poſſit, non video. Et ſubdubitat ipſe Pontifex in *d. c. 26. X. de ſponſal.* dum ait: *quod qualiter tibi conſtiterit, non videmus.* Decidendum igitur hoc caſu e-

ric

propria perſona, ſub nomine tamen alieno, quo vocari tunc ſe finxit, diſſenſit, (368) interim erit pro matrimonio præſumendum. (369)

QUÆ

rit pro matrimonio, & adigendus impoſtor ad cohabitationem, cum verba prolata in eum ſenſum accipienda ſint, quem ſolent negotia matrimonialia tractantibus & intelligentibus generare, *arg. eor. quæ dixit ſupr §. inde quæritur*. Z.

(368) Quamvis Pontifex dicat ſe non videre, quomodo quærenti conſtare potuerit, quod deceptor tempore deſponſationis diſſenſerit, tamen ego potius miror, qua ratione moveri potuerit Pontifex ut hoc ineptum dubium formaverit. Nam ſi credidit, illum Pſeudo-Johannem ideo nomen ſimulaſſe ut mulierem ſimulata promiſſione deciperet, (uti credidit, & res creditu facilis fuit, cum exempla hominum dolo malo alios decipientium ſint frequentiſſima & tantum non quotidiana) ſimul etiam neceſſe eſt, ut crediderit, eum interius non conſenſiſſe in matrimonium. Sed cum tamen contingere etiam poſſit, ut qui ab initio tam intrinſece quam exterius conſentiunt, ex poſt facto pœnitentes prætendant ſe ab initio ſtatim non ſerio promiſiſſe, ſed decipere ſaltem alterum voluiſſe, hoc quidem caſu difficilior videri poſſet probatio, quod ab initio ſtatim quis non conſenſerit; ſed nec tamen omnino impoſſibilis. Quid enim, ſi decepturus alium, ante ſimulatam promiſſionem adeat Notarium, & coram ipſo jurato teſtetur, quod ea, quæ promiſſurus ſit alteri, promiſſurus ſit animo non ſerio, ſed cum intentione illum decipiendi. Ergo hæc quidem circumſtantia non multum proderit in diſputatione contra deciſionem Pontificis. T.

(369) Non diſputabo prolixius, utrum hæc limitatio Lancelotti ſit ad mentem Pontificis nec ne. Sufficit, quod ſecundum noſtram ſententiam ea plane non ſit opus. T. *Obſervatio.*

TIT.

QUÆ MATRIMONIUM IMPEDIRE POSSUNT. (370)

TITULUS XII.

Error perſonæ & conditionis impedit matrimonium, non autem qualitatis & fortunæ.

§. 1.

ERgo non omnis error (371) matrimonium impedit: nam ſi quis corruptam in uxorem accipit, quam virginem arbitratur, *) vel qui accipit meretricem, quam putet eſſe caſtam, uterque quidem errat, neutro

*) *c. unic. 29. q. 1.*

TIT. XII.

Differentia inter impedimenta conjugii & divortia.

(370) Explicationis gratia pono diſcrimen inter vera impedimenta, dirimentia matrimonium, vel contrahendum vel contractum, & inter divortium. Impedimenta enim vocantur, quando conjunctio, quæ non eſt legitima, dirimitur; & præcipue, quando matrimonium non eſt conſummatum. Divortium vero accidit in conjugio, quod legitime contractum, & præcipue quando jam conſummatum eſt. Ita Moyſes, *Deut. 25.* deſcripturus repudium, inquit: Si homo acceperit uxorem, & maritaverit eam. Sed *Esdr. 10.* ſeparatio alienigenarum, quia contra mandatum divinum conjunctæ erant, fit ſine libello repudii, quanquam illa differentia non ubique ab omnibus ſervetur. Quidam enim inter cauſas divortii numerant etiam gradus prohibitos, qui tamen proprie ad impedimenta matrimonii pertinent. Hæc ſunt verba Chemnitii *ad Concil. Trident. Part. 2. p. m. 427. ſeq.* T.

ad §. 1.

Regula Ziegleri.

(371) I. Sæpe diſtinguitur inter matrimonium adhuc contrahendum & jam contractum. Quod contractum jam eſt, difficulter dirimitur. Et in genere notetur, ea, quæ non labefactant integritatem vin-

neutro tamen caſu (372) ob errorem matrimonium infringitur.

Ei

---

vinculi ſeu fidei conjugalis, ne exiſtat aut exiſtens violetur, neque debitum thori impediunt, neque a DEO interdicta ſunt, ea, inquam, eſſentiam conjugii jam contracti deſtruere non poſſe. Z.

II. Imo vero illa regula a Zieglero tradita & obſcura eſt & inſufficiens. *Rejicitur.* Obſcura, cum obſcurum ſit, quid intelligat per ea, quæ labefactent aut non labefactent integritatem vinculi ſeu fidei conjugalis, ne exiſtat aut exiſtens violetur. Inſufficiens: Nam vel ea, quæ idem Zieglerus mox contra ſententiam Canoniſtarum de errore circa virginitatem diſputat, oſtendunt, quod ea quæ neque debitum thori impediunt, neque a Deo interdicta ſunt, tamen, ſi in iis erratum fuerit, matrimonium etiam contractum deſtruant. Solent enim Pontificii urgere, quod debitum thori per hunc errorem non impediatur, cum etiam non virgo vel meretrix ſit apta ad procreandam ſobolem. Neque Deus prohibuit ducere non virginem aut meretricem. Ergo ſic potius dicendum. *Alia ſubſtituta.* Omnis error cum dolo alterius conjunctus impedit conſenſum, & adeo matrimonium etiam contractum non tam dirimit, quam nullum eſſe demonſtrat. At error circa virginitatem vix concipi poteſt ſine dolo alterius. T.

(372) I. Imo vero infringi & diſſolvi poteſt matrimonium propter talem errorem, quippe qui non nudæ qualitatis eſt ſed circa aliquid verſatur, quod ad ipſam conjugii ſubſtantiam pertinet, aut ſaltem ad qualitatem intrinſecam, adeoque naturalem & de virgine tacite ſemper ſubintellectam. *Contra Canoniſtas de errore circa virginitatem.* Vid. Gerhard. *Loc. de conjug.* §. *10*. *ſeq.* Weſenbec. *tit. de rit nupt n. 8.* Andr. Gerh. JCt. *in exercitat. Juſtin. dec. 2. q. 7.* Alberic. Gentil. *l. 0. de nupt c. 13.* Philipp. Hoenon. *diſp. 2. th. 7. quæſt. 2.* Sig. Finkelthaus *obſerv. 30.* Z.

II. De errore circa virginitatem operoſus non ero, cum hoc thema ſatis abundeque ab aliis anticipatum ſit vid. Cypr. *de ſponſal. cap. 13. §. 39. ſeqq.* *Sententia Strykii.* Certum hic omnino eſt, ſponſum, ſi hoc ſciviſſet, nunquam cum illa perſona ſponſalia contracturum

Rrr rr fuiſſe;

fuiſſe; nam ſi hic error ad matrimonium jam contractum diſſolvendum ſufficiens eſt, ex receptisſima Conſiſtoriorum ſententia, Carpzov. *Jurispr. Eccl. l. 2. d. 193. & ſeqq.* Nicol. *de Repud. P. 2. c. 3. n.* 44. cur non multo magis ſufficeret ad dirimenda ſponſalia. Id majoris dubii eſt, an ſi puella alias honeſta, vi ſtuprum paſſa, repudio locus ſit? Affirmat hoc Cypræus *d. cap. 13. §. 42.* ſi ſcilicet vi ſtuprata nihilominus ſe pro virgine venditarit, quia ſic in dolo fuit. Verum extendendum hoc puto, etiamſi ſe expreſſe pro virgine non geſſerit, ſed procus illam talem eſſe crediderit, & poſt contracta demum ſponſalia hujus rei certior factus. Nam nec hic, ſi gnarus antea hujus negotii fuiſſet, illam duxiſſet. Ita philoſophatur B. Strykius *de diſſenſu ſponſalitio ſect. 2. §. 34.* Scilicet quod ultimam hanc ejus rationem concernit §. *praeced. 30.* fundamenti loco poſuerat verba Lutheri ex ejus libro von Ehe-Sachen: Wenn ein Mann ſolchen Mangel hernach an ſeiner Braut findet/ daß er ſie nicht genommen hätte/ wo er zuvor hätte gewuſt/ ſoll er ja billich frey ſeyn/ ſie zu laſſen/ denn er hat ſie mit ſolchem Zuſatz nie bewilliget zu nehmen. Verum quod primo ſententiam Ziegleri attinet, rationem ejus ideo guſtare non poſſumus, quia jam ſupra diſtinctionem inter errorem circa eſſentialia ſeu ſubſtantialia conjugii & accidentalia rejecimus *nota 357. ſect. 2.* Eadem etiam obſervanda ſunt circa ſententiam Conſiſtoriorum noſtrorum, cum autores a B. Strykio allegati omnibus viribus allaborent, ut probent, errorem circa virginitatem non pertinere ad accidentalia conjugii, ſed ad eſſentialia, qua diſputatione intricata opus non habemus, cum ſtatuamus, etiam errorem circa accidentalia cum dolo alterius conjunctum, impedire effectum matrimonii contracti. Quod ultimum caſum attinet ſi quis ſtupratam, quæ ſe pro virgine non geſſerit, ignorans tamen ſtupratam eſſe, duxerit, ita dicendum arbitror. Etiam quæ ſe pro virgine non gerit, poterit in dolo eſſe intuitu ſponſi, ſi alibi, ubi ignoratur, eam ſtupratam eſſe, ſe pro vidua gerat. Si ſe non gerat pro vidua, neceſſe tamen eſt, ut vel nomine virginis, vel devirginatæ einer Frau compelletur. Si prius, & illa ita ſe compellari patiatur, ſe hoc ipſo pro virgine gerit; ſi poſterius, ſtulta eſſet exceptio ſponſi poſt contractum matrimonium excipientis: putabam te

Cenſura doctrinæ Ziegleri, & Strykii.

eſſe

by Google

eſſe virginem, quia ignorantia ejus craſſa & ſupina eſt, quæ ipſi prodeſſe nequit. Imo etſi ſe pro virgine non geſſerit, ſponſus tamen quocunque modo declaraverit ante promiſſum, quod putet eam eſſe virginem, & illa tacuerit, in dolo æque eſt, ac dominus, ſervum vendens artis coquinariæ imperitum, quem etiam non dixit eſſe coquum, ſed quem tamen emtori, aſſerenti, ſe velle coquum emere, vendidit, ſine præcedente declaratione quod non ſit coquus. Addit B. Strykius aliam quæſtionem. An idem intuitu ſponſæ dicendum ſit, ſi ſponſus ante nuptias cum alia concubuerit? *Libidini hic vela pandunt,* inquit, *qui majorem caſtitatem in virginibus quam juvenibus deſiderant. Lex divina ſexum non diſtinguit. Ipſe Ulpianus JCtus Ethnicus iniquum eſſe cenſuit, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipſe non exhibet.* Poſtea tamen variantes in hac quæſtione noſtratium opiniones præjudiciis corroboratas adducit. Quod ultimum attinet, non mirandum variare noſtrates, cum vagari ſoleant in hypotheſibus, & certo fundamento deſtituantur. Cum autem mea intentio primaria jam non ſit, judicare de ſententiis noſtratium, ſed ſaltem examinare fundamenta Canoniſtarum, ſufficit annotaſſe, quod Canoniſtarum doctrina ſatis hic cohæreat, nec ſponſæ recedere permittens a deſponſatione, ſi erraverit circa caſtitatem ſponſi. An æque bene cohæreat doctrina noſtratium, alibi dicendi erit commodior occaſio. Sane quæ Strykius annotavit, valde dubia ſunt. Etenim & mores Romanorum & mores hodierni docent majorem caſtitatem a fœminis requiri quam a viris; quod vero hoc pacto libidini vela pandantur, dicere nolim, cum & lex divina, fruſtra id negante Strykio, ſexum hic diſtinguat, graviſſimam pœnam ſtatuens in eam quæ ſe pro virgine geſſerat, ſi deflorata deprehenderetur, neglecto viro. Sed hæc quidem de pœna vitiorum agunt, adeoque ad quæſtionem præſentem, ubi de conſenſus effectu quæritur, non pertinent. Hic ſaltem illud quærerem ex Strykio, & cum eo ſentientibus. An, quemadmodum concedunt, etiam conſummato matrimonio, maritum poſſe repudiare uxorem, quam deprehendit defloratam eſſe, ita etiam credant uxorem matrimonio conſummato, poſſe repudiare maritum, quem demum hoc tempore cognoverat ante matrimonium rem cum alia habuiſ-

Notabilia circa quæſtionem de errore circa caſtitatem ſponſi.

 buiſ-

Ei qui ſcienter ducit in uxorem publicam meretricem, peccata remittuntur.

a) c. inter opera. de ſponſ.

§. 2. Quin potius qui ſcientes & prudentes, mulieres publicas de lupanari extraxerint, *a*) & in uxores duxerint, quod agent, in remiſſionem proficiet peccatorum: (373) cum inter opera charitatis non minimum ſit, errantem ab erroris ſemita revocare. (374) *Qualis*

buiſſe? Hic Rhodus. Strykius certe, ubi agit de nullitate matrimonii rejicit diſtinctionem inter dolum circa eſſentialia & accidentalia matrimonii, ut jam ſupra notavimus. Et adeo debebat & hanc quæſtionem affirmare. Sed valde vereor ut hæc ſit ejus ſententia. Unde & in illo tractatu, ubi agit de nullitate matrimonii, quæſtionem de virginitate plane omiſit. Confer jam ſupra notata, *nota 322*. T.

ad §. 2.

Duo arcana Politica ſub doctrina de indulgentiis papalibus latentia.

(373) Ex authoritate videlicet Apoſtolica, ut ait Pontifex *d. cap. 20. de ſponſalib.* Nobis igitur hæreticis, qui autoritatem Apoſtolicam minime agnoſcimus, nihil proderunt hæ indulgentiæ. Recte enim jam notavit Burnetus *Hiſt. Reform. Eccleſ. Anglic. lib. 2. p. 213.* ſublata autoritate Papæ in Anglia, tacite abrogatas ſtatim eſſe negotiationes indulgentiarum. Qui tamen & alibi, ſcilicet *eod. lib. p. 239.* obſervationi alii anſam dat, quod indulgentiæ etiam ſint medium Politicum animandi plebem contra hæreticos, cum ibi retulerit, Clerum Anglicanum, ut eo efficacius plebem adverſus hæreticos animaret, publicaſſe indulgentias 30. dierum pro omnibus qui ligna ad comburendos hæreticos attulerint. T.

Salſa objectio Ziegleri.

(374) Uti nullum alias ex parte noſtra agnoſcimus meritum, ſed remiſſionem peccatorum mere ſtatuimus gratuitam, ita ex meritriciis nuptiis juſtificari hominem poſſe, prorſus negamus. Negligentes autem eſſe oportet Pontificios, & ſalutis ſuæ parum ſedulos procuratores, quod lupanaria tam referta relinquant, & novis identidem proſtibulis ea impleant. Z.

ad

Qualis ſit error perſonæ, conditionis, fortunæ, & qualitatis.

§. 3. Solum igitur perſonæ & conditionis *) error (375) obſtat matrimonio: qualitatis vero & fortunæ (376) non obſtat. (377) Eſt autem error perſonæ, cum

*) *d. c. unic.*

ad §. 3.

(375) Hic non tam matrimonio obſtare videtur, quam libero ejus uſui. Datur etiam inter ſervitutes laxior alia, alia adſtrictior. Et præcipuum atque generale impedimentum, quod ex ſervitute naſcitur, in eo ſubſiſtit, quod ſervus non habeat poteſtatem corporis ſui, nec utendum proinde iſtud dare poſſit alii Z. *Objectio de conditione.*

(376) Talia enim adeſſe & abeſſe poſſunt ſalva matrimonii ſubſtantia. Et hinc valet matrimonium tali ſub errore contractum, etiamſi dolus cauſam dederit, e.g. ſi fœmina divitem ſe aut nobilem mentiendo juvenem ad nuptias contrahendas inducat & perſuadeat. Did. Covarruv. *de matrim p 2, cap 3. §. 7. n. 4* Nec enim audiendus eſt, qui pecuniæ magis, quam perſonæ amore conjugium ſe iniviſſe dixerit. Z. *Rationes de qualitate & fortuna.*

(377) Verum, ut ſæpius diximus, in determinandis his quæſtionibus de errore, plane non reſpiciendum eſt ad ea, quæ magis vel minus pertinent ad eſſentiam conjugii in genere, ſed utrum convenerit inter partes de conjugio & utrum verus conſenſus eorum adſit. Quemadmodum enim notum eſt, pacta dare legem contractui, & adeo impertinens eſſet, ſi poſtea fidem pacto datam rumpere quis vellet ſub prætextu, quod ea quæ per pactum conventioni adjecta ſunt, non ſpectent ad eſſentiam illius contractus, ita pariter, ubi de defectu conſenſus agitur, impertinens eſt diſquirere, an error vel dolus verſetur circa ea quæ ad eſſentiam contractus pertinent vel non pertinent. Quare ut hic ante omnia repetimus præſuppoſita ſupra *nota 357. ſect. 2.* ita etiam repeto obſervationem *notæ 256. ſect. 2.* quod quæſtiones matrimoniales non debeant definiri contra principia, quæ jus naturæ de *Cur ea rejicienda ſint. Obſervatio de argumentis a contractibus ad*

& ita me deciperet, numquid dicerer conſenſiſſe in orichalcum? Nunquam volui emere orichalcum; nec ergo aliquando in illud conſenſi, quia conſenſus non eſt niſi voluntatis. Sicut ergo hic error materiæ excludit conſenſum, ſic & in conjugio error perſonæ. Non enim conſenſit in hunc, ſed in eum, quem putabat eſſe. Tum reſpondet ad objectionem ab exemplo Jacobi, non conſentientis in Leam &c. petitam, circa quam reſponſionem quidem ipſi litem non movebimus At quod ipſum ſimile de emtione attinet, initio quæſtio præjudicialis eſt, an in emtione & aliis contractibus ſimilibus, ubi magis de re quam de perſona cum qua contraho, ſum ſollicitus, indiſtincte error circa perſonam impediat conſenſum? Sic, ſi rem fungibilem emere velim, quid mea intereſt, an eam Titius vel Sempronius vendat. Imo ſi etiam res, in quas cadit affectio, velim emere, parum mea intereſt, quis earum ſit dominus & venditor, item an ipſe Dominus an procurator mihi eas vendat. Si ædes vendam, nullum mihi fit regulariter præjudicium utrum Titio an Cajo vendam, in primis ſi parata mihi ſoluta ſit pecunia. In caſu a Gratiano formato deciſio Gratiani multis dubiis obnoxia eſt. Etſi enim promiſerim Marcello, me venditurum ei ædes; cum tamen pactum de vendendo ex natura ſua non producat actionem, quid mea intereſt, etiamſi eas vendiderim Paulo? Adde quod Gratianus ſupponat, dolum Pauli acceſſiſſe, & adeo ſi non obligarer, id dolo foret adſcribendum, non errori ſimpliciter. Videtur porro imbecillitatem argumentationis ſenſiſſe Gratianus, unde omiſſa ea affert argumentum ab objecto realis emtionis, & a materia emtionis argumentatus eſt ad perſonas in conjugio. Sed quid ſi regeratur, a diverſis ad diverſa non valere conſequentiam. Video quidem, quid ſenſerit Gratianus. Cognovit, in emtione regulariter inter emtorem & venditorem non requiri affectionem ſingularem, eam vero in matrimonio eſſe eſſentialem; ideoque cum in venditione rei, potiſſimum non fungibilis, emtoris multum interſit, utrum hæc vel alia res illi vendatur, putavit fortius eſſe argumentum ab objecto emtionis ad perſonam in contractu matrimonii. Sed debebat iſta diſtinctius memorare, nam pauciſſimi illa divinabunt. Quodſi breviter ſe expedire voluiſſet Gratianus, debu-

iſſet

ditionis, cum is, qui ſervus eſt, liber creditur. (379) Fortunæ, ut cum is, qui pauper eſt, dives exiſtimatur, vel con-

iſſet ſimili uti a ſocietate deſumto, cum hic contractus omnium proxime accedat ad emtionem, quia utrobique intereſt, cum qua perſona ſocietatem vel matrimonium ineam, & haud dubie in ſocietate regulariter error perſonæ impedit contractum ſocietatis. Et ita duobus quaſi verbis potuiſſet hanc probationem abſolvere. Nunc cum ſemel a ſcopo aberraverit, hinc inde evagando tamen errorem non corrigit. Sic enim pergit. *Aliter etiam hoc probatur. Diabolus nonnunquam ſe in angelum lucis transformat, nec eſt periculoſus error, ſi tunc creditur eſſe bonus, cum ſe bonum ſimulat. Si ergo tunc ab aliquo ſimplici quæreret, an ſuæ beatitudinis vellet eſſe particeps, & ille reſponderet, ſe in ejus conſortium velle tranſire, nunquid dicendus eſt, conſenſiſſe in conſortium diabolicæ damnationis, annon potius in participationem æternæ claritatis?* Sed hic urgebit diſſentiens, aſſumendo doctrinam Gratiani, in propoſito caſu non eſſe errorem circa perſonam, neque enim erraſſe ſimplicem in individuo, ſed in qualitate individui, id eſt in bonitate & malitia individui, quas qualitates ipſe Gratianus hic a perſonis diſtinguit. (Ut taceam de erronea aſſertione Gratiani, quod non ſit periculoſus error, ſi ſimplex diabolum ſe in angelum lucis transformantem credat eſſe bonum, quia ea ad rem præſentem non pertinet.) Item dicendum eſt de iis quæ ſequuntur apud Gratianum: *Item ſi quis hæreticorum, nomine Auguſtini, vel Ambroſii, vel Hieronymi, alicui catholicorum ſe ipſum offerret, atque ad ſuæ fidei eum imitationem provocaret, ſi ille præberet aſſenſum, in cujus fidei ſententiam diceretur conſenſiſſe, non in hæreticorum ſectam, ſed in integritatem catholicæ fidei, quam ille hæreticus ſe mentiebatur habere.* Nam evidens iterum eſt, hæreticum eſſe, vel orthodoxum non pertinere ad individuum perſonæ ſed ad ejus qualitates. T.

Cur Gratianus de errore circ. con. (379) De errore circa conditionem ſervilem jam dixi *nota 357. ſect. 2. circa finem.* Id ſaltem hic miror, quod Gratianus, dum hic circa reliquas aſſertiones ſuas ſingulas de efficacia erroris, probati-

Digitized by Google

contra. (380) Qualitatis, cum is reputatur bonus, qui tamen

---

bationes ab aliis contractibus afferat, circa hujus aſſertionis (de errore circa conditionem) probationem magis mutus ſit quam piſcis. Nec eſt, quod dicas, perſonam & conditionem perſonæ coincidere, ergo probationes de errore circa perſonam etiam pertinere ad probationes de errore circa rem. Nam reſpondeo. Si coincidant hæc duo, cur antea Gratianus ea ut diſtincta propoſuit. Si non coincidunt, cur de errore circa conditionem non ſeparatam probationem addidit? T.

ditionem nullam probationem addiderit.

(380) De errore fortunæ aliter ſentio ac Gratianus, ex principiis ſupra *nota 357. Sect. II.* poſitis. Error circa fortunam impedit conſenſum matrimonialem, ſi fortuna in conditione promiſſionis poſita fuerit vel expreſſe vel tacite, etiamſi dolus alterius non acceſſerit, multo magis ſi acceſſerit. Conſentit Strykius circa errorem per dolum alterius ortum *de diſſenſu ſponſalitio ſectione II.* §. *13.* ubi plures eam in rem auctores & præjudicia citat. Similiter de dolo in genere ita alibi ait *d. tract. ſect. V.* §. *49. Equidem in eo conveniunt omnes, ſponſalia ob dolum alterius reſcindi poſſe, quod ſi vero matrimonium ſit conſummatum, tum ob indiſſolubilitatem illius reſciſſionem concedere nolunt. Idque imprimis Pontificii Molin.* de Juſt. & Jur. Tr. 2. Diſp. 352. num. 5. *Covarruv.* de Matrimonio P. 2. §. 7. num. 4. *Quorum ſententiam improvide ſequuntur noſtrates, nam fluit illa ex hypotheſi Pontificiorum quod matrimonium ſit ſacramentum: Hac autem toties quoties rejecta, illa quoque repudianda. Et quid eſt, improbare ſponſalia, & admittere matrimonia, ac non potius irritare? Favetur ita illis, qui totam eccleſiam decipiunt.* Quamvis in eo cum ipſo non conſentiam, quod nimis indiſtincte dicat Pontificiis deberi doctrinam quod ob dolum matrimonium conſummatum non poſſit nullum declarari. Certe in his inſtitutionibus Lancelotti ea de re nihil inveni. Jam videamus quomodo Gratianus ſuam ſententiam de errore fortunæ probet? *Error, ait, fortunæ & qualitatis non exclu-*

Etiam error fortunæ impedit conſenſum.

Conſenſus Strykii.

Examinatur

tamen eſt malus. (381) Sunt & alii plures modi, qui-
bus

probatio Gratiani.

dit conſenſum: veluti ſi quis conſentiret in prælaturam alicujus eccleſiæ, quam putaret eſſe divitem, & illa eſſet minus copioſa: quamvis hic deciperetur errore fortunæ, non tamen poſſet renunciare prælaturæ acceptæ. Similiter, quæ nubit pauperi, putans illum eſſe divitem, non poteſt renunciare priori conditioni, quamvis erraverit. Sed ad hæc multiplex eſt reſponſio. Nam errans hic de divitiis prælaturæ, nihil in conſenſu per modum conditionis expreſſit, neque ab alio doloſe deceptus eſt. Et quid ſi negemus, prælatum errantem non poſſe renunciare prælaturæ ſemel acceptæ, per ea quæ diximus ad *lib. 1. not. 272. p. 247*? Igitur hoc argumentum Gratiani committit petitionem principii, & quidem eo magis quod per *ibidem* adducta, Pontificii rationem, cur Prælatus non poſſit renunciare prælaturæ, in eo quærere ſoleant, quod inter Prælatum & Eccleſiam conjugium ſpirituale intercedat. Alia ut jam taceam. T.

Multo magis vero error qualitatis conſenſum impedit.

(381) Etiam hic diſſentio a Gratiano per ſupra dicta. Et quidem hic eo magis, quo magis mores conjugum pertinent ad eſſentiam matrimonii, quod in eo maxime a conjunctione beſtiarum differt, quod in hac ſola multiplicatio ſpeciei attendatur, in illo requiratur inſuper ſingularis amicitia & arctiſſima unio animorum, cujus beſtiæ non ſunt capaces. Ergo uti in ſocietate impeditur conſenſus, ſi ſocius dolo malo ſimulaverit ſe eſſe probum, cum eſſet intus & in cute nequam, ita multo magis in contractu matrimonii. Sed probare tamen vult Gratianus ſententiam ſuam. *Error*, inquit, *qualitatis, non excludit conſenſum: utpote ſi quis emerit agrum, vel vineam, quam putabat eſſe uberrimam, quamvis iſte erraret in qualitate rerum, rem minus fertilem emendo, non poteſt tamen venditionem reſcindere. Similiter qui ducit in uxorem meretricem, vel corruptam, quam putat eſſe caſtam, vel virginem, non poteſt eam dimittere & aliam ducere.* Sed & hic varie reſponderi poteſt. Initio de errore circa virginitatem repetenda ſunt

Reſpondetur ad probatio-

ea,

Digitized by Google

bus matrimonia impediuntur; utputa, conditio appoſita (382) & non impleta, (383) ſecundum ea, quæ ſupra diximus de ſponſalibus.

Sacer

---

ea, quæ diximus *nota 371. ſeq.* Deinde iſtud exemplum Gratiani de errore circa fertilitatem & ſterilitatem agri magis pertinet ad errorem fortunæ, quam ad errorem qualitatis. Tertio a bonitate phyſica ad bonitatem moralem non valet conſequentia. Quarto ſi contrahens mecum dolo malo me in errorem circa fertilitatem agri induxerit, & hic contractus eſt nullus. Quinto, ubi erratum eſt circa bonitatem moralem, uti fit in errore circa mores conjugis, ex ipſo Gratiano contra Gratianum argumentor ex iis quæ ipſe paulo ante dixerat de errore circa Diabolum, ſe ſimulantem eſſe angelum lucis. Vide *notam 378.* T. *nem Gratiani.*

(382) I. Non matrimonio, ſed ſponſalibus. Matrimonium enim definitur, quod ſit conjunctio maris & fœminæ de præſenti, & talis quidem, quæ individuam vitæ conſuetudinem contineat. Ejus igitur natura pati nequit, ut conjunctionem talem factam, & nihilominus in futurum & incertum eventum ſuſpenſam dicamus. Z. *Conditio non pertinet ad matrimonium.*

II. Recte quidem hæc monuit Zieglerus, ſed propterea tamen noſtrates non debebant indiſtincte ſponſalia de futuro explicare de ſponſalibus conditionatis. Erroris hujus originem oſtendi *in diſſert. Lipſienſi de conjugio invitis parentibus contracto* § 8. Sponſalia conditionata proprie nec ſunt ſponſalia de futuro, nec contractus matrimonii, ſed ſunt aliquid generis intermedii. Non ſunt ſponſalia de futuro, quia non ſunt nudi tractatus nec cum pacto de emendo comparari poſſunt. Conf. Stryk. *d. tract. Sect. 1. §. 30.* Non ſunt contractus matrimonii, quia hic fit per conſenſum de præſenti, At conditio omnis ſuſpendit conſenſum ſub futuro eventu incerto. T. *Neque etiam ad ſponſalia de futuro.*

(383) Num vero conditione pendente pœnitere licebit, & a ſponſalibus diſcedere? Ita ſentiunt nonnulli. Verior tamen eſt negantium opinio. Etſi enim pendente conditione obligatio nata non- *Conditionis effectum.*

 dum

Digitized by Google

Sacer ordo; & votum ſolenne impediünt matrimonium contrahendum, & contractum dirimunt: votum autem ſimplex ſolum impedit contrahendum, & pro voto ſimplici fracto imponenda eſt pœnitentia.

b) can. 1. & 2. & per tot. tit. qui cler. vel vov. matrim. contr. poſſ.

§. 4. Item voti *b*) ſolennis emiſſio, (384) & ſacri ordi-

dum ſit, concepta tamen jam eſt, ita ut negotium interim vivificetur quaſi, & ſuſtentetur ad eum effectum, ut contrahentium alter invito altero pœnitere nequeat. Vid. Oſwald. Hillig. *in Donell. enucl. l. 15. cap. 11. lit. A.* Jacob Thoming. *deciſ. 10.* Fr. Card. Mantica *lucubrat Vatican. lib. 14. tit 41. num. 9. 10.* Quod ſi vero quis poſt conditionaliter contracta, antequam eveniat conditio, alia ſponſalia de præſenti pure contrahat, id quidem illi impune eſſe non debet, ſed prævalent tamen poſteriora hæc, & per adimpletionem conditionis, quæ prioribus adpoſita erat, non diſſolvuntur. Z.

ad §. 4.

Impugnatur doctrina Canoniſtarum de votorum diviſione & eorum impedimento matrimonii.

(384) Simplex votum vocant promiſſionem cœlibatus perpetui factam DEO privatim libera ex voluntate excellentioris alicujus boni (perfectionis ſcilicet & operum ſupererogationis) gratia. Solenne votum appellant promiſſionem caſtitatis, ſive perpetuæ a conjugio abſtinentiæ factam in conſpectu Eccleſiæ, cui ſe vovens poſt magnam deliberationem & diuturnam probationem ſponte ſubjicit. Illud, ajunt, impedire matrimonium contrahendum, non dirimere contractum; hoc & contrahendum impedire, & contractum dirimere. Verum primo, differentia hæc non eſt eſſentialis, ſed accidentalis tantum neque ea coram DEO, ſed tantum coram Eccleſia locum habet. Vid. quæ dixi ſupr *lib. 1. tit. 30. ad §. illud quæri poteſt.* Et fatetur ipſe Pontifex, ſimplex votum apud DEUM non minus obligare, quam ſolenne *c. rurſus 6. X. qui cler. vel vov. matr.* Deinde nec ipſi inter ſe Pontificii conveniunt, utrum matrimonium illud, quod poſt votum ſolenne contrahitur, ſit irritum jure Eccleſiaſtico tantum, an vero etiam jure divino & naturali, fatente Bellarmino *lib. de monach. c. 34.* Unde

ordinis ſuſceptio,(385) tam matrimonium impedit contra-

de Michael Medina *l. 4. de continent. c. 23.* docet, quod diſtinctio voti in ſimplex & ſolenne ante Cœleſtinum III. & Alexandrum III. in Eccleſia non fuerit audita. Et Bellarminus *de matrimonio c. 21. prop. 3.* agnoſcit, diſtinctionem hanc neque ex Scripturis, neque evidenti aliqua ratione demonſtrari poſſe. Conf. Petr. Suav. *in hiſt. Concil. Trid. lib. 7.* Tertio utrumque falſum eſt, votum cœlibatus qualecunque id fuerit, ſive ſolenne ſive ſimplex, & impedimentum eſſe matrimonii contrahendi & reſciſſorium contracti. Vid. imprimis Caliſtus *ſingulari tractat. de conjug. Cler.* & Marc. Ant. de Dominis *de Rep. Eccleſ. l. 2. c. 12. n. 31. ſeqq.* Fecit autem ſacra hæc voti ſolennis conſideratio, ut ſtatuerent nonnulli apud JCtos Dilligenſes *in compoſ. pac.* ſacrilegium committere eum, eamque, qui vel quæ monaſterium, cui ſe voto obſtrinxit, relinquit, & ad vota matrimonialia tranſit, poſſeque ſummo jure ab Epiſcopo, Abbate vel ordinario repeti, ubicunque in Imperio fuerit. Tranſire namque ejusmodi perſonam vel votum religionis in poteſtatem monaſterii, cui proceſſu judiciali perſequi eam jure liceat. Sed hæc ſacrilegii ſpecies ſacris Literis & naturæ religionis Chriſtianæ, imo ipſi etiam praxi pontificiorum, qui ſæpe ob bonum temporale Cardinalium, Epiſcoporum, Monachorum vota laxant, & ad conjugium non impediendum ſolvunt, repugnat. Conf. Paludan. *in 4. ſent. diſt. 38. q. 4. art. 4. concluſ. 10. & 11.* & Richard. de Mediavilla *ibid. art. 9. q. 1.* Didac. Spino a Caceres *in ſpec. teſtam. gloſſ. 2. n. 26.* Illud valde dilutum eſt, quod ſtatuunt nonnulli, tenere quidem matrimonium, quando quis uxorem ducit, qui ſimplici voto religionem vovit, ſed non poſſe eum exigere debitum ſine Pontificia diſpenſatione, reddere tamen id ſine diſpenſatione poſſe. Fr. Tolet. *in inſtruct. Sacerdot. l. 4. c. 18.* Quæ vero hæc eſt ſervitus? habere Uxorem matrimonio ſibi junctam, non poſſe tamen cum ea rem habere, niſi petita venia a Pontifice, aut niſi ipſa Uxor flagitet. Z.

(385) Conjugium clericorum primus Hildebrandus ſive Gre- *Conjugium clericis non-*

 go-

tra Canones antiquos interdictum. Arcana Politica ſub hoc interdicto latentia.

gorius VII. Papa ſpiritu parum ſancto notabiliter actus ex Eccleſia Romana ſuſtulit. Verba ſunt Georgii Wicelii *in via regia pag. mihi 78.* qui omnino videndus. Quantas autem ea res turbas dederit, legi poſſunt Sigebertus Gemblacenſis & Lambertus Schaffnaburgenſis *in hiſtoria anni 1074.* In hoc tamen capite potiſſima tyrannidis papalis pars ſubſiſtit,& ex prohibitione conjugii ſuſtinetur. Ita enim Cardinalis Carpenſis in conſiſtorio Pontificis apud Petr. Suav. *hiſt. Concil. Trid. l. 5. Si connubia permittantur Sacerdotibus, id inde ſecuturum, ut familiam, Uxorem ac liberos alentes ad principis quisque ſui obedientiam reſpiciens, Pontificis obſequium detrectet: ut liberorum charitas ab officio ad omnem Eccleſiæ fraudem ac præjudicium abducat: ut de ſacerdotibus in familias ſuas hæreditario jure adſciſcendis cogitent, ut denique intra breve tempus ſedes apoſtolica urbis Romanæ cancellos non exſcendat. Ante inſtitutum cœlibatum Sedem Romanam nullum ex aliis civitatibus ac regionibus fructum percepiſſe, per hunc adeptum dominatum omnium ſacerdotiorum, quæ matrimonium exiguo tempore illi eriperet.* &c. Ut vero clarius pateat, antiquos Eccleſiæ canones non ita iniquos fuiſſe matrimonio Clericorum, ut hodiernos Romanenſes, recenſebimus ex illis nonnullos eosque, ne prolixi ſimus, tres tantum præcipuos. Canones, quia apoſtolici dicuntur, ſine dubio ſunt antiquiſsimi. Inter eos ſextus ita ſe habet: *Epiſcopus aut presbyter uxorem propriam nequaquam ſub obtentu religionis abjiciat. Si vero rejecerit, excommunicetur: ſed ſi perſeveraverit, dejiciatur.* Hic addit Franciſcus Sylvius & Canonem ita interpretatur: *Iſto canone Epiſcopus aut presbyter non ſic prohibetur abjicere Uxorem antea ductam, ut jubeatur operam dare liberis procreandis, ſed tantum jubetur ejus curam habere, ipſique de omnibus ad vitam honeſte degendam requiſitis providere. Ut cum dicitur, ne abjiciat, ſubaudiatur vel intelligatur, a ſua cura.* Eandem interpretationem profert & tuetur Franciſcus Longus a Coriolano, ſed argumentis & probationibus minus congruis, petitis ſcilicet ex novioribus canonibus, de quibus ſcilicet lis eſt, num cum antiquis ſatis conveniant. Sane Nicolaus Papa Canonem hunc Apoſtolicum verbis ſuis ita reddit *c. noſſe*

noſſe 30. q. 1. Nullius religionis obtentu debet conjux dimittere conjugem. Dimittere, inquit, h. e. thoro ſeparare, non tantum curam non habere. Et quo vero religionis prætextu potuiſſet a presbytero cura ſeparatæ a ſe conjugis denegari aut in dubium vocari? cum religio curam proximi habere enixe jubeat. Sequenda igitur potius eſt interpretatio Synodi Conſtantinopolitanæ ſextæ in Trullo habitæ, quæ legitur *c. quoniam 14. diſt. 31.* his verbis: *Quoniam in Romani ordine canonis eſſe cognovimus traditum, eos, qui ordinati ſunt diaconi, vel presbyteri, confiteri, quod non ſuis jam copulentur Uxoribus, nos antiquum ſequentes canonem apoſtolicæ diligentiæ, & conſtitutiones ſacrorum virorum, legales nuptias a modo valere volumus: nullo modo cum Uxoribus ſuis eorum connubia diſſolventes aut privantes eos familiaritate ad invicem in tempore oportuno. Quicunque ergo diligens inventus fuerit in ſubdiaconali ordinatione aut diaconali, aut ſacerdotali, hi nullo modo probibeantur ad talem aſcendere gradum pro Uxoris ſuæ cohabitatione, ne etiam tempore ordinationis ſuæ profiteri caſtitatem cogantur, quod abſtinere debeant a legalis Uxoris familiaritate. Si quis igitur præſumpſerit contra Apoſtolicos canones aliquos presbyterorum & diaconorum privare a contactu & communione legalis Uxoris ſuæ, deponatur.* &c. Hujus canonis verbis cum premerentur Pontificii, omnes in univerſum ſextæ Synodi Trullanæ canones rejecerunt, præſertim cum vidiſſent, illis etiam æqualitatem Epiſcopi Romani & Conſtantinopolitani adſtrui. Vid. poſt alios Franc. Long. a Coriolan. *ad h. can. 6. apoſtol.* & Henr. Cuyck. *in ſpecul. concubinar. c. 26.* Sed ſtrenue eos vindicarunt, Gerhardus, Calixtus & alii. Digna vero eſt etiam Johannis Zonaræ ad eundem canonem annotatio, quæ hic abſcribatur, & ita ſe habet: *Olim licebat ſolvere conjugatos etiam abſque cauſa, quoties vellent. At Dominus, ut in Evangeliis ſcriptum eſt, id interdixit. Quare ſecundum Chriſti mandatum etiam Apoſtoli id ipſum prohibent. Et nunc de iis loquitur canon, qui ſunt in ſacris. Si prætextu pietatis, qui in ſacris eſt uxorem ſuam dimittat, ſeparetur a communione, videlicet, donec animum inducat eam reſumere; quod ſi perſeve-*

ſeveraverit eam non reſumere, etiam excommunicatur. Univerſaliter enim id pertinere ad calumniam conjugii, quaſi impuritatem coitus induceret. Ad hunc honorabilem ſcriptura dicit, & cubile impollutum. Meminit autem Canon etiam Epiſcoporum habentium Uxores, quia tum etiam Epiſcopis erat libera cum mulieribus legitima copulatio. Hæc Zonaras, qui vixit circa annum MCXVIII. Et ex his patet, canonem ſextum apoſtolicum de ipſa conſuetudine matrimoniali, non de cura tantum intellectum olim fuiſſe. Quis autem in eo ſignificetur obtentus religionis, pulchre explicat Joh. Selden. *in Uxor. Hebr. lib. 3. c. 31.* Secundo loco videbimus canonem decimum Concilii Ancyrani habiti anno CCCXIV. adductum a Gratiano *can. diaconi 8. diſt. 28.* Ejus hæc verba ſunt: *Diaconi quicunque, cum ordinantur, ſi in ipſa ordinatione proteſtati ſunt, dicentes, ſe velle habere Uxores, nec poſſe ſe continere, hi ſi poſtea ad nuptias pervenerint, maneant in miniſterio, propterea quod his Epiſcopus licentiam dederit* &c. Hic addit Franciſcus Sylvius in ſumm. Barth. Caranzæ: *Quoniam ordo ſacer non ſemper fuit impedimentum dirimens matrimonium; matrimonia eorum, qui erant in ſacris, non fuerunt ab initio irrita, ſed temporis progreſſu editi ſunt canones illa irritantes* &c. Sed Franciſcus Longus *ad iſtum can.* & Card. Baronius *ad ann. 314. n. 88.* in diverſa & alia omnia eunt, ſenſum plane pervertentes & meras nugas agentes, ut cuivis ex ipſa lectione patet. Verba canonis ſatis clara ſunt & perſpicua, nec opus habent interpretatione longius arceſſita. Senſus hic eſt: Diaconis licere poſt ordinationem ducere uxores, ſi in ipſa ordinatione ea de re proteſtati fuerint, & non obſtantibus nuptiis manere debere in miniſterio. Poſt annos vero trecentos Martinus Braccarenſis in Hiſpania Epiſcopus, plane contrarium ſtatuit, qui nec ordinari quidem voluit diaconum de conjugio proteſtantem. Verba ejus leguntur *can. diaconus 2. diſt. 27.* Et inter hos diſcordantes canones concordia iniri vix poterit, ne Gratiano quidem conciliatore. Sed omnino fatendum eſt, cum ipſo Gratiano, *ad c. de Syracuſanæ 13. diſt. 28.* ex tempore & loco diverſitatem petendam eſſe. Ex tempore, quia nondum intro-

ducta

trahendum, quam poſtea contractum dirimit.(386) Secus

ducta erat continentia miniſtrorum altaris. Ex loco, quia Synodus orientalis eſt, & orientalis Eccleſia non ſuſcepit generale votum caſtitatis. Manet ergo quod ante dixi, antiquis canonibus cœlibatum non ita alligatum fuiſſe miniſterio Eccleſiaſtico. Tertio loco occurrit canon quartus Concilii Gangrenſis habiti anno CCCXXX. a Gratiano itidem adductus *c. ſi quis 15. diſt. 28.* Verba ſunt: *Si quis diſcernit presbyterum conjugatum tanquam occaſione nuptiarum, quod offerre non debeat, & ab ejus oblatione ideo abſtinet, anathema ſit.* De presbytero loquitur conjugato. Sed pontificii hodie, ut conjugii interdictum tueantur, canonem hunc interpretantur de eo, qui Uxorem habuit, ſed non amplius ea utitur. In codice canonum Eccleſiæ univerſæ, uti is editus eſt a Chriſtophoro Juſtello, in idiomate Græco legitur: *εἴ τις διακρίνοιτο παρὰ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος.* At *γεγαμηκότες* dicuntur, qui matrimonio juncti ſunt, & illis imperat Paulus *μὴ χωρισθῆναι, 1. Cor. VII, 10.* Occaſionem & cauſam canoni dedit Euſtathius Sebaſtenus ſuperſtitioſiſſimus monaſticæ vitæ admirator, qui in ædibus conjugatorum precationes fieri vetuit & presbyteri habentis Uxorem (ſunt verba Socratis *lib. 2. hiſt. Eccleſ. c. 43.* ex interpretatione Chriſtophorſoni) quam lege, cum eſſet Laicus, duxiſſet, benedictionem & communionem tanquam ſcelus declinandam præcepit. Sacerdotium igitur olim non ſeparabat conjuges, neque conjugium excludebat a clericatu; ſed uti Impp. Honorius & Theodoſius *in l. 19. C. de Epiſ. & Cler.* hanc conjugii & clericatus combinationem commendant, Uxores non relinqui caſtitatis hortatur affectio, quæ ante ſacerdotium maritorum legitimum meruere conjugium, neque enim clericis incompetenter adjunctæ ſunt, quæ dignos ſacerdotio Viros ſua converſatione fecerunt. Vid. omnino Jacobus Gothofredus *ad l. 44. Cod. Theodoſ. de Epiſc. Eccleſ. & Cler.* Z.

(386) I. Non dirimit. Eſt enim votum matrimonii prius & vota monaſtica non di-

cus vero ſtatuitur in voto ſimplici: quanquam enim contrahendum impediat, non tamen contractum diſſolvit. Sic & religionis habitus (387) ſine profeſſione ſuſceptus, ne contrahantur, impedit, ſed jam contractas nuptias nequaquam tollit. Huic tamen,*) qui nubendo votum ſimplex fecit irritum: quanto illud manifeſtius emiſerit, tanto propter plurium ſcandalum erit durior imponenda pœnitentia.

*) c. un. de voto & voti redempt. in 6.

Chriſtiani non debent nubere infidelibus: & ſi nubant, ſunt excommunicandi.

§. 5. Cultus quoque diſparitas (388) matrimonium, &

rimunt matrimonium. antiquius; & potentius igitur, quam ut alio voto elidatur, præſertim tali, quod ex jure Eccleſiaſtico robur accipit, cum prius illud juri divino debeat originem. Z.

II. Jungi notis Zieglerianis ad hunc paragraphum merentur ea, quæ graviter contra doctrinam de reſciſſione matrimoniorum propter vota monaſtica ſive cum conſenſu alterius partis ſive absque eo præſtita, diſſerit Rudolphus Hoſpinianus *de origine Monachatus lib. 3. cap. 13. Errore 6. 7. 8. ſ. 172. ſeq.* T.

Obſervatio. (387) Interdum tamen per habitus ſuſceptionem tacite fit profeſſio. Vid. ſupr. *lib. 1. tit. 30. §. utrum autem.* Z.

ad §. 5.

Declaratio & objectio. (388) Propter ſeductionis periculum intuta quidem ſunt talia conjugia, non tamen abſolute interdicta, *1. Cor. VII, 12. 13.* Et recte quidem monentur atque deterrentur orthodoxæ fidei ſectatores, ne cum illis, qui diverſæ & pravæ religionis ſunt, contrahant matrimonium, ipſa tamen religionis diverſitas matrimonium contractum non dirimit. Infidelitas enim aut hæreſis non evertit ſubſtantialia matrimonii, neque cum natura ejus per ſe pugnat. Unde non matrimonia tantum inter gentiles & Chriſtianos contracta fuerunt, ſed arctiſſi-

& contrahendum impedit, & contractum interdum dirimit: ſi quis c) enim Judææ (389) conjugali ſocietate jungi voluerit, ſive Chriſtiana Judæo, vel alias infidelis Chriſtiano carnali conſortio miſceatur, quicunque eorum id commiſiſſe deprehenditur, a Chriſtiano cœtu & eccleſiæ communione protinus ſegregandus erit.

c) *can. ſi quis Judaicæ 28. q. 1.*

Si unus infidelium conjugum convertatur ad fidem, & alter nolit ſibi cohabitare, vel non ſine peccato mortali, ſolvitur conjugium, & converſus cum alia contrahere poterit, & proles communis converſo aſſignabitur.

§. 6. Item d) ſi alter infidelium conjugum ad fidem

d) *c. quanto §. ſi enim alter.*

---

ctiſſimæ etiam & fideliſſimæ amicitiæ. Vid. Rittershuſ. *in Salvian. p. 378.* Bergeron. *ad Papon l. 1. tit. 2. areſt 7.* Z.

Divitiis legum contra matrimonia cum Judæis.

(389) Prohibita jam olim & ſatis ſevere fuerunt ejusmodi conjugia, imprimis in *l. 6. C. de Judæ.* ubi adulterii vicem commiſſi hujusmodi crimen obtinere, ſtatuitur. Durum tamen id videtur Weſenbecio *in paratitl. ff. de rit. nupt in fin.* Magis durum videtur, quod inferunt aliqui, capite puniendum eſſe Chriſtianum, qui Judæam non duxerit, ſed per ſtuprum tantum cognoverit, & perinde habendum, ac ſi cum mare aut bruto congreſſus fuiſſet. Add. quos citat Bajardus *ad Jul. Clar. §. fornicatio n. 26. ſeqq.* Vid. Anton. Mathæ. de *criminib. tit. de adulter. c. 1. n. 16.* Idcirco ſi matrimonium tale contrahendum adhuc ſit, impediri id quovis modo debere, non repugnaverim? at ſi contractum jam fuerit, ſatius erit, integrum id conſervare, quam temere diſſolvere. Vid Andr. Gerhard. *in exercitat. Juſtinian. dec. 2. q. 5.* Quir. Kubach. *cent. 2. dec. 1. qu. 5.* Nec ergo excommunicatio tum locum habebit, cum emendari per eam non poſſit tale matrimonium; pœna tamen alia Eccleſiaſtica, tum & civilis, ut decernatur, id ex merito ſit. Z

de divort. vide 29. q. 1. dem catholicam convertatur, & alter, qui in infidelitate remanſit, vel nullo pacto, vel non ſine blaſphemia divini nominis, vel ut catholicum ad mortale pecatum protrahat, ei cohabitari voluerit, converſus, quaſi priore matrimonio diſſoluto, (390) licite ad ſecunda vota (391) convolare poterit, *) & communis proles ipſi converſo aſſignabitur.

**) c. fin. de conv. inf.*

Si

ad §. 6.

Refutatur Jus Canonicum. (390) Hoc indiſtincte de caſibus propoſitis aſſerendum non eſt, ſed locum tantum habet in caſu primo, quando ſcilicet infidelis ad fidem converſo nullo modo cohabitare vult. Tum enim per deſertionem ſuam conjugale vinculum diſrumpit. At in reliquis duobus caſibus, quando ſcilicet infidelis cum blasphemia & injuria creatoris, it. cum perpetua ſvaſione & ſeductione, ut converſum ad infidelitatem revocet, ei cohabitat, nego repudio locum eſſe. Huc enim nequaquam trahendum eſt dictum Apoſtoli *1. Cor. VII. 15* quippe, quod de ſola agit deſertione ab infidele facta. Vid. Gerhard. *loc. de conjug. num. 666.* Carpzov. *in prax. Criminal. quæſt. 58. n. 6.* Cohabitabit igitur converſus infideli, ſed ita, ut ejus blaſphemias averſetur, & blanditias inſuper habeat. Canoniſtæ autem ideo eos penitus ſeparari caſu hoc volunt, quia non eſt inter eos Sacramentum, ſed contractus tantum. Martin. Azpilcuet. Navarr. *tom. 3. cap. 22. num. 22.* Sed enim conjugium ſi Sacramentum eſſe negetur, uti diſtricte negamus, nulla plane eſt ratio adducta. Et quanquam inter contractus referri conjugium poſſit, talis tamen non eſt, ut pro lubitu diſſolvi mutuo conſenſu poſſit. Unde & ipſe Azpilcueta *d. l.* ſtatuit, poſſe catholicum diſcedere a cohabitatione conjugis Lutheranæ, non tamen nova contrahere, ſecus atque hic ſtatuit autor. Z.

Monita neceſſaria ad notam præcedentem. (391) Verum quidem eſt, quod monet Zieglerus, ſi negetur hypotheſis quod matrimonium ſit ſacramentum, corruere aſſertionem Pontificiorum quatenus ex hac hypotheſi deducta eſt. Sed

quem

Si alter infidelium conjugum convertitur, & antequam alii legitime conjunctus fuerit, alius quoque convertatur, debent ſe invicem recipere.

§. 7. Quod ſi converſum *e)* ad fidem & uxor converſa ſequatur, antequam propter cauſas prædictas legitimam maritus ducat uxorem, eam recipere compelletur: nec quicquam converſo proderit, quod jam ſecundum *f)* ritum ſuum (392) eandem repudiaverit, cum repudium ipſum veritas evangelica repudiaverit: ſed nec fornicationem dimiſſor dimiſſæ poterit objicere, propterea quod alii poſt repudium

e) c. gaudemus. §. quod ſi converſ. de divor.

f) d. c. gaudemus §. qui autem.

quemadmodum ea quæ de errore circa perſonam ſupra diſputavimus, oſtendunt, Gratianum, & Canoniſtas quandoque bonam cauſam male defendere, & unius aſſertionis plures poſſe eſſe rationes, quidſi pro ratione aſſertorum in hoc paragrapho afferatur, licita etiam eſſe divortia ob graves cauſas quaſcunque a judicibus examinandas, de qua infra ſuo loco ad *tit. 16.* latius agam. Vereor, ut diſſentientes aliam rationem pro ſententia Ziegleri afferre poſſint, quam quod matrimonium ſit ſacramentum, aut certe rationes nullum aliud fundamentum, quam iſtam hypotheſin agnoſcentes. Clavem hujus aſſerti repete ſupra ex *nota 250* Quod vero in ſpecie locum Apoſtoli *1. Cor. VII. v. 15.* a Ziegléro adductum, attinet, ad eum late explicando reſpondit Auguſtinus, cujus doctrina refertur *can. 8. & 9. cauſ. 28. q. 1.* T.

ad §. 7.

(392) Perperam hic conjungit Autor, quæ ſejungenda omnino ſunt. Quis enim eſt ritus ille converſi, ſecundum quem uxorem repudiavit? quodſi etiam ritus ille converſi eſt, quid eſt quod dicit, repudiatum eſſe iſtud repudium per veritatem Evangelicam? Utique, ſi converſus eſt, abſurde ritum obſervat, quem repudiat veritas Evangelica, præſertim cum hoc ipſo paragrapho loquatur autor de matrimonio

Autor imperite excerpſit decretales.

dium nupſerit, (393) niſi alias fornicata fuerit.

Si paganus prius plures uxores habeat, poſt fidem ſuſceptam adhærebit primæ.

g) d. c. gaudemus §. quia vero de divor.

§. 8. Quia vero *g*) pagani in plures ſimul fœminas (394) affectum conjugalem dividunt, utrum poſt converſionem omnes, vel quam ex omnibus converſus retinere valeat, non immerito dubitari poterit. Et cum nulli

---

monio propter cauſas paragrapho præcedente probatas ſoluto. Debuiſſet ſcilicet autor ſe qui ductum Pontificis in *c. 18. X. de divort.* nec ὕστερον πρότερον committere. Agit ibi Pontifex de polygamia gentilium, quam reprobatam dicit in Scriptura ſacra. Poſtmodum quæſtionem format de pagano, qui ſecundum ritum ſuum (apud gentiles ſcilicet uſitatum) legitimam repudiavit Uxorem, utrum, ſi poſt iſtud repudium ad fidem Chriſti converſus fuerit, ea vivente aliam ducere poſſit, atque id negat; Non igitur agit de converſo poſt converſionem a conjuge infideli ex cauſis paragrapho autoris antecedente adductis ſoluto. Tandem vero quærit, utrum converſus, qui poſt converſionem ex illis cauſis uxore liberatus eſt, ſi & ipſa deinceps converſa fuerit, recipere eam teneatur? idque affirmat. Adeoque male autor, quod de pagani repudio dictum eſt, Converſi divortio ſubnectit. Z.

De conjugio repudiata. (393) Quia ſcilicet ipſe per repudium cauſam dedit. De tali autem repudiatæ conjugio veterum ſententiæ videri poſſunt apud Joh. Selden. *in Uxor. Hebr. l. 3. c. 31. 32.* Z.

ad §. 8.

Polygamia olim frequens. (394) I. Apud omnes fere gentes invaluerat olim polygamia, ſemper tamen laudata monogamia. Vid. Hug. Grot. *de jur. bell. & pac. l. 2. c. 5. num. 9. & ibi not.* Z.

Diſtinguitur inter gentes orientales & occidentales. II. Diſtingue tamen inter gentes orientales & occidentales. Orientales, ſive pagani, ſive Judæi, erant polygami. Contra occidentales, etiam ante Chriſti adventum, ut Romani, monogami. Ergo hoc ſaltem

nulli unquam licuerit,(395) plures habere ſimul uxores, niſi

ſaltem exinde patet, polygamiam non Gentiliſmo qua tali deberi, nec Monogamiam Judaiſmo aut Chriſtianiſmo, qua tali, & quatenus Judæi & Chriſtiani Gentilibus opponuntur. T.

(395) I. Facit quidem Socrates *lib. 4. hiſt. Eccleſ. cap. 26.* mentionem alicujus legis a Valentiniano Imperatore latæ, ut cuilibet pro lubitu fas eſſet duas habere uxores, eamque ait promulgaſſe tum, cum ipſe Juſtinam Severæ ſuperinduxiſſet, ne hoc contra legem feciſſe videretur. Verum & de facto ipſo & de lege lata adhuc eruditi ſubdubitant neque a Socrate perſuaderi poſſunt. Vid. Selden. *in Uxor. Heb. lib. 1. cap. 9.* Z.

Lex Valentiniani de Polygamia.

II. Sed hæc obſervatio vult quidem reſpondere ad objectionem, non vero probat theſin Lancelotti, qui non ſolum de Chriſtianis ſed de hominibus in genere loquitur. Zieglerus vero non putavit theſin hanc probatione indigere, cum ea tum temporis ut indubia conſiderabatur. Sed hodie alia rerum facies eſt. Jam initio reformationis cœperunt quidam, etiam ex Pontificiis, defendere, Polygamiam inter Chriſtianos poſſe ex gravibus rationibus permitti, tanquam non repugnantem juri divino univerſali. Ipſe Papa offerebat Anno 1530. Henrico Regi Angliæ VIII. diſpenſationem, ſi retenta Regina vellet ei ſecundam uxorem ſuperinducere, & ex miniſtris Caroli V. plures in eam ſententiam valde inclinabant tanquam optimum medium conciliandi animos Caroli & Henrici. Burnet. *Hiſt. de la Reform. en Anglet. lib. 2. p. 144.* De Melanthone in utramque partem differit *idem ibid.* nec mirum, cum Melanthon, homo valde timidus, non in hac ſolum quæſtione diverſimode reſponderit. Interim ſi vera ſunt excerpta Athanaſii Vincentii *in notis ad Theophili Alethæi Polygamiam triumphatricem th. 2. not. 3. p. 15.* ex ſcriptis Philippi ibi allegatis, nullum eſt dubium, eum ſtatuiſſe, quod polygamia non repugnet juri divino naturali, ſed quod ejus prohibitio habeat potius probabiles quam neceſſarias rationes. Ipſe Lutherus

Origo & progreſſus ſententia, quod Polygamia juri divino non repugnet.

therus etiam ab hac ſententia non fuit alienus, poſtquam ejus reſponſum Philippo, Landgravio Haſſiæ, datum in lucem protraxit Daphnæus Arcuarius, & poſtquam primaria ejus excerpta jam olim ſuo *juris matrimonialis corpori fol. 273. b. ſeq.* inſeruerat Eraſmus Sarcerius, uti etiam hæc excerpta Lutherum autorem habere agnovit Michael Siricius *de uxore una p. 44.* Noſtris temporibus jam ante quadraginta annos hanc ſententiam defenderunt ſine motibus Struvius *Exerc. ad Pandect. 29. th. 52.* Henricus Hahnius *in diſp. de delictis carnis.* Johannes Strauchius *ad jus Juſtinianeum Exerc. 2. th 4.* Samuel Strykius *in notis ad Inſtit. tit. de nuptiis.* Interim cum paulo poſt ab anno 1672. occaſione tractatus Pſeudonymi cujusdam, Sinceri Warenbergii, pro Polygamia & controverſiarum B. Pufendorffio ſuper libris de Jure Naturæ & gentium motarum, controverſia illa multis hinc inde ſcriptis acerrime ventilaretur, effectum eſt, ut cordatiores dolerent, iſtum Pſeudonymum, modo Warenbergii modo Alethæi, modo Vincentii nomen prætexentis, & ſtultam plane & nemini ante cogitatam ſententiam (polygamiam non ſolum jure divino eſſe permiſſam, ſed & plane præceptam) defendentis, malam cauſam melius defendere, quam ejus adverſarios receptam Juris Canonici ſententiam etſi non veram, ſed tamen non ita abſurdam ut illam Warenbergii alteram. Nam ſi quis vel ſolam illam modo allegatam Polygamiam triumphatricem abſque præjudicio perluſtret, deprehendet, hominem illum, (etſi aperte inſanientem quoties de præcepta polygamia loquitur,) tamen, quoties cum adverſariis communis ſententiæ defenſoribus ipſi res eſt, plerumque ingenioſiſſime & jucunde ut feles cum muribus, quos captivos tenent, ludere. Quamvis vero egomet tum temporis, de damno Joſephi ſolicitus tentaveram Lipſiæ anno 1685. communem ſententiam de prohibita Jure divino Polygamia defendere, ope diſtinctionis inter jus divinum naturale & poſitivum univerſale, integra diſputatione de crimine bigamiæ, tamen poſtea agnoſcens, doctrinam de lege poſitiva univerſali eſſe inventum mere Papiſticum, ex amore veritatis coactus fui ſententiam illam relinquere & in fundamentis juris naturæ & gentium defendere, polygamiam repugnare quidem juri naturæ ſed non

non præceptis juſtitiæ, verum decori ſaltem; quæ ſententia revera convenit cum ſententia Philippi Melanthonis & cum ſententia Pufendorffii. Sed interea non timuit Joachimus Hoppius præceptoris ſui Samuelis Strykii ſententiam defendere, cujus commentarius ad Inſtitutiones cum ſit in omnium manibus, nolo ea, quæ *ad §. 7. Inſt. de nuptiis* de hac quæſtione per aliquot paginas diſſeruit, huc transſcribere. Saltem videamus, quænam ſint rationes Canoniſtarum contra Polygamiam. De Auguſtino notabilia habet Chemnitius *Exam. Concil. Trident. P. 2. p. m. 421. Auguſtinus defenſurus conjugium adverſus Hieronymi criminationes, diſputat, tria eſſe conjugii bona, prolem ſcilicet, fidem conjugalem & ſacramentum. Intelligit autem per ſacramentum myſticam ſignificationem conjunctionis Chriſti & Eccleſiæ. Et propter illud ſacramentum dicit, in novo teſtamento polygamiam non eſſe licitam, ſed legitimas nuptias eſſe conjunctionem indiſſolubilem unius viri & unius fœminæ. Ita de fide & operibus, c. 7. inquit: In Eccleſia, nuptiarum non ſolum vinculum, verum etiam ſacramentum ita commendatur, ut non liceat uxori, virum alteri tradere. Et de bono conjugali. c. 18. inquit: In noſtratum nuptiis plus valet ſanctitas Sacramenti, quam fœcunditas uteri. Et quam modeſte loquitur, cum inquit: Quod in Chriſto & in Eccleſia eſt magnum, hoc in ſingulis quibuscunque viris & uxoribus eſt minimum; ſed tamen conjunctionis inſeparabilis ſacramentum. Hoc vero modo & hoc ſenſu Auguſtinus pronunciat etiam polygamiam veterum fuiſſe Sacramentum, de dono conjugali, cap. 18. Sicut ſacramentum pluralium nuptiarum illius temporis ſignificavit futuram multitudinem Deo ſubjectam in terrenis omnibus gentibus, ſic Sacramentum ſingularium nuptiarum noſtri temporis, ſingnificat unitatem omnium noſtrorum ſubjectam Deo futuram in una cœleſti civitate. Longe aliud igitur Auguſtinus intelligit, quando loquitur de Sacramento matrimonii, quam quando Pontificii diſputant, matrimonium eſſe unum ex ſeptem Sacramentis novi teſtamenti.* Sed quocunque ſenſu Auguſtinus vocem ſacramenti acceperit, apparet ex hoc ejus loco; quod 1. nullam aliam habuerit rationem prohibitæ polygamiæ, quam quod matrimonium ſit ſacramentum novi Teſtamenti,

Rationes Canoniſtarum contra Polygamiam. Auguſtini.

Ex cujus doctrina variæ colliguntur concluſiones.

ti, 2. quod Polygamia Patriarcharum fuerit Sacramentum Veteris teſtamenti, 3. quod adeo neceſſario ſtatuere debuerit, Polygamiam non eſſe contra legem Dei univerſalem perpetuam: 4. quod remota hypotheſi, quod matrimonium ſit ſacramentum verum novi teſtamenti, cadat etiam concluſio Auguſtini de prohibitione polygamiæ univerſali novi teſtamenti. 5. Quod interpretationes myſticæ habeant illud incommodum, quod facile poſſint applicari ſententiis contradictoriis, ut hoc loco Polygamia & Monogamia myſtice bonum quid & juſtum denotant. &c. Sentiens hæc Innocentius III. aliis argumentis, hodienum inter noſtrates dominantibus, polygamiam impugnat, *cap. 8. de divort.* *1. quia ab initio una coſta in unam fœminam eſt converſa, & ſcriptura divina teſtatur, quod propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una: Non dixit tres vel plures, ſed duo: nec dixit: uxoribus, ſed uxori.* En interpretationem myſticam. 2. *Veridica hæc ſententia probatur etiam teſtimonio veritatis teſtantis in Evangelio; Quicunque dimiſerit uxorem ſuam ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Si ergo uxore dimiſſa duci alia de jure non poteſt, fortius, & ipſa retenta. Per quod evidenter apparet, pluralitatem in utroque ſexu, cum non ad imparia judicentur, circa matrimonium reprobandam.* Adhibui & ego in diſputatione Lipſienſi de crimine bigamiæ hæc duo argumenta velut primaria adverſus polygamiam, ignarus tamen tum temporis, quod ea autorem haberent Innocentium III. Reſpondet vero ad illa duo argumenta Hoppius *d. l. Magis videbatur ſtringere ex prima inſtitutione deducta ratio; Verum certum eſt, ibi de Adamo & Eva, qui duo tantum erant, & ſic de uno matrimonio duntaxat, ſermonem eſſe; Atqui vero Polygamia plura continet matrimonia, & cum qualibet uxore conſtituit ille unus Maritus ſocietatem conjugalem, ſitque cum ea una caro; Saltem ob unitatem alterius Conjugis, nimirum Mariti, apparet, acſi unum eſſet matrimonium, cum tamen bene re conſiderata, tot ſint matrimonia, quot uxores; cum quibus contraxit Maritus. Significatur ergo per illa verba inſtitutionis, arctiſſimum vinculum, quo Conjuges ſibi invicem*

Nova argumenta Papæ adverſus polygamiam.

Reſponſio Hoppii ad ea.

niſi cui divina fuit revelatione conceſſum, (396) nec cuiquam uxore etiam ob fornicationem dimiſſa, (397) aliam liceat ſuperinducere, evidenter apparet, pluralitatem in utroque ſexu (398) (cum inter conjuges ſervanda

---

vicem in ſocietate Conjugali ſunt adſtricti, ita, ut uni non ſit licentia alterum dimittendi. Epheſ. 5. v. 28. *Et in hunc ſenſum ipſe ſalvator provocat ad primam inſtitutionem in dictis locis. Interrogabatur enim ibidem de divortio, cur illud non pro lubitu concederetur? Sed revocabat Chriſtus Phariſæos ad primam inſtitutionem, demonſtrans, ideo conjunctos eſſe Conjuges, non ut ſeparentur, ſed ut maneant una caro. In iſtis igitur locis de Polygamia ſermo non eſt, cum in ea aliquis uxorem primam non rejiciat, & ita unitatem carnis dirimat, qualem mœchari dicit Chriſtus, ſed eandem retineat, ei officia conjugalia præſtet, & aliam ſuperinducat.* Ex hactenus dictis vero patet, quid judicandum ſit de ſequentibus notis Ziegleri. T.

(396) Sive nudam permiſſionem ex parte DEI, ſive diſpenſationem hic ſtatuas, quod utrumque dici poteſt, manet tamen lex certa de monogamia, quam transgredi exemplo Patriarcharum haudquaquam licet. Vid. Gerhard. *Loc. de conjug. num. 222. ſeqq.* Dn. Calov. *adverſ. Grot. in Levit. XIIX. 8.* Z. *Reſponſio ad exempla Patriarcharum.*

(397) Adulterium tollit carnis unitatem, & vinculum conjugale totaliter diſrumpit & ſolvit. Poſito hoc, non erunt parti innocenti denegandæ nuptiæ ſecundæ, ſed poterit illa etiam vivente adhuc conjuge priore, quæ adulterium commiſit, novum cum alia perſona inire matrimonium. Vid. Joh. Nevizan. *in Sylv. nupt. libr. 1. num. 107. ſeqq.* Quirin. Kubach. *cent. 2. dec. 1. quæſt. 6.* Exceptio enim approbata a Chriſto, *Matth. XIX. 9.* & dans facultatem dimittendi conjugem adulteram, dat ex intentione Chriſti etiam facultatem parti innocenti, ut dimiſſa adultera ducat conjugem aliam. Z. *Reſponſio Ziegleri ad alterum argumentum Pontificii.*

(398) Polygamiam ab mulieribus frequentatam non facile legitur. De Viris pleni ſunt omnium gentium libri. Z. *Conjugium cum pluribus viris.*

 (399)

vanda ſit æqualitas) circa matrimonium reprobandam, & de pluribus primam tantum retinendam. (399)

Matrimonium non ſolvitur altero conjugum fidelium in hæreſim lapſo.

§. 9. Alia ſane cauſa eſt eorum (400) conjugum, *h*) quorum alter vel in hæreſim labitur, (401) vel ad

h) *c. quanto* §. *ſi vero de div.*

Sententia tutior. (399) Quia ſcilicet ſolum cum prima verum eſt conjugium. Et hæc ſententia conſcientias reddit tutiores, quanquam non deſint, quæ pro contraria moveri poſſint, de quibus agit Gerhardus *Loc. de Conjug. num. 226.* Z.

ad §. 9.

Objectio. (400) Senſus antecedentium & hujus paragraphi hic eſt: Propter infidelitatem præcedentem quando uterque conjux primo eſt infidelis, & poſtea alteruter ad fidem convertitur, locum habet divortium quoad vinculum; propter infidelitatem ſequentem, quando uterque conjugum primo eſt fidelis, & poſtmodum alter a fide diſcedit, locum habet divortium quoad thorum & menſam tantum, non etiam quoad vinculum. Nos utrumque negamus, quia infidelitas, uti dixi, ſive antecedens ea fuerit, ſive conſequens, unitatem carnis neutiquam dirimit. Z. Repete *notam 391.*

Monita varia de conjuge cum hæretico. (401) At Cœleſtinus III olim docuit, per hæreſin ita ſolvi matrimonium, ut liceret conjugium aliud inire illi, cujus conjux prior in hæreſin inciderit. Decretalis ipſa hodie quidem nullibi repetitur; extitiſſe tamen olim fatentur Pontificii, inter cæteros Oſtienſis *in c. quanto X. de divort.* Vid. Joh. Rainold *in colloq. cum Hart. c. 7. ſect. 7. p. 248.* Cæterum diſquirunt Moraliſtæ, utrum denunciare Inquiſitori teneatur Uxor fidelis apoſtaſiam mariti; & reſpondent, non teneri, ſi periculum aut diſcrimen metuatur in bonis fortunæ, famæ, vitæ &c. per conſequens nec diſcedere tum teneri. Thom. Hur-

ad infidelium tranſit errorem: neque enim hoc caſu, qui relinquitur, (402) ad ſecundas nuptias deſcendere poterit. Nam etſi matrimonium verum inter infideles ſit, non tamen eſt ratum: inter fideles autem, & verum & ratum exiſtit, quia ſacramentum fidei, (403) quod ſemel eſt admiſſum, nunquam amittitur, ſed ratum efficit conjugii ſacramentum, ut ipſum in conjugibus, ipſo durante perduret.

Per

Hurtad. *tract. 1. reſol. 13. num. 107.* Quando igitur tale diſcrimen non ſubeſt, ſequitur, & denunciationem fieri oportere, & diſceſſionem. Sed reſtringit tamen ſententiam ſuam Hurtadus *d. l.* ad eas terras, in quibus non eſt permiſſum matrimonium Catholici cum hæretico. Noſtra vero id omnino nihil refert, quod conjugii vinculum nequaquam ad religionem ita adſtringamus, ut propter hujus diverſitatem dirimi illud debeat, cum nihilominus id ratum habeat Apoſtolus *1. Cor. VII, 12.* Eſſe autem conjugium cum hæretico quandoque permiſſum, ante Hurtadum cum aliis tenet Becanus *in man. contr. l. 5. c. 13.* ubi cenſet, canonem *cave & c. non oportet 28. q. 1.* in Germania non tenere, aut contraria conſuetudine eſſe abrogatos. Z.

(402) Nudo prolapſu in hæreſin aut infidelitatem, niſi deſertio accedat, dici non poteſt, quod alter conjux relinquatur. At ubi deſertio accedit, ei, qui relinquitur, non deneganda eſt ad ſecundas nuptias deſcendendi poteſtas. Quando enim pars infidelis etiam ſit pars deſertrix, non tenetur pars innocens illa ſervitute non nubendi, qua tenetur pars deſerens (ut maneat innupta *1. Cor. VII, 11.*) ſed ſoluta eſt ſervitute illa & vinculo, *1. Cor. VII, 15.* Z.

(403) Conjugii firmitas non pendet ex Sacramentali quadam ratione, quæ tota fictitia eſt, ſed ex divina inſtitutione, & ex hac, non ex illa ejus inſolubilitas eſt petenda. Quicquid igitur hic de vero & rato matrimonio dicitur, non magis ſubſiſtit, quam, quod in hoc negotio fingitur, Sacramentum. Z. *Contra doctrinam de ſacramento matrimonii.*

 ad

Per dationem inſtantiæ ſolvitur argumentum.

i) d. c. quanto. §. nec obſtat. de divort.

§. 10. Nec *i*) refert, quod a quibusdam forſan objici poſſet, quod fidelis relictus non debeat jure ſuo ſine culpa privari, cum idem multis caſibus contingat, ut ſi alter conjugum incidatur. (404) Ex hoc quoque quorundam malitiæ occurritur, qui odio conjugum ſimularent hæreſin, (405) ut poſtmodum nubentibus conjugibus ab ipſa reſilirent. Quinimo, qui in fide permanſerit, ad eum qui ab hæreſi vel infidelitate ad Eccleſiam revertitur, vel invitus redire cogendus erit, (406) niſi ad religionem tranſire maluerit. (407)

Con-

ad §. 10.

An caſtratio mariti matrimonium ſolvat.

(404) I. At tali in caſu, ubi in totum inutilis factus eſt maritus, Uxori novi matrimonii poteſtas non eſt deneganda. Vid. Gerhard. *loc. de conjug. n. 662.* Et jam ante dixi, in caſu malitioſæ deſertionis, partem innocentem ad novum cum alia perſona matrimonium admitti. Z.

II. Valet hoc argumentum a malitioſa deſertione, ſi maritus volens caſtretur. Quodſi nolens, non valet. Et ergo tum uxori non erit permittendum conjugium cum alio marito, niſi etiam ob alias graviores cauſas permittenda ſunt divortia. T.

Pro licentia divortii ob hæreſin conjugis.

(405) Antequam igitur hoc conſtitueretur, creditum fuit, per ſolam hæreſin ita rumpi vinculum matrimoniale, ut liceret parti orthodoxæ novum inire conjugium. Idque eſt, quod in Cœleſtini III. conſtitutione repertum fuiſſe, antea dixi. Z.

Contra hanc licentiam.

(406) Recte; quia falſum eſt, per hæreſin vinculum conjugale rumpi. Quod ſi vero deſertio malitioſa acceſſerit, & pars innocens, proceſſu deſertionis abſoluto, novum jam matrimonium contraxerit, redire ad priorem conjugem non tenetur. Z.

Iterum contra vota monaſtica.

(407) Negamus, per ingreſſum in religionem ſolvi matrimonium. Quod enim divinitus conjunctum eſt, homo ſeparare non debet,

Conjugiorum aliud eſt legitimum & non ratum, aliud legitimum & ratum, aliud ratum & non legitimum.

§. 11. Ex his apparet conjugium *k*) aliud eſſe (408) legi-

k) *can. fin. §. item illud. 28. q. 1.*

bet. Et jam ante dixi, votum matrimoniale antiquius eſſe & potentius voto monaſtico. Conf. Gerhard. *loc. de conjug. num. 671.* Z.

ad § 11.

Variæ diſtinctiones huic affines ſed non eadem.

(408) Alii diſtinguunt inter matrimonium legitimum, ratum, & conſummatum ut Sanchez *Op. Matrim. lib. 2. diſp. 1. n. 9.* Tellez *ad cap. 2. de converſ. conjug. n. 5.* quæ diſtinctio cum præſente non confundenda eſt, cum hic Lancelottus conſummatum vel plane omiſerit, vel ſub rato comprehenderit, unde errat Tellez *d. l.* qui hanc trimembrem diviſionem a Gratiano *cap fin. C. 38. q. 1.* (unde hic paragraphus deſcriptus eſt) propoſitam eſſe dicit. Alibi Pontifex diſtinguit inter conjugium verum & ratum, verum appellans, quod hic legitimum dicitur *cap. quanto 7. de divortiis.* Ut autem novum ſpecimen exhibeam, quam ſtudeant Pontificii, omnia diſtinctionibus ſuis magis confundere, quam explicare, in quæſtionibus matrimonialibus, & quod in exponenda hac diſtinctione & ejus uſu ipſimet non conveniant inter ſe, ſaltem apponam ea quæ differit Tellez *d. n. 5. T. 3. p. 682. ſeq.* *Sciendum eſt, matrimonium triplici modo poſſe conſiderari; aliud enim eſt matrimonium legitimum, quod legitimo tantum conſtat conſenſu, quale eſſe poteſt apud infideles, ut probavi* in cap. final. de tranſact. *aliud vero eſt ratum, ſed non conſummatum; tale eſt matrimonium fidelium per verba de præſenti celebratum, copula non ſecuta: tandem conſummatum dicitur poſt copulam ſecutam. Referunt hanc diſtinctionem Gratianus* ad cap. final. 28. q. 1. *Covar.* 2. p. de ſponſ. cap. 1. §. unic. num. 4. *Circa matrimonium tantum legitimum, & ratum, illud notandum eſt, quod vinculum matrimonii rati eſt longe firmius, quam matrimonii legitimi; quia conſtat duplici vinculo, alio naturali, quod reſpicit ipſam contractus naturam, & ſic obligat conjuges ad individuam vitam, ut docetur* in princ. inſt. de patria poteſt. *altero ſacramentali, quod conſurgit ex matri-*

Obſcuritas Canoniſtarum circa uſum hujus diſtinctionis.

trimonio,in quantum eſt ſignum rei ſacræ, & unionis Chriſti cum Eccleſia; & hoc reſpectu ſtrictius obligat. Abbas in præſenti, & in cap. ex publico, hoc tit. *Cajetanus* opuſc. 27. q. 25. verſ. Quoad primum. *Contra vero matrimonium legitimum habet ſolum vinculum naturale, quia deficit in eo ratio ſacramenti, licet late ſacramentum appelletur* in dicto cap. final. de transact. cap. gaudemus, de divort. *Et licet prædictum ſacramenti vinculum detur tam in matrimonio rato, quam in conſummato, diverſimode tamen in uno, atque alio viget. In priori enim diſſolubile eſt, in ſecundo vero indiſſolubile pro tota conjugum vita. Cujus differentiæ ratio provenit ex eo, nam cum hoc ſacramenti vinculum non aliunde conſurgat, quam ex divina inſtitutione, qua matrimonium fuit inſtitutum, velut ſignum unionis Chriſti cum Eccleſia, juxta illud Pauli* ad Epheſ. 5. Sacramentum hoc magnum eſt in Chriſto, & Eccleſia: & *matrimonium ratum ſolum ſignificet unionem cum anima fideli per charitatem*, cap. debitum, de bigamis; *recte fit, ut ſicut unio hæc eſt diſſolubilis per peccatum lethale, ita ſacramenti vinculum in tali matrimonio ſit omnino diſſolubile: ſecus autem in matrimonio conſummato, quod ſicut propter corporis commixtionem deſignat illam mirabilem & indiſſolubilem unionem Chriſti cum Eccleſia, per carnis aſſumtionem, juxta illud Joannis*: Verbum caro factum eſt, quod refertur *in dict. capite debitum: ita plane vinculum ſacramenti in eodem matrimonio manet omnino indiſſolubile; æquum enim erat ut figura reſpondeat figurato, & docet hoc autoritas illa Chriſti Domini*: quos DEus conjunxit, &c. *quæ verba non ſunt intelligenda de matrimonio rato, ſed ſolummodo de conſummato: tum quia id facile deducitur ex illis verbis*: Erunt duo in carne una: *Tum quia ſummus Pontifex ita locum illum explicavit* in cap. ex publico, in fine, hoc tit. *cui ſumma fides eſt adhibenda*, cap. quam vetus 24. quæſt. 1. *etſi nimis audenter Sotus* in 4. diſt. 27. quæſt. 1. artic. 4. *notaverit Pontificem, eo quod prædicta verba Chriſti Domini tantùm de matrimonio conſummato acceperit.* Jam ſi conferas hunc locum cum præſente paragrapho Lancelotti, & iis quæ hic

anno

legitimum & non ratum: (409) aliud legitimum, & ratum:(410) quoddam vero, quod ratum quidem eſt, ſed non legitimum. Legitimum, & non ratum conjugium eſt, quod legali inſtitutione, vel provinciæ moribus contrahitur: hoc inter infideles (411) ratum non

annotabimus, patebit quem labyrinthum hic formaverint Canoniſtæ. T.

(409) Ratum vocat conjugium, quod tantum inter fideles eſt, & non poteſt diſſolvi. Legitimum vero, quod habet ſolennitates legibus aut moribus provinciæ conformes. At alias quod ratum eſt, etiam eſt legitimum, & vice verſa. Et ſupra ipſe Autor dixit, conſenſu ratificari conjugia, qui conſenſus etiam eſt inter infideles. Z. *Ambiguitas rati conjugii.*

(410) Obſcuritas & ambiguitas termini rati inde videtur provenire, quod Gratianus, homo alias parum firmi judicii, ſine judicio hic captaverit verba Auguſtini, dicentis, *non eſt RATUM conjugium quod ſine Deo eſt*, utpote, quæ idem diſerte *d. can ſin.* fundamenti loco ponit. Non inquiram, an recte hæc verba Auguſtini Gratianus applicuerit ad conjugia gentilium, & an ad mentem Auguſtini? de qua dicere nequeo, cum locus Auguſtini non ſit a Gratiano allegatus. Durum tamen videtur, aſſerere, gentiles & eorum negotia omnia ſine Deo eſſe, ob Doctrinam Apoſtolicam. *Act c. 10. v. 34. ſeq.* T. *Unde ratum ducat.*

(411) An ergo inter infideles eſt legitimum? Ita videtur, ſi totum contextum Lancelotti & Gratiani reſpicias, quia videlicet ſecundum leges & mores cujusque gentis eſt contractum. Contra non videtur legitimum, ſi conſideres dicta *c. 1. C. 30. q. 5. Aliter legitimum non ſit conjugium, niſi ab his, qui ſuper ipſam fœminam dominationem habere videntur, & a quibus cuſtoditur, uxor petatur, & a parentibus, & propinquioribus ſponſetur, & legibus dotetur, & ſuo tempore ſacerdotaliter, ut mos eſt, cum precibus & obla-* *Ambiguitas matrimonii legitimi.*

non eſt, quia diſſolvi poteſt (412) dato libello repudii, lege fori, & non lege poli, (413) quam non ſequuntur. Inter fideles vero ſemper ratum eſt conjugium, cum conjugia ſemel inter eos contracta nunquam ſolvi poſſint.

oblationibus a ſacerdote benedicatur, & a paranymphis, ut conſuetudo docet, cuſtodita & ſociata, a proximis congruo tempore petita legibus detur, ac ſolenniter accipiatur, & biduo vel triduo orationibus vacent, & caſtitatem cuſtodiant. Ita peracta legitima ſcitote eſſe connubia: aliter vero præſumta, non conjugia, ſed adulteria, vel contubernia, vel ſtupra, aut fornicationes potius, quam legitima conjugia eſſe non dubitate, niſi voluntas propria ſuffragaverit, & vota ſuccurrerint legitima. An ergo non præſtabat, terminis non ita ambiguis uti, & loco *legitimi* cum Innocentio III, dicere *verum d. cap. quanto de divort.* T.

Definitio rati conjugii explicata. (412) Imo potius, quia non eſt ſacramentum. Sanchez *d. l. d. cap. quanto 7 de divort.* in verbis: *inter fideles autem verum & ratum exiſtit, quia ſacramentum fidei, quod ſemel eſt admiſſum, nunquam amittitur.* Sed facilis conciliatio. Pontifex ibi dat rationis rationem. Ratum eſt, quod eſt indiſſolubile, cur vero eſt indiſſolubile? quia videlicet eſt ſacramentum. Contra non ratum eſt, quod eſt diſſolubile, cur? quia non eſt ſacramentum. Ergo ex hac hypotheſi Canoniſtæ etiam noſtra matrimonia habebunt ſaltem pro veris, non vero pro ratis, quia apud nos matrimonium non eſt ſacramentum, adeoque nec indiſſolubile. Confer mox *notam 414.* T.

Lex fori & poli. (413) Id eſt traditionibus eccleſiaſticis pro verbo Dei obtruſis. Uti enim Papa Deum in his terris repræſentat, ita canones conciliorum dicta Patrum, & traditiones quævis Eccleſiaſticæ æquiparantur verbo Dei, & habentur pro articulis fidei apud Pontificios. Utinam apud ſolos. De hac diviſione inter legem fori & poli confer dicenda infra *ad libr. 3. tit. 1. §. 2.* T.

(414)

ſint. (414) Horum vero quædam ſunt etiam legitima, veluti cum ſervatis nuptialibus ritibus, uxor ſponſo traditur. (415) Illorum vero conjugia, qui contemptis legi-

(414) I. Imo vero, qua ratione ſolvi poſſint, & ſupra dictum eſt, & porro dicetur infra *tit. de divortiis.* Z. *Solubilitas matrimonii.*

II. Ipſi Pontificii de indiſſolubilitate conjugii maxime variant. Sanchez *lib. 2. diſp. 13.* poſtquam repetiiſſet, matrimonium ratum aliquo modo eſſe diſſolubile, conſummatum (ſclicet per copulam carnis) omnino indiſſolubile ſecundum ea, quæ jam *nota 408.* ex Tellex excerpſimus, inde infert, etiam matrimonium infidelium conſummatum indiſſolubile eſſe, quia lex Chriſti obliget omnes. Tum circa quæſtionem unde oriatur illa indiſſolubilitas, quatuor refert ſententias. 1. Matrimonium & ratum & conſummatum indiſſolubile eſſe ex jure naturali. 2. Indiſſolubilitatem matrimonii provenire ex ſolo jure divino poſitivo. 3. Indiſſolubilitatem matrimonii rati provenire ex jure humano Pontificio. 4. Aliqualem inſeparabilitatem eſſe de natura matrimonii, (& ita de jure divino naturali etiam competere matrimonio rato,) omnimodam vero indiſſolubilitatem competere ſolum matrimonio per carnem conſummato, non ex ratione ſacramenti, ſed ex ſignificatione, qua Chriſtus evexit illud ad ſignificandam unionem indiſſolubilem Chriſti cum Eccleſia per carnem aſſumtam, adeoque nec Pontificem hic poſſe diſpenſare &c. T. *Variæ ſententia Canoniſtarum de indiſſolubilitate Matrimonii.*

(415) Sed cur non retinuit Lancelottus verba Gratiani. *Horum quædam ſunt legitima, veluti cum uxor a parentibus traditur, a ſponſa dotatur, & a ſacerdote benedicitur?* (quæ eſt ſumma prolixioris deſcriptionis conjugii legitimi in *c. 1. C. 30. q. 5.* jam deſcripta *nota 411.*) Credo, quod ſenſerit Lancelottus objectionem propoſitam *d. n. 411.* eamque ſic evitare voluerit, mentionem ſaltem faciendo nuptialium rituum, ut videlicet non excluderetur matrimonium infidelium, quod modo dixerat etiam eſſe legitimum. T. *Cur Lancelottus mutaverit verba Gratiani?*

legitimis ſolennitatibus, (416) ſolo affectu aliquam ſibi deligunt in conjugem, non legitima, ſed rata tantummodo eſſe creduntur, *) quanquam enim ſpretis ritibus Eccleſiæ, matrimonium contrahi non debeat, non tamen ob id ſolum ſacramentum conjugii (417) diſſolvi debet. †) Quin potius, ſi tale matrimonium fuerit ab Eccleſia poſtmodum comprobatum, filii generati legitimi judicandi erunt, (418) & hæredes: aliqua tamen illis erit imponenda pœnitentia, qui contemptis Eccleſiæ præceptionibus matrimonium contraxerunt.

*) *c. 2. de matr. contr. contra interd. Eccleſ.*

†) *c. quod nobi qui filii ſint legitimi.*

Juſtus metus, niſi purgatus fuerit, impedit matrimonium.

§. 12

Benedictionis ſacerdotalis antiquitas. (416) Inter iſtas ſolennitates refertur *ἱερολογία* ſeu benedictio Eccleſiaſtica, de cujus antiquitate videri poterit Hahnius *in Weſenbec. tit. de rit. nupt. n. 5.* inprimis Johannes Seldenus *de Uxor. Hebr. lib. 2. c. 28. 29.* Z.

Variatio Canoniſtarum de ſacramento matrimonii. (417) At non convenit inter Pontificios de Sacramento hoc ſuo. Aliqui negant, Sacramentum eſſe, niſi benedictio, ſucerque acceſſerit miniſter, aliis omnino ſententiam contrariam tenentibus, ipſosque conjuges eſſe, non miniſtrum ſacrum, qui ſacramentum efficiunt, aſſerentibus; neque actum miniſtri, verbave ejus eſſe ex neceſſitate Sacramenti, ſed tantum præcepti, materiamque ſimul & formam & cauſam efficientem eſſe in ipſis, qui contrahunt, qua contrahunt. Quam ſententiam etiam autor ſequi videtur. Z.

Benedictio ſacerdotalis & lege Eccleſiaſtica. (418) An ergo omiſſa *ἱερολογία* liberi non erunt legitimi? Non arbitror, niſi expreſſe ita conſtitutum fuerit. Non eſt enim de ſubſtantia matrimonii *ἱερολογία*. Ejus tamen omisſione ſua non caret macula matrimonium. Carpzov. *in Ip Conſiſt. lib. 2. def. 142.* Sed jure pontificio non videtur eſſe legitimum conjugium ſine *ἱερολογία*, *can. 1. 30. q. 5.* cui etiam adſtipulatur Leo Philoſophus *Novell. 74.* Z.

(419)

§. 12. Coactio quoque, & juſtus violentiæ metus (419) matrimonium impediunt. (420) Cum *l*) enim ſolo conſenſu conjugium contrahatur, plena debet ille ſecuritate gaudere, cujus eſt animus indagandus, ne metu

l) c. cum locum de ſponſ.

ad. §. 12.

(419) Hic ſcil. ipſo jure nullum facit matrimonium etiam juramento confirmatum. Carpzov. *in Ip. Conſiſt. lib. 3. def. 55.* Atque hoc ſpeciale eſt in matrimonio, cum alias per vim & metum geſta ipſo jure valeant, & reſciſſione atque reſtitutione Prætoris egeant. Matrimonium enim non ſolum conſenſum ſimplicem & qualemcunque, ſed etiam omnino liberum requirit. Quis autem juſtus dicendus ſit metus, judicis arbitrio facta perſonarum collatione erit æſtimandum. Cæterum reverentialis metus, a quo abſunt verbera, vincula & minæ cum parata executione, matrimonio contrahendo non obſtat, quo minus illud, ſi contractum fuerit, validum habeatur. Vid. Frauzk. *ad pr. Inſt. de nupt. Hahn. obſerv. ad Weſenbec. tit. de rit. nupt. n. 8. verb. Eadem eſt. ratio &c.* Z. *Quis ſit juſtus metus.*

(420) Excogitavit tamen Raphael Averſa caſum, in quo cenſet ipſe, ne quidem jure poſitivo fore invalidum matrimonium injuſtiſſimo licet metu extortum, quem refert Chriſtophorus Haunoldus Jeſuita *diſp. de contract. natur art. 4. n. 6.* hac facti ſpecie: *Titius in loco, ubi Tridentinum Concilium irritans clandeſtina matrimonia non eſt receptum, metu mortis adegit Sempronium, ut filiam ſuam duceret in matrimonium & matrimonium ſtatim conſummares. Quo caſu, ſi Sempronius non poteſt contrahere validum matrimonium non obſtante injuſto metu, ſequitur eo neceſſitatis adductum eſſe, ut vel debeat mori vel fornicari: quorum utrumque cum graviſſimum malum ſit Sempronio, malitque jugum matrimonii ferre, quam alterutrum illorum incurrere, dicendum videtur, nec naturæ, nec Legislatoris Eccleſiaſtici intentionem fuiſſe hujusmodi matrimonium invalidare ob receptiſſimam regulam: quod* *Inepta ſubtilitatis exemplum.*

 in

m) *c. inſuper extr. qui non accuſ. poſſ.* metu impulſus dicat ſibi placere quod odit. Plane m) quæ invita probat ſe ſponſalia contraxiſſe, ſi comperiatur poſtmodum ſponte cognita, ad matrimonii diſſolutionem proclamare, & metum cauſare non poterit. (421)

Furor impedit matrimonium contrahendum, ſed non dirimit contractum.

*) *c. dilectus filius de ſponſal.* §. 13. Furor *) quoque (422) quia conſenſum impedit, nuptias contrahi prohibet: contractas autem non dirimit. †)

†) *c. neque furioſus 23. q. 7.* *Frigiditas & coeundi impotentia, matrimonium impediunt.*

§. 14.

---

in alicujus favorem introductum eſt, non debet in ejus odium detorqueri: irritatio autem matrimonii ex injuſto metu initi in favorem metum paſſi introducta eſt. in caſu vero poſito cederet in maximum ejus damnum. Ergo dicendum eſt, poſſe Sempronium cedere favori Eccleſiæ & validare matrimonium. Hucusque Haunoldus. Sed caſum hunc novum non eſſe, nec ab Averſa primum excogitatum, ſed jam diu in ſcholis ventilatum, oſtendunt ea, quæ diſputat Andreas Fachineus *lib. 3. controv. cap. 28*, ubi in diverſam plane & contrariam abit ſententiam. Z.

Ratio. (421) Metus enim tam purgatur, & matrimonium tanquam ex novo conſenſu convaleſcit. P. Cypræ. *de ſponſal. c. 13. §. 23. n. 2. & §. 25.* Z.

ad §. 13.

Quidſi furioſus intervalla habeat? (422) Furioſus enim plane neſcit, quid agat, & propterea nullum negocium recte gerit, neque quo obligetur, neque quo obligationem ſibi acquirat *l. 1. §. 12. ff. de O. & A. l. 5. & l. 40. ff. de R. J.* Si tamen in intervallo & intermiſſione furoris matrimonium contraxit, ratum

§. 14. Item frigiditas (423) *n*) & coëundi impotentia legitimum matrimoniis impedimentum afferunt. Sicut enim puer, *) qui debitum reddere non poteſt,

n) extr. per totum tit. de frig & maleſ.

**) c. 2. eod.*

ratum id haberi debet, neque furore inſequente perimitur. Vid. Gerhard. *Loc. de conjug. num. 689.* Carpzov. *in Ip. Conſiſt. lib. 2. def. 182. 183.* Z.

ad §. 14.

(423) Perpetua ſcil. & incurabilis, & talis, quæ congreſſum conjugalem prorſus impedit, non ea quæ generationis duntaxat effectum intervertit, quanquam de his quoque, quod matrimonium non contrahant valide, afferat Paulus Zacchias *quæſt. Medico-legal. lib. 3. tit. 1. quæſt. 5. n. 28.* Et hæc igitur de frigidis deciſio ex jure Canonico depromitur. Jure civili autem ſpado, qui caſtratus non eſt, matrimonium contrahere poteſt *l. 39. ff. de jur. dot.* Sed & jure Canonico diverſa hac de re fuiſſe decreta & diverſas ſententias, memorat Pontifex in *c. 2. de frigid. & malefic.* prout extat in prima collectione, & conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ fuiſſe, ut, ſi non poſſit aliquis mulierem ſicut Uxorem habere, ipſam habeat, ſicut ſororem. Quæ & ſententia eſt Lucii III. Pontif. *in c. 4. X. eod.* Ea tamen deinceps mutata videtur, dum invitus invitave manere cum impotente non cogebatur, *cap. 5. X. eod.* Id certum eſt, inhabilitatem corporis, quæ unionem carnis non admittit; neque conjugium admittere, eo quod ex inſtitutione matrimonii divina oporteat duos coire in carnem unam. *Matth. XIX, 6.* Circumſpecte tamen hic agat judex, nec omnibus de frigiditate & impotentia factis allegationibus promiſcue fidem adhibeat, cum ſæpe impotentia allegetur, quæ corrigi & curari ſucceſſu temporis poſſit. Vid. Paul. Zacchias *d. l.* Joh. Gerhard. *Loc. de conjug. n. 658. ſeq.* Anton. Guibert. Coſtan. *de matrimon. tit. de his qui nupt. contrab. poſſ. n. 65.* Annæ Robert. *l. 4. rer. jud. c. 10.* Carpzov. *in Ip. Conſiſt. l. 2. def. 200. & 201.* Z.

Frigiditas quæ? Varia de ea Juris Canonici ſententia.

(424)

poteſt, non eſt aptus (424) conjugio: ſic, qui ita ſunt natura impotentes, (425) ut †) nec ope medicorum ſine mortis periculo juvari poſſint, apti ad contrahenda matrimonia minime putantur. Ea igitur, quæ adeo eſt arcta, ††) ut mulier fieri & alteri carnaliter commiſceri non poſſit, (426) niſi per inciſionem, ad matrimonium contrahendum non debet idonea judicari.

†) c. ex liberis eod.
††) c. fraternitatis §. per hæc autem eod.

Leproſi poſſunt matrimonium contrahere.

§. 15.

Differentia inter puerum & frigidum. (424) Imo aptior hic eſt conjugio, quam natura frigidus, eo quod ſucceſſu temporis ſupereſſe poſſit negotio, cujus cauſa matrimonium inſtitutum eſt; de frigido vero ſperari id plane non poſſit. Z.

Triplex impotentia. (425) Triplicem faciunt impotentiam Canoniſtæ, naturalem, accidentalem & maleficialem, ſive maleficiis cauſatam. De naturali, & tali, quæ in adulto atque alias habili ex vitio quodam conformationis & frigiditate nimia contingit, certa eis eſt concluſio, propter eam & matrimonium contrahendum impediri & contractum dirimi. Et hoc quidem de maſculis. In fœminis vero, quia impotentia plerumque ex arcta nimis uteri conſtitutione naſcitur, Medicorum exauditur deciſio, utrum curari poſſit mulier, an minus, ut hoc caſu idem obtineat, quod de maſculis dixi, illo autem nec impediatur nec dirimatur matrimonium. Accidentalis ſi fuerit impotentia, a morbo vel ferro procurata, diſtinguunt, utrum ea matrimonium præceſſerit, an ſecuta fuerit, ut illo caſu matrimonium diſſolvatur, hoc vero matrimonio nihil obſtet, quo minus ſubſiſtat. Circa impotentiam denique ex maleficio provenientem cohabitare jubent conjuges per triennium, eo elapſo, ſi de impotentia coëundi & ipſorum conjugum & ſeptem propinquorum juramento conſtet, ſolvi debere volunt matrimonium, per *c. 5. & c. ult. X. de frigid. & malef.* Addatur Gratianus *ad c. quod autem 27. quæſt. 2.* Z.

Arcta non ſana. (426) Eam nec ſanam quidem eſſe dicit JCtus in *l. 14. §. 7. ff.*

de

§. 15. Alia eſt cauſa leproſorum. (427) *o*) Nam ſi mulierem invenerint, quæ ſibi velit nubere, vel mulier leproſa virum, liberum erit illis conjugali vinculo colligari.

o) *cap. 2. de conjug. leproſ.*

Publicæ honeſtatis juſtitia impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit.

§. 16. Publicæ *p*) quoque honeſtatis (428) juſtitia tam

p) *c. referente. qui filii ſint legit. c. juvenis. & ſeq. de ſponſ.*

de ædil. edict. Maximum enim ac præcipuum munus fœminarum eſt concipere ac tueri conceptum. *§. 1. eod.* Z.

ad §. 15.

(427) Sed quid, ſi maritus leproſæ cohibitare nolit? Alexander III. aut reddendum debitum aut continentiam ſervandam pronunciat *c. 1. & 2. X. de conjug leproſ.* At Gregorius III. *in Epiſt. ad Bonifacium tomis Conciliorum inſertæ:* *Quodſi mulier*, inquit, *infirmitate correpta non voluerit debitum Viro reddere, quid ejus faciat jugalis? bonum eſſet, ſi ſic permaneret, ut abſtinentiæ vacaret; ſed quia hoc magnorum eſt, ille qui ſe non poterit continere, nubat magis*, &c. Sed viciſſim Patres Tridentini anathema dicunt, ſi quis dixerit, propter hæreſin aut moleſtam cohabitationem diſſolvi poſſe matrimonii vinculum. Ut ita perpetuis contradictionibus implicetur cathedra papalis. Et ipſi quoque inter ſe Canoniſtæ non ſatis conveniunt, quos notat Paulus Zacchias *quæſt. Medico-legal. lib. 3. tit. 3. q. 6. n. 13. ſeq.* Cæterum id tantum hic dicit autor, non eſſe prohibendos conjugio leproſos, de qua re jam diximus ſub *tit. anteced.* In hoc tamen conſentimus cum Canoniſtis, non eſſe diſſolvendum matrimonium propter lepram ſupervenientem *c. 2. X. de conjug. leproſ.* Förſter. *de nupt. c. ult.* Z.

Nova contradictio Canoniſtarum.

ad §. 16.

(428) Naſci volunt iſtiusmodi juſtitiam ex ſponſalibus, ita ut conſanguinei ſponſi cum ſponſa per mortem ſponſi vel alio modo ſponſali-

Arcanum Politicum ſub hac pu-

tam matrimonium contrahendum impedit, quam contractum irritat. Eſt autem publicæ honeſtatis Juſtitia, quæ ex legitimis ſponſalibus oritur mulieris, quæ illi conjuncta eſt, cum qua nunc vir matrimonium contrahere deſiderat: ut, ecce cum Berta ſponſalia contraxi, volo nunc cum Gemina, quæ Bertæ cognationis vinculo eſt conjuncta, matrimonium contrahere: publica honeſtate impedior. Inhoneſtum enim ac turpiſſimi viſum eſt exempli, *) ut ei quis nubere valeat, cujus conjunctam ſponſalia frangendo (429) deceperit, ne in eandem, ejus nubendo conjunctæ, quaſi injuriam (430) cumulet.

*) *c. ſi quis uxorem 27. q. 1.*

Spon-

blica honeſtatis juſtitia latens.

ſalibus diſſolutis, matrimonium contrahere non poſſint. Nomen, ſecundum Thomæ Aq. ſententiam, ex eo ductum eſt, quod iſta juſtitia ab Eccleſia inſtituta eſſet propter honeſtatem nudam. Ab Eccleſia, inquit Cujacius *ad. c. 10. X. qui fil. ſint lgit.* id eſt, a Pontificibus, qui non contenti per cauſam cognationis & affinitatis & fictitiæ cujuſdam cognationis ſpiritualis longiſſime porrexiſſe prohibitionem nuptiarum, & hanc cauſam ſuperadduxere ſub ſpecie publicæ honeſtatis privatim a ſe confictæ, cujus vim, quod ad nuptias inhibendas attinet, non minorem eſſe volebant, quam cognationem vel affinitatem &c. Dubium autem nullum eſt, impedimenta hæc excogitata eſſe ad multiplicandas diſpenſationes Pontificias & hinc locupletandum Pontificis fiſcum. Sed cum in concilio Tridentino ea de re diſceptatum fuiſſet, multum deinceps a patribus reſtrictus fuit ejus impedimenti ambitus. Z.

Ratio juris Canonici inepta.

(429) Inepta ratio, quia ſupra monſtravimus, ſponſalia juris Canonici eſſe meros tractatus, nec perfidiam eſſe, ſi quis a tractationibus recedat. T.

Alia objectio.

(430) Hæc non eſt vera cauſa, quia publicæ honeſtatis juſtitia impedit etiam tum, quando Bettha mortua eſt, & in mea non eſt amplius

Sponſalia pura & certa, ex conſenſu valida, licet alias nulla, inducunt publicæ honeſtatis juſtitiam, quæ ſequentia ſponſalia dirimit, non præterita.

§. 17. Usque adeo autem ex puris & certis ſponſalibus *q*) impedimentum juſtitiæ publicæ honeſtatis exoritur, ut etiam ſi illa, conſanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis, aut alia quavis ratione nulla (431) ſint, dum tamen non ſint nulla (432) ex defectu conſenſus, nihilominus & impedire & dirimere ſequentia ſponſalia, vel matrimonia dignoſcantur, licet præcedentia (433) diſſolvere non valeant. Quare, qui ſponſalia pure ac determinate cum aliqua muliere contraxit, & poſtmodum cum ſecunda prioris conſanguinea idem

q) *c. 1. de ſponſ. in 6. c. literas c. acceſſit de ſponſal.*

---

plius poteſtate, illam ducere. Nec ergo ex quadam injuriæ cumulatione argumentum peti eo caſu poteſt. Z.

ad §. 17.

(431) Diſputant etiam Canoniſtæ, an, ubi evidens nullitas matrimonii adeſt, neceſſaria ſit ſententia declarativa nec ne. Vide Burnet. *Hiſt. de la ref. de l' Egl. en. Angl. l. 2 p. 194.* T. *De ſententia nullitatis declaratoria.*

(432) At nulla quæ ſunt in ſe, nullum etiam retro faciunt & de jure invalidum conſenſum. Et quod eſt nullum ipſo jure, non præſtat impedimentum *l. 4. §. 6. ff. de re jud.* ſed perinde eſt, ac ſi nullo modo fuiſſet factum. Menoch. *conſ. 230. n. 13.* Et hinc patres Tridentini jus hoc emendantes, juſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum, ubi ſponſalia quacunque ratione invalida ſunt, prorſus ſuſtulerunt, *ſeſſ. 24. cap. 3.* Z. *Mutatio ſententia Lancelotti.*

(433) Non neceſſe eſt, ut attendatur hoc caſu juſtitia publicæ honeſtatis, quæ in ſequentibus ſubeſſe poſſit ſponſalibus. Præcedentia enim quia nullo modo per ſequentia tolli poſſunt, per ſe ſtant, ſive jam in ſequentibus aliquod ſubſit impedimentum, ſive minus. Z. *Ratio.*

Digitized by Google

idem fecit, ex priorum ſponſaliorum vigore (434) ad matrimonium contrahendum, cum prima remanet obligatus.

Filii nati ex matrimonio, cui obſiſtit publicæ honeſtatis juſtitia, non ſuccedunt patri ſcienter contrahenti.

r) c referente qui fil. ſint leg.

§. 18. Filii quoque nati ex matrimonio, r) quod publicæ honeſtatis juſtitia impediente contractum fuit, cum nec Eccleſiæ permiſſionem, (435) nec patris allegare poſſint ignorantiam, ad ſucceſſionem bonorum paternorum minime admittentur. (436)

DE TRIPLICI COGNATIONE.

TITULUS XIII.

Cognatio eſt triplex; ſpiritualis, legalis & naturalis: & ſpiritualis cognatio impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit.

§. 1.

Remiſſio. (434) Repetenda hic erit *nota 429* juncto §. *11*, *tituli 10*. & quæ ibi dicta ſunt. T.

ad §. 18.

Objectio. (435) H. e. conceſſionem. Sequitur autem hinc, ſi repugnat matrimonium tale honeſtati publicæ, poſſe Eccleſiam conceſſione ſua ex inhoneſto facere honeſtum, quod Eccleſiæ integritati parum convenit. Z.

Contradictio. (436) Imo vero admittentur; ſupra enim diximus, prohibitum quidem eſſe, ſponſæ defunctæ conſanguineam ducere; ſi tamen cum tali contractum jam matrimonium fuerit, iſtud non dirimi. Z.

TIT.

§. I.

MUlto magis cognatio matrimonio interdum eſt impedimento: eſt autem cognatio triplex; ſpiritualis, legalis, & naturalis. Spiritualis *a*) cognatio eſt, (437) attinentia quædam proveniens ex ſacramenti collati-

a) *gl. in verſ. ſpiritualis c. 1. de cogn. ſpirit. in 6.*

TIT. XIII.

ad §. I.

(437) I. Omnem eam cognationem ſpiritualem merum inventum humanum & multis abſurditatibus involutum, tum & conſcientiis grave eſſe, prolixe & ſolide oſtendit Gerhardus *de conjug. num. 364. ſeqq.* Unde nec fruſtra impedimentum hoc omnino tollendum eſſe conſuluerunt olim nonnulli in Concilio Tridentino. Petr. Svav. *in hiſt. Concil. Trid. lib. 8. pag. 836.* Perſtrinxit illud Papiſmi *ἀποκύημα* jam ſuo tempore Johannes Petrus de Ferrariis *in prax. tit. 33. gloſſ. 4. num. 11. Et amplius*; inquit, *in ſumma nota, quod ſunt viginti caſus, quibus per ſpiritualem cognationem matrimonium impeditur, inventi per jus Canonicum, & ignorati per jus civile, qui habent Laicos illaqueare, nec fundantur viva & concludenti aliqua ratione, ut inquit Azo* &c. Quod dicit, ignoratos fuiſſe iſtos caſus per jus civile, id verum eſt, ſi excipias unicum illum, quando quæritur de conjugio perſonarum ſuſcipientium & ſuſceptarum. Tales enim ad invicem matrimonio jungi, prohibuit Juſtinianus Imp. *in l. 26. C. de nupt.* perſuaſus ſcil. ab Epiſcopis ſuis, nihil aliud ſic inducere poſſe paternam affectionem & juſtam nuptiarum prohibitionem, quam hujusmodi nexum, per quem, ut ait ibidem Imperator, DEO mediante animæ eorum copulatæ ſunt. Et credibile hinc eſt, hanc prohibitionem antiquitus ideo factam fuiſſe, quod magnum quoddam vinculum neceſſitudinis videretur ſollennis illa ſuſceptio in ſacra ablutione, idque propter ingentem affectum erga religionem, qui fere in priſcis hominibus conſpiciebatur. Franc. Du-

Abſurditas cognationis ſpiritualis.

Duaren. *tit. ſolut. matr. ſub rubr. de nupt. c. 3.* Sequioribus vero temporibus Pontifices non inter ſuſcipientes tantum & ſuſceptos prohibitum voluerunt matrimonium, ſed etiam inter ſuſceptorem & parentes baptizati, inter baptizatum & filios ſuſceptoris, inter patrem baptizati & viduam ſuſceptoris, inter baptizantem & baptizatum, & plures alias perſonas. Et ex hoc triplicem olim fecerunt cognationem ſpiritualem, paternitatem ſcil. compaternitatem & fraternitatem. Illam contrahi voluerunt inter baptizantem & baptizatum it: inter baptizatum & patrinum. Iſtam inter patrem & matrem baptizati ex una parte, & baptizantem atque patrinum ex altera. Hanc inter baptizatum & filios naturales baptizantis atque patrinorum. Mart. Azpilcuet. Navarr. *tom. 3. cap. 22. n. 36.* Ea autem extenſio, cum extra verbum & præceptum divinum ex ſolo Pontificis cerebro nata, & conſcientiis valde onerosa ſit, noſtris Eccleſiis merito rejecta eſt. Z.

Eſt figmentum Pontificium. II. Hæc pertinent ad figmenta Pontificia. Nam inter omnes fideles datur cognatio ſpiritualis, ex qua omnes ſunt fratres; Illa autem cum nullam inferat commiſtionem ſanguinis, non poteſt vel impedire nuptias contrahendas, vel dirimere contractas. Neque poteſt vel ex ſcriptura vel ex Patribus fingi ratio, cur contrahatur in Baptiſmo & Confirmatione ea cognatio ſpiritualis, circa quam tam operoſe verſantur Canoniſtæ; Et merito *Diſcipl. Eccl. Gall. cap. 13. §. 8.* ita habet: *Cognationes dictæ ſpirituales non comprehenduntur, nec intelliguntur per verba conſanguinitatis aut affinitatis in Edicto Regis, nec poſſunt impedire, quominus matrimonium contrahatur.* M. *p* 210.

An prohibitio c. 26. C. de nuptiis apud nos in uſu. III. Hanc jus Civile in *L. 26. §. fin. C. de nupt.* tantum ſtatuit inter ſuſceptorem & ſuſceptam; Hinc & tali caſu propter prohibitionem Juris Civilis, donec conſuetudo contraria liquido probetur, petenda diſpenſatio, quam ſententiam quoque Auctor, (Brunnemannus) amplectitur, *in Comm. Cod. ad l. ſi quis alumnam in fin. C. de nupt.* Quamvis enim perſuaſione inductus Juſtinianus hoc ita ſtatuerit, juxta illorum ſententiam, quos allegavi *ſupr. L. 2 cap. I. Membr. 2. not ad §. XII Verb. Apud alios tres.* dum tamen jure Civili vivimus, vel contraria conſuetudo probanda, vel petenda diſpenſatio. Cæterum jus Canonicum latius hanc cognationem exten-

latione, vel ad ſacramentum detentione: (438) Non ſolum igitur *b)* inter baptizantem, & illum qui eum de baptiſmo ſuſcepit, item inter baptizatum & ſuſcipientis filios, & uxorem ante ſuſceptionem a ſuſcipiente carnaliter cognitam: verum etiam inter ſuſcipientem (439) parenteſque baptizati, cognatio ſpiritualis contrahitur, quæ & contrahendum matrimonium impedit, & dirimit poſtea contractum. (440) Et quæ de ſuſcipiente

b) d. cap. 1. de cogn. ſpirit. in 6.

rendit, de quo vid. Sanchetz *de Matrim. lib. 7. Diſp. 54. ſeqq.* cujus merito in noſtris Eccleſiis non habetur ratio. S. *p 614.*

IV. Quod Jure Civili vivamus, valebat illo tempore, cum perſuaderent ſibi JCti, Juſtinianum fuiſſe Anteceſſorem Regum Germaniæ in Imperio Romano. Nec cohæret etiam hæc aſſertio cum hypotheſi B. Anteceſſoris, alibi expoſita, quod Jus Juſtinianeum in Germania ſit receptum ut Jus ſubſidiarium, item quod in cauſis matrimonialibus in Germania prævaleat Jus Canonicum, niſi quatenus uſu vel legibus mutatum. Ergo cum ipſe fateatur, ineptias Juris Canonici de cognatione ſpirituali merito in Eccleſiis noſtris eſſe abrogatas, & per dicta *ſect. 1.* ineptiæ illæ initium ſumſerint tempore Juſtiniani, ſuaſu Cleri, neſcio ex quo privilegio illa *lex 26. C. de nupt.* in uſu eſſe debeat in dubio apud Proteſtantes. Quantum vero lateat arcanum Politicum ſub hac cognatione ſpirituali, a quolibet non plane ſtupido percipi poteſt: ſcilicet Laicos vexandi & pecunias pro diſpenſationibus extorquendi. T.

Monita circa ultimam præcedentem.

Arcanum Politicum ſub cognatione ſpirituali latens.

(438) Quæ fit a patrinis ſeu ſuſceptoribus, qui & ipſi ſi plures fuerint, inter ſe matrimonio jungi lege pontificia prohibentur. Z.

Declaratio.

(439) Contrarium reſcripſit olim Nicolaus Papa *c. noſſe 30. q. 1.* Prohibitio tamen iſta denuo repetita eſt in Concilio Tridentino, per quod alias cognatio hujuſmodi ficta & imaginaria multum coarctata eſt. Z.

Inconſtantia juris Canonici.

(440) Matrimonii inſtitutio divina eſt, ita ut homini, quod DEUS

Nova objectio.

ente dicta ſunt, eadem etiam de baptizante ſunt intelligenda.

Excepto baptiſmate, & confirmatione, non oritur ex ſacramentis cognatio impeditiva matrimonii.

c) c. 1. §. fin. de cogn. ſpirit. in 6.

§. 2. Eisdem modis confirmatione *c*) ſpiritualis cognatio contrahitur, (441) matrimonia ſimiliter impediens contrahenda & poſt contracta dirimens. Ex datione vero aliorum ſacramentorum cognatio ſpiritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediat, vel diſſolvat.

Cognatio ſpiritualis per Catechiſmum contracta, impedit matrimonium contrahendum, ſed non dirimit contractum.

§. 3.

DEUS conjunxit, ſeparare nullo modo liceat. Jam certum eſt, cognationis hujusmdi ſpiritualis inventum mere humanum & arbitrium totum in hominibus eſſe, nec ullam ejus memoriam vetuſtiorem tempore Juſtiniani inveniri. Quis ergo perſuaderi ſibi patiatur, legem pontificiam derogare aut contrariari potius debere legi divinæ, ita ut matrimonia ex voluntate divina contracta dirimi lege pontificia posſint. Z.

ad §. 2.

Contra cognationem ex confirmatione.

(441) Quid de confirmationis Sacramento ſentiendum ſit, ſupra expoſuimus. Etſi vero ex baptiſmo aliquam cognationem ſpiritualem naſci ponamus, non tamen ſimiliter illa in confirmatione admittenda erit. Cum enim confirmatio non ſit Sacramentum ſed complementum tantum baptiſmi, nec novis ea indigeat ſuſceptoribus, non poterit novam inducere cognationem. Ita ſc. olim obtinebat, ut illi iidem ſuſceptores, qui baptizandum offerebant, offerrent etiam chrismandum; & ſic unicam, non duas ſpirituales cognationes & compaternitates contrahebant. Marc. Ant. de Dominis *de Rep. Eccleſ. lib. 5. c. 5. in fin.* Aliud tamen in Eccleſia Romana obſervatum fuiſſe oſtendit *c. 99. de conſecrat. diſt. 4.* Z. (442)

§. 3. Per Catechiſmum *d*) an ſpiritualis cognatio contrahatur, dubitatum (442) eſt: & conſtitutum eſt, contrahi quidem illam, ſed non tantam: licet enim ex ea contrahendum matrimonium impediatur; poſt eam tamen contractum minime diſſolvetur.

d) *c. 2. de cogn. ſpir. in 6.*

Spiritualis cognatio non dirimit matrimonium antea contractum.

§. 4. Diximus autem hujusmodi cognationem matrimonia contracta dirimere, non ſimpliciter, ſed poſtea contracta: nam *e*) ſi vir, vel mulier ex ignorantia (443) vel dolo proprium filium de ſacro fonte ſuſcepe-

e) *c. 2. de cogn. ſpirit.*

ad §. 3.

Contra cognationem per catechiſmum.

(442) De catechiſmo, quis fuerit, jam ſupra dixi ſub *tit. 4. de ſacram. Chriſm. §. illud commune.* Dubitatum autem circa cognationem fuit propterea, quod ex interpretatione Pontificiorum catechiſmus non ſit Sacramentum, ſed aliquid Sacramentale H. Altenſtaig *in Lex. vocab. catechiſmus.* Sed uti improprie dicitur Sacramentale, quod ſacramentum quoquo modo antecedit; ita nullo plane fundamento nititur prohibitio hæc conjugii. Nec igitur ſine ratione dixit Cujacius, in nuptiis coërcendis coarctandisve nimiam poſteriorum Urbis Romæ Pontificum ſeveritatem quocunque colore, quacunque vel levi, vel ficta ratione parum abeſſe videri a nuptiarum prohibitione perpetua *ad rubr. X. de conſang. & aff.* Z.

ad §. 4.

Exemplum uxoris ex ſimplicitate filiam propriam ſuſcipientis.

(443) Ita notum eſt ex Hiſtoria Francica, Audoveram Chilperici Regis uxorem dolo malo Fredegundis tum pellicis Chilperici, perſuaſam, abſente Chilperico ex ſimplicitate filiam propriam in baptiſmo ſuſcepiſſe & poſtea a marito ob hanc cauſam ſub prætextu cognationis ſpiritualis eſſe repudiatam. Aimoinus *lib. 3. c. 6.* Pasquier *recherche de la France lib. 5. c. 6.* Ruinart. *in notis ad Gregor. Turon. lib. 5. Hiſt. Franç. p. 251.* T.

perit, propter hoc ſeparari non debent, (444) nec alter alteri debitum ſubtrahere, niſi ad continentiam ſervandam poſſint induci: quia ſi ex ignorantia id factum eſt, eos ignorantia excuſare videtur: (445) ſi ex malitia, eis proprius dolus (446) patrocinari non debet. Quinimo pro tali auſu, matrimonio ſua firmitate durante, pœnitentia imponenda erit. *)

*) *c. de eo 30. q. 1. c. pervenit ibid.*

Filii, per quorum neutrum ventum eſt ad compaternitatem, copulari poſſunt, niſi mos regionis aliud inducat.

f) c. ſuper eo de cogn. ſpir.

§. 5. De *f*) filiis quoque, per quorum neutrum ad compaternitatem ventum eſt, an copulari poſſint, quæſitum eſt: (447) & ſane, niſi conſuetudo Eccleſiæ, ubi de contrahendis nuptiis agitur, vel aliarum vicinarum aliter ſe habeat, tali conjugio minime obſiſtendum erit.

Licet plures non debeant eſſe patrini, ſi plures tamen fuerint, cum omnibus ſpiritualis cognatio contrahitur.

§. 6.

Ratio. (444) Non enim eſt novum, ut, quæ ſemel utiliter conſtituta & conſummata ſunt, durent: licet ille caſus poſtea extiterit, a quo initium capere non potuerunt. *l. 85. ff. de R. J. l. 140 §. 2. ff. de V. O.* Z.

Variatio Juris Canonici. (445) Olim non erat ſic, ut ex modo allato exemplo Audoveræ propterea dimiſſæ conſtat. Adde *c. 1. C. 30. q. 1.* Tellez *ad c. 2. de cognat. ſpirit.* T.

Ratio. (446) Alioqui ſcientibus & divertere cupientibus hac via ad divortium pateſieret aditus. Z.

ad §. 5.

Novus diſſenſus Juris Canonici. (447) Diverſimode etiam & per contrarios canones reſponſum, *c. 1. X. de cognat. ſpir.* ubi videri poſſunt, quæ notat Antonius Augu-

§. 6. De eo quoque admonendi ſumus, quod g) licet non plures, quam unus (448) vir, vel una mulier ad ſuſcipiendum de ſacro fonte infantem accedere debeant: ſi tamen plures acceſſerint, ſpiritualis cognatio æque, quoad omnes, inde contrahitur, (449) tam matrimonia contrahenda impediens, quam etiam poſtea contracta diſſolvens. Circa quod idem ſtatuitur, & de confirmatione. *g) c. fin. de cog. ſpir. in 6.*

Legalis cognatio modo affert temporale impedimentum matrimonii, modo perpetuum.

§. 7. Legalis cognatio, (450) eſt proximitas per adoptionem proveniens. Ejus autem duæ ſunt ſpecies:

Auguſtinus *ad c. 1. h. t. in prima collectione.* Nos iſtum diſſenſum parum curamus & diſſenſum iſtum pro argumento habemus, cognationem ſpiritualem ex ſola lege poſitiva proficiſci, quæ recte abrogatur, ſicubi oneroſa conſcientiis exiſtat. Z.

ad. §. 6.

(448) De numero patrinorum aut ſuſceptorum dixi ſupr. *ſub Remiſſio: tit. 4. §. admonendi.* Z.

(449) Verba hæc obſcura ſunt, & duplicem habent ſenſum; alterum, quod inter ſuſceptum & omnes ſuſcipientes contrahatur cognatio; alterum, quod etiam ſuſcipientes inter ſe talem cognationem contrahant. Uterque ſenſus probatur Canoniſtis. Noviſſime tamen Concilium Tridentinum inter patrinos ipſos ad invicem cognationem contrahi noluit, *ſeſſ. 24. de reform. c. 2.* ubi videri poterit Auguſtinus Barboſa, etſi contrarium ſentiat Cujacius *ad rubr. de cognat. ſpirit.* Hinc vero patet, cognationem ſpiritualem præcipue fundari in cerebro pontificis, qui ut leges figit atque refigit, ita cognationem inducit & tollit. Z. *Explicatio & mutatio Juris Canonici.*

ad §. 7.

(450) Hoc totum eſt ex jure civili, uti patet *ex §. 1. & 2. Inſt. de nupt. l. 12. & 14 ff. de rit. nupt.* Impedimentum igitur hoc non poteſt naſci ali- *An hæc prohibitio in uſu? Negatur.*

 unde

es: una, quæ temporalem impediendi matrimonii cauſam continet: alia, quæ perpetuam. (451) Temporalem cauſam impedimenti continet ea, *) quæ inter te, & eam, quæ tibi per adoptionem ſoror eſſe cœperit, intercedit; Nam per adoptionem †) quæſita fraternitas, eousque nuptias impedit, donec manet. Perpetuam pro-

*) c. un. de cognat. leg.
†) c. per adopt. 30 q. 3.

unde, quam ex lege poſitiva. Neque tamen tum illud ad matrimonii contracti diſſolutionem recte extenditur, quia ſcil. vinculum divinum non debet ſolvi autoritate & arbitrio humano. Cumque maxima ex parte adoptio hodie ſit abolita, nec in divinis legibus prohibitivis ulla ejus fiat mentio, cumque per eam nulla contrahatur carnis propinquitas, non neceſſe eſt, ut cognationem hanc legalem prolixe examinemus. Id tamen obſervamus & miramur, civilem hanc cognationem ita canonizatam eſſe, ut etiam ſolennia juris civilis requirant Interpretes, neque aliter contrahi cognationem velint, niſi ſolenni ritu adoptio facta fuiſſet. Z.

Rationes pro affirmativa. (451) I. Cognatio legalis per adoptionem contrahitur, quam jure Civili matrimonio impedimentum injicere, conſtat ex §. *1* & *2. Inſt de nupt.* Hodie vero hanc cognationem non amplius attendi, communiter ſtatuunt. Add. Haveman. *in Gamolog. Synopt. lib. 2. tit. 6. Problem. X. n. 2.* Fateor, nullum hic ſubeſſe vinculum, quod vel jure naturali vel divino impediat matrimonium; & hinc in quacunque etiam linea hic diſpenſationi locus eſſe poteſt. Cum tamen LL. Civilibus hoc interdictum, hæ vero omnino in conſcientia obligent, neſcio ſane, annon æque a Conſiſtorio petenda diſpenſatio, quam ſi hodie Conſobrini matrimonio jungi velint, nam nec hos vel divinum vel naturale jus arcet, ſed ſtatuta tantum humana. Quod ſi dixeris conſuetudine illam legalem cognationem tolli poſſe, & ſublatam eſſe; prius quidem lubens concedo, poſterius vero cum facti ſit, probandum eſſet. Nec mox ex eo caſu, quando quis puellam ut filiam educavit & deinde eam uxorem duxit, quales caſus non ignoti, colli-

prohibitionis cauſam (452) continet, utputa, quæ inter adoptantem & adoptatum, item inter adoptantem uxoremque adoptati, & inter adoptatum uxoremque adoptantis, intercedit. Nam & per emancipationem, diſſoluta adoptione, matrimonium impeditur.

Quid ſit naturalis cognatio, quid conſanguinitas, quid affinitas.

§. 8.

---

colligendum: ergo filiam adoptivam moribus ducere licebit; Nego enim hanc eſſe adoptivam; cum privata voluntas patris habentis aliquam pro filia, eam filiam non faciat §. *fin. I. de Adopt* ſed vel Principis vel Magiſtratus autoritate hoc fieri debebat §. 1. *Inſt. d. t.* Tutius ergo hic propter nexum LL. Civilium petenda diſpenſatio; quæ in Ducatu Wartenbergico eo magis neceſſaria, cum ibi expreſſa ſanctione Adoptivorum matrimonia prohibita. Vid. *ord. Matrim. Wurtenberg. cap. 3.* Keiner ſoll ſein adoptiret und an Kindes ſtat angenommen Kind ihme ſelbſt oder ſeinem Sohn oder Tochter/ anders denn die Rechte zulaſſen/ bey ſchwerer Ungnade und Straffe verehligen/ quod refert Bechſtad. *de Jur. connub. c. 4. in pr. S. p. 613. 614.*

II. Verum eſt, obligant leges civiles in conſcientia, ſi modo ſunt receptæ. Ergo non probandum eſt, an hæ leges civiles ſint abrogatæ ſed an ſint receptæ. Vid diſſert. noſtr. *de ſtatu controv. an leg. Juſtin. ſit frequens uſus in foris Germaniæ.* Adde quod adoptionis hodie ſit uſus vel nullus vel exiguus per tradita *in diſſert. de uſu pract. tit Inſt. de adopt. c. 2.* Quod in conſobrinorum conjugio diſpenſatio ſit petenda inde eſt, quod horum conjugia legibus provincialibus expreſſe ſint prohibita. Repete etiam dicta ſuperius *nota 437. ſect. 4.* T. *Quibus reſpondetur.*

(452) Totum hunc paragraphum breviter ſed enucleate ita exhibet Paulus JCtus *tit. 6. Adoptiva cognatio impedit nuptias inter parentes ac liberos omnimodo: inter fratres eatenus, quatenus capitis minutio non intervenit.* Z. *Locus parallelus Pauli.*

§. 8. Naturalis cognatio eſt, quæ medio conſanguinitatis, vel affinitatis contracta reperitur. Eſt autem conſanguinitas *h*) attinentia (453) perſonarum ex eo proveniens, quod una deſcendit ab altera, vel ambæ ab eadem: vel conſanguinitas eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, carnali propagatione contractum. Et dicitur conſanguinitas, quaſi ſanguinis unitas, quia ſcilicet conſanguinei de communi ſanguine deſcendunt. Affinitas *i*) quædam perſonarum proximitas (454) ex coitu proveniens: (455) ex eo dicta, quaſi duorum ſit ad unum finem unitas. Cum enim duæ cognationes diverſæ per aliquorum copulam conjunguntur, alter ad alterius cognationis, quaſi quosdam fines accedere videtur.

h) Add. ad Arb. conſanguin. in 6. in declar.

i) in declar. Arb. affin.

Affi-

ad §. 8.

Alius ſignificatus conſanguinitatis. (453) Hoc vocabulum latius accipitur in jure Canonico, quam in jure Civili. In jure civili conſanguinei ſunt fratres ſororesque ex eodem patre, tametſi diverſis matribus nati. Conſanguinitas ergo fraternitatem tantum denotat. At jure canonico generaliter accipitur pro cognatione omni & jure ſanguinis. Z.

Alia Affinitatis definitio. Qualis commixtio eam conſtituat; (454) Clarius: Affinitas eſt jus neceſſitudinis, quo devincti inter ſe ſunt Uxor & cognati mariti, & contra maritus & cognati Uxoris. Coitum autem requirunt Canoniſtæ, & quidem perfectum per quem ſemen Viri in vas fœminæ naturale ad generandum mittitur, nec ſufficere volunt violationem virginitatis, nec quamlibet aliam turpitudinem. Martin. Azpilcuet. Navarr. *tom. 3. cap. 22. n. 42.* Nos hac de re diſquirere nunc nolumus, ſed obſcœnas iſtas quæſtiones Canoniſtis diſcutiendas relinquimus; putamus tamen, impediendo matrimonio, ex cauſa affinitatis, quamvis illicitam commixtionem ſufficere. Z.

Singularis ſententia (455) In controverſia de divortio Henrici VIII. Regis Angliæ,

Affinitas & conſanguinitas contrahitur etiam ex damnato coitu.

§. 9. Nec *k*) intererit, quod ad conſanguinitatem, vel affinitatem contrahendam, (456) ex juſtis nuptiis aliqui an ex damnato coitu invicem copulati fuerint.

k) in decl. Arb. affin. in 6. C. ſuper eo de conſ. & aff. c. nec eam 35. q. 3.

Hodie matrimonia uſque ad quartum gradum incluſive ſunt prohibita, & de facto contracta temporis curſu non validantur.

§. 10.

---

gliæ, Advocati Regis inter alia defendere voluerunt; Affinitatem oriri ex ſolo contractu matrimonii. *Quid enim eſt affinitas?* inquiebant, referente Burneto *Hiſt. Reform. Eccleſ. Anglic. lib. 2. p. 152. Eſt attinentia quæ oritur ex matrimonio: Cum vero matrimonium ſit ſacramentum, tota ejus eſſentia conſiſtit in contractu. Nam ſi quis, qui ſacrum ordinem recepit, characterem habet, quamvis nunquam conſecravit ſacramentum cœnæ, rationi pariter non repugnat, quod matrimonium ſit perfectum per contractum, etſi nondum ſit conſummatum. Quinimo conſummatio ſaltem pars neceſſaria matrimonii facta fuit, poſtquam Canoniſtæ id docuerunt. Quis defenderet, Adamum & Evam non fuiſſe ante hanc conſummationem veros conjuges, cum conſummatio potius ſit ſequela, quam pars eſſentialis matrimonii &c.* Sed hæc quidem doctrina nec principiis juris Moſaici, nec Juſtinianei nec Canonici, nec morum hodiernorum inter Proteſtantes convenit. T.

quod affinitas per ſolum contractum matrimonii oriatur.

ad §. 9.

(456) Hoc etiam de jure civili obtinet. Nec enim ob aliam cauſam, quam ob affinitatem prohibetur filius patris ſui concubinam Uxorem ducere, *l. 4. C. de nupt.* aut in concubinatu habere *l. 1. §. 3. ff. de concubin. Conf.* Andr. Rauchbar. *p. 2. q. 13.* Sig. Scaccia *de judic. l. 2. c. 2. n. 563.* Mozz. *de matrim. c. ult. n. 41.* Matth. Berlich. *p. 4. concl. 35. n. 27. 28.* Sic igitur ex ſtupro affinitas contrahitur ex parte Viri cum cognatis ſtupratæ mulieris, ex parte mulieris cum cognatis ſtupratoris. Z.

Affinitas ex conjunctione etiam illegitima.

ad

§. 10. Conſtitutum igitur (457) erat olim, ut quicun-

---

ad §. 10.

Caput 18. Levitici an ſit juris naturalis?

(457) I. In definiendis limitibus & determinandis gradibus conſanguinitatis & affinitatis, quousque illicita debeant eſſe conjugia, ad jus naturale, quod ex jure divino maxime addiſcitur, reſpiciendum eſt. Sunt vero, qui jure naturæ prohibita eſſe dicunt ſola matrimonia in primo gradu lineæ rectæ, non vero in reliquis ejusdem lineæ, neque in primo lineæ transverſalis. Cui addunt alii, ſolis parentibus immediatis deberi per ſe honorem & reverentiam, avis & proavis non deberi per ſe ordine naturali, etſi debeatur in ordine politico & ex diſpoſitione juris. Ex quibus conficiunt porro, Sodomiticam conjunctionem in primo ſolum gradu eſſe inceſtuoſam. Vid. Thom. Hurtad. *tr. 1. reſol. 28. n. 299. ſeq.* Perperam hæc omnia, & inſigni cum impietate dicuntur. Morale eſſe & jure naturali conforme totum caput decimum octavum Levitici, jam diu oſtenderunt Theologi. Et ſi gradus illic prohibiti non pertinerent ad prohibitiones juris naturæ, quare terra habitatores ſuos evomuiſſe diceretur ob violatos illos gradus? Evomitio enim iſta, ex conceſſione Cornelii a Lapide & aliorum, eſt ſupplicium malefici contra ipſum jus terræ & naturalem inſtinctum peccantis. Z.

Quæſtiones huc pertinentes hodie controverſæ.

II. Iſta quidem, dum hæc ſcriberet Zieglerus, erat communis ſententia Proteſtantium. Hodie vero circa tres quæſtiones huc pertinentes non amplius conveniunt. 1) An prohibitiones Levitici 18. ſint prohibitiones juris naturalis an juris poſitivi, ſed tamen univerſalis? 2) An prohibitio pertineat etiam ad perſonas ibi non nominatas, quæ ſunt ejusdem gradus? 3) An hæ prohibitiones impediant ſaltem matrimonia non contrahenda, an vero reſcindant etiam contracta? Latius de illis agit B. Strykius *de diſſenſu ſponſalitio ſect. 5. §. 15. usque ad §. 29.* in quæſtione 1. poſteriorem ſententiam defendens, quæſtionem 2. negans, in tertia iterum pro poſteriore ſententia pugnans. Locus prolixior eſt, quam ut hic poſſit integer apponi,

Digitized by Google

cunque vel ſeptimo (458) conſanguinitatis, ſive affinitatis gradu (459) ſeſe invicem contingerent, legitimas nuptias contrahere non poſſent: quod ipſum non ſolum in primo, verum etiam in ſecundo & tertio affi-

ni. Cæterum quoad quæſtionem primam præjudicialis quæſtio eſt, an detur lex divina poſitiva univerſalis? Ego quidem operam dedi, ut eam ſtabilirem *in Inſt. juris divini lib. 1.* ſed in ſecundis curis deprehendi, ejus exiſtentiam infirmis niti rationibus. *vid. obſerv. ſelect. Hallenſ. Tom. 6. Obſ. 27.* ubi etiam *§. 51. ſeq.* reſpondi ad objectionem Ziegleri de extirpatione gentium ob iſtas abominationes, cum qua reſponſione mea confer B. Strykii reſponſiones *d. l. §. 17.* Cæterum quæ mea circa illas tres quæſtiones fuerit & nunc ſit ſententia, patebit ex collatione eorum quæ docui *in Inſt. Jurisprud. divinæ lib. 3. cap. 2. & 3.* cum *cap. 2. & 3. lib. 3. Fundam. Juris Nat. & Gent.* T.

(458) I. Secundum computationem Juris Canonici. Ea enim, cum de nuptiis quæritur, licitæ ſint nec ne, ideo obſervatur, quia ejus rei cognitionem, quæ olim erat principum vel populi, Pontifices ſuam fecere conniventibus Principibus, uti notat Cujacius *ad rubr. tit. X. de conſang. & affin.* E diverſo quia cognitionem de hereditatibus vel tutelis proximis cognatis deferendis Pontifices non uſurparunt, manſit in illis computatio juris civilis. Et erudite ibidem obſervat Cujacius, rationem computandi jure Pontificio receptam, non ita vetuſtam eſſe, nec antecedere tempora Gregorii I. & Zachariæ Pontificum. Z. *Computatio graduum civilis & canonica.*

II. Sed & hic facile ſubodorari poteſt, prohibitiones has non alium in finem factas eſſe, quam ad ſtrictius ſub jugum mittendos Laicos & pecunia in impetratione diſpenſationum emungendos. T. *Arcanum Politicum hic latens.*

(459) Jure civili gradus affinitatis nulli ſunt, *l. 4. §. 5. ff. de grad. & affin.* Gradus enim proveniunt ex generatione *§. 7. Inſt. eod.* Affines autem ab affinibus non generantur, ſed cauſa & fundamentum affinitatis in novis conſiſtit nuptiis, *d. l. 4. §. 3. ff. de grad.* Obtinuit tamen jure Canonico aliqua graduum affinitatis computa- *Quid ſint gradus affinitatis.*

affinitatis genere: (460) ſibi locum vendicabat: nec ſoboles ex ſecundo matrimonio ſuſcepta, cognationi præmortui viri copulari poterat. Sed cum hujuſmodi prohibitiones difficultatem frequenter inducerent, & aliquan-

tio, quod affinitas ſimulacrum quoddam conſanguinitatis videretur. Et hinc igitur per modum derivationis ex ratione & gradibus cognationis conſtituuntur gradus affinitatis; ex ſe ſolis & per ſe non ſubſiſtunt. Imo nec conſiderari poſſunt ſine reſpectu ad cognationem. Norma enim computandi talis eſt; *Quoto gradu cognati conjugum jure conſanguinitatis junguntur eorum uni, eodem gradu jure affinitatis jungi intelliguntur alteri.* Z.

Irrationabilitas trium generum affinitatis.

(460) I. Etiam hæc genera ſunt inventum juris Pontificii, quæ tamen quot numero ſint, niſi per canones definitum jam eſſet, dubitari adhuc non ſine ratione poſſet. Cum enim affinitas non propagatione, ſed duorum in unam carnem unione contrahatur, unio autem ſucceſſive mortuis prioribus alternatim perſonis, in infinitum multiplicari queat, videri hinc poſſet, in infinitum etiam produci affinitates. Subſtiterunt tamen Pontifices in numero ternario, nec affinitatem ultra tria genera extendi voluerunt. Quin & poſterioribus temporibus ſecundum & tertium genus temere excogitatum abrogarunt, eo quod, qui Uxori non ſunt conſanguinei, marito inepte dicerentur affines, & contra, ac proinde non prohibetur quis Uxorem ducere eam, quæ fratri Uxoris ſuæ quondam nupta fuit, *c. 8. X. de conſang. & aff.* Did. Covarruv. *de matrim. part. 2. c 6. §. 7. num. 6.* Z.

Arcanum Politicum.

II. Hæc impedimenta ſunt excogitata ad multiplicandas diſpenſationes Pontificias. David potuit habere in conjugio uxores Saulis, quæ fuerant Conjugis ſuæ novercæ, ex iſta regula quod affinis affinis mei non ſit affinis meus. Arceor quidem a conſanguineis meæ conjugis cum qua unum ſum, ſed non ab illius affinibus. M *p. 193.*

Conjugium cum vitrici vidua.

III. Unde patet, etſi in terris principum proteſtantium conjugium privigni cum vitrici vidua adductum *l. 15. ff. de Ritu nuptiarum* pro-

Digitized by Google

aliquando periculum parerent animarum, evidenti utilitate ſuadente, hujusmodi conſtitutiones abrogatæ fuerunt, *l*) ſancitumque, ut prohibitio copulæ conjugalis quartum (461) conſanguinitatis gradum primi dun-

l) *can. non debet de conſan. & affin.*

---

prohibitum ſit, diſpenſationi tamen hic eſſe locum, cum ſit ſaltem affinitas in ſecundo genere. Reſponſum pro hac ſententia vide apud Stryk. *ad Brunnem. jus Eccleſ. p. 635. ſeq.* T.

(461) I. Mutatio hæc facta eſt in Concilio Lateranenſi habito ſub Innocentio III. anno Chriſti M CCXV. Cujacius vero ad *cap. penult. X. de conſang. & affin.* putat iſtam mutationem valde levem eſſe; Veteres enim, qui nuptias prohibuerunt usque ad ſeptimum gradum cognationis, eam computaſſe, ut juris civilis auctores; eisque hominibus ſimplicioribus hanc mentem fuiſſe, ut quem finem leges dederant cognationi (dederant autem ſeptimo gradui, quia nec ultra eum gradum fere rerum natura vitam cognatorum conſiſtere patitur) eundem finem imponerent prohibitioni nuptiarum. Per Lateranenſe igitur Concilium, quod gradus longe aliter numeravit, non valde coanguſtatam eſſe prohibitionem nuptiarum, neque enim tres gradus detractos eſſe, ſed unum tantum. Circa hanc Cujacii ſententiam non diſputabo, utrum veteres, qui ad ſeptimum gradum nuptias primum prohibuerunt, juris civilis computationem ſecuti fuerint; Id tamen certum eſt, ante Lateranenſe concilium, quod ſub Innocentio III. habitum eſt, prohibitionem usque ad ſeptimum gradum intellectam fuiſſe ſecundum computationem Canonicam. Diſertus ea de re habetur textus *in c. ad ſedem 35. q. 5.* ubi Alexander II. quæſtionem, quam a quibusdam legum & canonum imperitis excitatam dicit, utrum videlicet legum, an vero canonum computatio in tali prohibitione intelligi & adplicari debeat, ex ſynodo itidem Lateranenſi a ſe habita deciſam proponit, & computationem canonicam magno verborum apparatu adſtruit. Papatum autem tenuit Alexander II. circa annum MLXIII. Innocentius III. vero circa annum MCCXV. ut adeo

An mutatio hæc ſit magni momenti, inepta ratio cur quatuor gradus ſint prohibiti.

Digitized by Google

m) c. fin. eod. duntaxat generis (462) non excedat. Vir *m*) igitur, qui

adeo intermedio iſto tempore, quod ab Alexandro ſancitum fuit, obſervatum & uſu receptum videatur. Nec ergo dici poteſt, unum tantum gradum per Innocentii concilium detractum fuiſſe, (imo nec unus quidem detractus eſſet, cum ſobrini ſui filiam, quæ ſecundum legalem computationem in ſeptimo gradu, ſecundum canonicam vero in quarto gradu juncta eſt, ducere uxorem adhuc prohibitum ſit) ſed revera tres ultimi gradus revocati ſunt, uti dicitur *c. 3. X. de clandeſtin. deſponſ.* Quod autem ad quartum usque gradum incluſive reſtricta ſit prohibitio, feſtiva admodum a Pontifice adducitur ratio, *c. 8. X. de conſang. & affin.* quia ſcil. quatuor ſunt humores in corpore, qui conſtant ex quatuor Elementis, cur non etiam, quia quatuor ſunt mundi plagæ & cardines? Et tamen iſtam rationem defendit Bellarminus *de matrimon. c. 29.* Cæterum, quæ Pontifici Romano in jure Canonico adſcribitur poteſtas reſtringendi aut ampliandi gradus, eam nos tribuimus in quavis Rep. illi, qui τὸ κύριον tenet, dummodo hoc obſervet, ut ne quid mutet in gradibus lege divina prohibitis; in illis enim nihil quicquam Principi licet, & nec Pontifici quiden ut maxime hoc temere jactiret. Carpzov. *in Jp. Conſiſt. lib. 2. def. 106.* Z.

Arcanum Politicum hujus etiam mutationis. II. Id tamen conſtat, etiam hanc reſtrictionem Canonum ad quartum gradum ſub gravi jugo adhuc retinuiſſe Laicos, & ſatis amplam reliquiſſe pontificibus occaſionem, magnas pecuniæ ſummas acquirendi, cum potiſſimum inter principes rari dentur caſus, ubi ſponſus cum ſponſa non ſit conſanguineus vel affinis in quarto gradu ſecundum computationem Canonicam. Et vix dantur caſus, ubi cognatio & affinitas ultra quartum gradum, potiſſimum intuitu privatorum, probari poteſt. Ergo emendando & reſtringendo antiquas prohibitiones Pontifices in effectu nihil vel certe parum remiſerunt de jure ſuo, ſed fictitia hac benignitate Laicos deceperunt. T.

Emendatio. Exiguus uſus doctrinæ de (462) Hæc verba non poſſunt referri ad conſanguinitatem, cujus hic tanrum ſit mentio, ſed affinitatis modum reſpiciunt, cujus ſcilicet

qui a ſtipite quarto gradu, & mulier, quæ ex alio latere diſtat quinto, licite conjungi poterunt. Alias ſi propiore gradu ſeſe invicem contingant, temere contractum matrimonium adeo erit irritum, (463) quod nullo poterit annorum numero defendi.

Infideles intra quartum gradum conjuncti, ſi convertantur, non ſunt ſeparandi, & eorum proles eſt legitima.

§. II. Si tamen infideles, *n*) qui ſecundum veteris, vel propriæ legis inſtituta, circa gradus conſanguinitatis, vel affinitatis a Canonibus notatos, conjuncti ſunt, Domino inſpirante converſi fuerint, matrimonium antea contractum non erit poſt baptiſmi lavacrum irritan-

n) *c. de infidelib. de conſang. & affin. c. gaudemus in pr. de divort.*

cet ſecundum & tertium genus nuptiis amplius impedimento non eſt. *c. non debet X. de conſang. & aff.* Unde diſtinctionem illam plurium affinitatis generum tantummodo propter canones antiquos docendi & perſpicuitatis cauſa tolerari, cæteroqui exiguum ejus eſſe uſum, ſcribit Bachovius *not. ad Treutl. vol. 2. diſp. 6. th. 3. lit. B.* Z. *generibus affinitatis.*

(463) Hoc non dicitur in *cap. penult. X. de conſang. & aff.* unde hæc verba deſumpta ſunt. Et quorſum alias prodeſſet Pontificis diſpenſandi poteſtas toties jactata? ſi ex poſtfacto ille ſubvenire nolit. Concedimus tamen, cognationem naturalem in gradibus jure divino prohibitis impedimentum eſſe matrimonii, & contrahendum impediens & contractum dirimens. Vid. Gerhard. *de conjug. num. 649.* imo non tam dirimit matrimonium, quam negat formam matrimonio, ut plane non ſit matrimonium, quanquam non deſint, qui cum Joachimo a Beuſt. *tract. de jur. connub. part. 3. n. 52.* putent, remotiores gradus Levitici, ſi qui ex errore vel ignorantia intra illos jam coierunt, non impedire, ut ſit matrimonium, eo quod ſingulis non videatur capitis pœna impoſita. Tutius tamen eſt, contrariam tenere *Quaſtiones affines.*

tandum (464) cum per ſacramentum baptiſmi non ſolvantur conjugia, (465) ſed crimina dimittantur. Unde & proles inde nata legitima cenſebitur.

Propinquitas viri reputatur uxoris, & propinquitas uxoris reputatur viri.

*) *c. æqualiter. cum duob. ſeq. 35. q. 3.* §. 12. Admonendi etiam ſumus,*) perinde virum a conſanguineis & propinquis uxoris abſtinere debere,& uxorem a propinquis viri,atque a propriis. Hujus autem rei manifeſta ratio illa eſt,quia,ſi ſecundum divi-

ſententiam, cum de lege nemo plane, niſi qui eam dedit, diſpenſare poſſit, Atque hinc neque cum illis facere poſſum, qui putant, in caſu ignorantiæ, ubi uterque conjugum ignorat iſtud impedimentum, neque a Confeſſore quidem id eis manifeſtari debere, ſed eos potius in ſua ignorantia relinquendos eſſe. Thom, Sanchez. *l, 1. de matrim. diſp.28. n, 6.&7.* Z, Repete *notam 457 ſect. 2,*

ad §, 11,

objectio. (464) Matrimonium iſtud ſi in gradibus lege divina prohibitis ſubſiſtat, contraria ſententia verior eſt, irritandum ſcilicet eſſe iſtud matrimonium, cum nemini inter mortales tanta competat poteſtas, ut, quod irritum eſſe voluit DEUS, ipſe validum reddere queat. Et inprimis notandum, quod capitis ſupplicio gradus prohibitos DEUS muniverit, Quæ igitur commixtiones jure divino ſub capitis pœna interdictæ ſunt, nunquam fiunt matrimonia, nec licita nec valida: quantacunque etiam humana diſpenſatio accedat; ſed ſunt pertinaces inceſtus, Z, Repete *dicta nota 457,*

alia. (465) Sed nec validantur. Et remittuntur quidem per baptiſmum crimina, ſi ab eis deſiſtatur, non ſi ea continuentur, Manet enim in permanenti & perpetuo crimine, qui in matrimonio vivit inceſtuoſo. Z.

ad

divinam ſententiam ego & uxor mea una caro(466) ſumus,

ad §. 12.

(466) I. Hæc ratio ſola non videtur ſufficere, niſi quatenus affinitas per copulam carnalem jam conſummata eſt. Una caro enim fiunt conjuges demum per copulam. At vero affinitas etiam per ſponſalia contrahitur, propterea, quia inter perſonas deſponſatas per fidem conjugalem matrimonium jam inchoatum eſt, & in hoc ſcilicet juſtitia publicæ honeſtatis attenditur. Z. *Objectio Ziegleri de affinitate per ſponſalia contracta.*

II. Verum Zieglerus oblitus eſt eorum, quæ ipſe ſupra *ad §. 16. tituli præcedentis nota 428.* de fictitia illa juſtitia publicæ honeſtatis a Jure Canonico inventa notaverat. Deinde jam notavimus *nota 455.* illam hypotheſin de affinitate per ſponſalia ſola aut promiſſionem matrimonii contracta repugnare principiis omnis juris, ut mirer, virum celeberrimum in hunc errorem incidere potuiſſe. Video equidem, quod, dum hæc ſcriberet, reſpexerit ad ea quæ Juſtinianus in inſtitutionibus docuit §. 9. *de nuptiis, nec ſponſam filii nurum eſſe, nec patris ſponſam novercam eſſe, rectius tamen & jure facturos eos, qui ab ejusmodi nuptiis abſtinuerint.* Sed propterea tamen non ſtatuendum erat, affinitatem per ſponſalia contrahi. Nam recte notat Hoppius ad *d. §. 9. Sponſa filii nurus non eſt, quia nudis ſponſalibus non contrahitur vera affinitas: ſed illa demum ex conjunctione carnis oritur*; c. 18. XXVII. q. 2. *Eſt tamen talis in ſpe, atque ſic imperfecte qua ratione vocatur nurus in* L. 6. & 8. ff. de Gradib. L. 4. ff. Ad L. Pompej. de Parricid. Porto quamvis Dd. etiam in explicando *d. § 9.* ſoleant provocare ad publicam honeſtatem, non tamen eam in illo tertio quærunt, quod ſponſalia contracta ſint cum cognato, aut quod affinitas ex his ſponſalibus orta ſit, ſed quod incertum ſit, annon ſponſus cum ſponſa ad conjunctionem carnis pervenerit. Ita enim pergit Hoppius *ibid.* in exponenda ratione cur rectius ab ejusmodi nuptiis abſtineatur. *Propter honeſtatem ſcilicet publicam, in nuptiis contrahendis in primis atten-* *Ad quam triplicicer reſpondetur.*

†) *c. fin. in medio de bigamis.* ſumus, †) profecto mihi & illi mea ſuaque cognatio una propinquitas efficitur. (467) Quocirca ego & ſoror meæ uxoris in uno & primo gradu erimus, filius vero ejus in ſecundo gradu erit a me, nepos tertio, & ſic deinceps. Uxorem vero propinqui, cujuſcunque gradus ſit, ita me oportet attendere, quemadmodum ſi ejusdem gradus fœmina propriæ propinquitatis exiſtat: (468) quod nimirum & uxori meæ de propinquitate mea, in cunctis cognationis gradibus convenit obſervare.

Conjuncti uxoris non impediuntur matrimonium contrahere cum conjunctis viri.

§. 13. Quanquam autem omnes conſanguinei viri, *) uxoris ſint affines, inter conſanguineos tamen uxoris & viri nulla intelligitur eſſe affinitas contracta,

*) *c. quod ſuper de conſangu. & affin.*

---

tentendam, L. 42. ff. h. t. *Inducunt ergo Sponſalia proximorum impedimentum nuptiarum Civile, non naturale. Hinc diſpenſatio hic fieri poteſt a ſuperiori, ut tamen, ſi crebra Sponſi cum Sponſa intervenerit converſatio, & incertum ſit, ad quam amoris lineam pervenerint, juramentum purgationis injungatur illi, qui diſpenſationem petit: nullam corporum conjunctionem interceſſiſſe.* Carpz. d. L. 2. def. 121. & 122. T.

Explicatio. (467) Obſcura hæc eſt ſententia. Senſus hic eſt: cognatos Uxoris mihi, & meos cognatos Uxori fieri propinquos. Utriusque autem cognatio non fit una inter ſe propinquitas, uti ex ſequente paragrapho patebit. Z.

Alia. (468) Eodem ſcilicet gradu, quo quis cognatus eſt marito, fit Uxori affinis & quaſi cognatus: & ex contrario, quo gradu quis uxori cognatus eſt, eodem fit affinis & quaſi conſanguineus marito. Z.

ad

ſta,(469)propter quam inter eos matrimonium debeat impediri. Pater igitur & filius cum matre & filia,item duo cognati cum duabus cognatis, licite contrahere poterunt. (470)

Qui cognovit conſanguineam uxoris ſuæ,non poteſt debitum petere, licet reddere teneatur, & uxori ſuperſtes, carebit ſpe conjugis.

§. 14. Si o) quis autem contracto matrimonio, conſanguineam uxoris ſuæ cognoverit: utputa, ſi vitricus privignam, vel maritus ſororem propriæ uxoris adulteraverit, matrimonium quidem antea contractum non dirimitur: (471) ſed qui ſe ita contra leges alte-

o) c. tranſmiſſæ de eo qui cogn. conſang.

ad §. 13.

(469) Quia ſcilicet maritus & Uxor fiunt per copulam carnalem una caro, non autem utriusque cognati fiunt inter ſe una caro, aut ſi in nudis ſponſalibus ſubſiſtimus, ſponſus & ſponſa ſibi invicem, quod fieri velint una caro promittunt, id vero non promittunt utriusque cognati. Et hinc JCti illud Modeſtini *in l. 4. §. 3. ff. de gradib.* dum ait, *affines ideo dici, quod inter duas cognationes altera ad alterius finem accedat,* illuſtrant exemplo agrorum confinium. Ut enim ager meus non toti agro vicini mei eſt affinis, ſed fini tantum & extremitati ejus: ita cognatio mea non toti cognationi Uxoris meæ eſt affinis, ſed fini tantum ejus, i. e. Uxori meæ, & contra. Z.

Cur cognati affinium non ſint affines.

(470) Nec enim filia meæ Uxoris ex alio marito, fillo meo ex alia Uxore affinis eſt, etiamſi fratrem communem ex novo noſtro matrimonio ſuſceptum habeant, *l. 34. §. 2. ff. de R. N.* nec conſoceri quoque, i. e. pater mariti, & mater Uxoris inter ſe ſunt affines. Z.

Declaratio ulterior.

ad §. 14.

(471) Aliud ſentit Zacharias Papa *c. concubuiſti 32. q. 7.* ubi uxori innocenti poteſtatem dat nubendi, cui velit. Et ſane, ut ſupra dixi-

Inconſtantia juris Canonici de parte innocente.

alteri commiſcuit, a conjuge nunquam debitum petere poterit, (472) nec cum aliqua legitimas unquam nuptias contrahere, licet propriæ uxori ſupervixerit. (473)

Uxor, cujus conſanguinea a proprio viro cognita eſt, monenda eſt, non cogenda ad continentiam.

§. 15. Uxor quoque, cujus conſanguinea a proprio marito fuit cognita, diligenter eſt commonenda, ut a commixtione viri abſtineat, *p*) & in continentia maneat, donec vir viam univerſæ carnis ingreſſus fuerit. (474)

p) *c. pen. & fin. de eo qui cogn. conſang.*

diximus, ex mente & explicatione Salvatoris noſtri contra juris Canonici placita tenendum eſt, per adulterium, etiam ſimplex & non conjunctum cum inceſtu, ſolvi matrimonium quoad ipſum vinculum, ita ut integrum ſit parti innocenti aliud inire matrimonium. Si tamen poſt commiſſum adulterium inter partes copula carnalis repetita fuerit, dum tamen pars innocens adulterium commiſſum non ignoraverit, reconciliatio facta, & noviter conſenſus in matrimonium utrinque datus, matrimoniumque ipſum redintegratum cenſetur. Z. Sed hæc obſervatio pertinet magis ad § ſeq.

Objectio. (472) Reddere tamen id poteſt & debet, ſi provocatus fuerit & requiſitus, & tunc ad ipſam non ſine gravi cordis dolore accedat, uti habetur *c. X. de eo qui cognov. conſ.* Sed enim non ſatis congrua hæc videtur eſſe pœna, nec bene conveniunt, adſtruere matrimonium, & in eo tamen deſtruere jus mariti. Z.

Alia. (473) Valde id durum eſt, uſtionibus, quæ abeſſe vix poſſunt, omnem denegare extinctionem. Quin potius facimus cum Gerhardo *de conjug num 622.* & in tali caſu, ubi continere inceſtuoſus amplius non poteſt, ſub certis conditionibus, quæ ibi latius explicantur, poteſtatem ei damus ineundi novum matrimonium. Z.

ad

(474) Quod ſi forte monitionibus parere recuſans, talis ſuerit, ut de lapſu ipſius probabiliter timeri poſſit, vir ejus & poterit & debebit debitum ſibi ſolvere conjugale: cum *q*) affinitas poſt matrimonium inique contracta, illi nocere non debeat, quæ iniquitatis particeps non exiſtit.

Subſequens affinitas non dirimit matrimonium, ſed præcedens legitime probata.

q) c. diſcretionem. in fin. & c. pen. d. tit.

§. 16. Ergo præcedens affinitas, non ſubſequens dirimit (475) matrimonium. Sed nec id quidem indiſtincte obtinet: nam *r*) etſi utriusque conjugum conſtet aſſertione, acclamante etiam vicinia, quod conjugatus ante contractum matrimonium uxoris ſuæ conſanguineam cognoverit, propterea conjuges ſeparari non debent: nec enim talis confeſſio momentum habere debet, cum alioqui facile fieri poſſit, ut quicunque inter ſe contra matrimonium velint colludere, ad confeſſio-

r) cap. ſuper eo de eo qui cogn. conſang.

ad §. 15.

(474) At iniquum plane eſt, ut pars innocens privetur ſuo debito, culpa partis fœdifragæ quoquo modo contracta; quod & agnoſcit in fine hujus paragraphi autor. Et cur vero ipſa abſtinere debeat, cum matrimonium inceſtu prius fuerit, atque id nulla ſua culpa violatum. Z.

Nova objectio.

ad §. 16.

(475) I. Affinitas per fornicationem contracta, ut ſi quis duceret ſororem Titiæ, quam Titiam antea polluerat per ſtuprum vel adulterium, non eſt cauſa privativa dirimens matrimonium jam contractum, ſed eſt cauſa negativa prohibens, ne inter tales exiſtere poſſit matrimonium. Z.

Diſtinctio inter impedimentum & reſciſſionem matrimonii.

II. Sed hæc objectio non ferit Canoniſtas. Notum enim eſt quod

Sed ea hic non opus.

feſſionem inceſtus facile proſiliant, ſi ſuæ aſſertioni eccleſiæ judicium acceſſurum credant. (476) Rumor autem viciniæ non eſt adeo judicandus validus, ut, niſi fide dignæ probationes accedant, poſſit rite contractum matrimonium irritare.

DE

quod vox *diremtionis* & *reſciſſionis* etiam prædicetur de iſtis negotiis, quæ nulla ſunt aut nulla declarantur, *arg. rubricæ de ſent. quæ ſine appellat. reſcinduntur.* Atque ita etiam uſurpaſſe Lancelottum vocem diremtionis docet rubrica tituli 12. *quæ matrimonium IMPEDIRE poſſunt*, cujus contenta in præſente titulo continuantur. Ita enim incipit Lancelottus §. 1. *h. t. Multo magis cognatio matrimonio interdum eſt IMPEDIMENTO.* T.

Favor matrimonii. (476) I. Multum facit confeſſio utriusque partis in judicio, multum etiam teſtimonium vicinæ, niſi favor rei repugnet. Dornſperg. *in ſyntagm. jur. lib. 1. c. 4. n. 11.* Contra matrimonium igitur, cujus favor ſemper eſt maximus, ſi tales probationes obveniant, cautus omnino & circumſpectus debet eſſe judex, ne promiſcue omnibus credat, cum fieri poſſit, ut ex colluſione naſcantur, qua ſcilicet id agitur, ut divortii cauſa inſtruatur. Si tamen pateat, utrumque velle matrimonium valere, & uterque nihilominus impedimentum dirimens confiteatur, concurrente fama vel tertio accuſante, videtur ſufficere iſta confeſſio ad diſſolutionem. Vid. H. Zoeſ. *ad decretal. tit. qui matrim. accuſ. poſſ. num. 9.* Z.

Plura de favore & honore matrimonii ex ſententia communi monſtratum. II. Cauſam matrimonii eſſe favorabilem non hic ſaltem ſed & alibi jam Zieglerus notavit. Vide ſupra *not. 276. 277.* Et nullum eſt dubium, ſententiam hanc communiter a noſtratibus etiam eſſe receptam, qui in definiendis controverſiis matrimonialibus non ſolum ſæpius ad FAVOREM, ſed etiam ad HONOREM, matrimonii provocare ſolent, ut quando v. g. ſtatuunt, matrimonia in Levitico prohibita nullo modo quidem eſſe permittenda a Principibus Evangelicis, ſi tamen ſint conſummata, non eſſe eadem reſcindenda, in HO-

NO-

NOREM videlicet matrimonii. Conf. Strykium *de diſſenſu ſponſalitio ſect. 5. §. 23. in fine.* Fundatur autem hæc ſententia expreſſe in *cap. fin. de ſententia & re judicat.* ubi Pontifex conſtituit, in dubio valere debere ſententiam pro reo latam, niſi cauſa ſit favorabilis, tum enim prævalere debere ſententiam latam pro actore, & dum exempla cauſarum favorabilium affert, primo loco nominat matrimoniales. Confer Tellez *T. IV. ad decretales p. 59.* Neque auſi ſunt JCti, quod ſciam, contra hanc ſententiam hiſcere, donec glaciem fregerit B. Strykius pater *de diſſenſu ſponſalitio ſect. 5. §. 25.* ubi inter alia ſic differit. *Dum vero ad jus Pontificium & ad matrimonii HONOREM ac FAVOREM toties provocant, deſperatam cauſam ſuam ſatis ſuperque probant. &c. Concedo quoque, eſſe non levem matrimonii honorem ac favorem, utpote quod Deus ſuo favore & benedictione non dedignatus eſt: ſed hoc de matrimonio juſto ac legitimo, & Dei voluntati non adverſo, intelligendum. Unde enim favor matrimonio? Ab inſtitutione & benedictione divina. Quodſi autem contra inſtitutionem & legem divinam contractum, ceſſabit benedictio, ceſſabit favor, ni favere velimus ei, quem DEus odio habet. quod abſit. Cur ergo diſſentientes omnes ita ad favorem matrimonii confugiunt? Hic latet anguis in herba. Scilicet Pontificii, dum non permittunt, ut dirimatur matrimonium, veniam merentur: nam agunt ex ratione ſuæ religionis, dum Matrimonium inter ſacramenta numerant, hæc autem nullo modo irritanda aſſerunt & hinc neque divortium totale ob adulterium permittunt, ne ſacramentum matrimonii reſcindatur. Noſtræ vero religionis Theologi & JCti nullam merentur excuſationem, utpote qui expreſſe iſtud principium rejiciunt, & damnant; concluſiones tamen, quæ ex hoc ſolo principio emanant, tam improvide retinent.* Plenius hanc materiam expoſuit B. Strykius filius *de Reliquiis Sacramenti in matrimonialibus cap. 3. § 44. p. 123. ſeq.* ubi 7. format ea de re regulas 1. Utplurimum ſub favore matrimonii latet ratio ſacramenti. 2. Matrimonium rite & juſte ſecundum inſtitutionem divinam contractum, magnum habet favorem, non tantum in foro poli, ſed etiam

Ejus fundamentum in jure Canonico.

Strykii patris cenſura hujus doctrinæ.

Strykii filii plenius examen ejusdem.

in foro ſoli. 3. Matrimonii injuſte contra leges divinas & humanas contracti nullus eſt favor. 4 Ubi nullum matrimonium, ibi nullus ejus favor. 5. Ubi non conſtat adeſſe matrimonium, ibi fruſtra provocatur ad favorem matrimonii. 6. Falſum eſt, in dubio ſemper pro matrimonio judicandum. 7. Nihil ob favorem matrimonii ſtatuendum eſt, cujus non præter favorem alia ratio dari poteſt. Tandem poſt explicationem ſingularum concludit, *p. 125. His regulis totum negotium confici, & de quacunque re, quæ ſub favore matrimonii venditur, tuto judicari poſſe confidimus. Quo pertinent ſententiæ illæ Doctorum, quod ſponſalia in dubio habenda ſint pro præſentibus; quod in matrimonialibus non habeat locum juramentum ſuppletorium; quod pro matrimonio ſufficiat unus teſtis & ſemiplena probatio: quod ſententia pro matrimonio lata non retractari poſſit, bene tamen ſi contra: quod illo caſu in rem judicatam tranſeat ſententia, non hoc; quod in cauſa matrimonii opinio unius Doctoris pro matrimonio, prævaleat opinioni communi, quæ eſt contra; & ejus generis alia, quæ a Dd. favore matrimonii aſſeruntur, quæ tamen omnia examinare nunc tempus & ſpatium non permittit.* Idem *cap. præced. 3. §. fin. p. 75.* de communi ſententia, ob favorem matrimonii, non valere delationem juramenti contra matrimonium, ſic philoſophatur. *Neque poſſum, quin & illius ſententiæ communis mentionem faciam qua Dd. in cauſis matrimonialibus non admittunt juramenti delationem, ſi id tendat contra matrimonium, ſcil. ineundum, nam de inito non eſt dubium. Caſus hic eſt: Mevia agit contra Titium ex cauſa promiſſi matrimonii, illa huic defert juramentum, quod Titius etiam præſtare paratus eſt; quæritur an ſit admittendus ad præſtationem? Negant communiter Dd. ex ratione, quia tendit contra matrimonium Carpzov.* Jurispr. Forenſ. part. 1. conſt. 12. def 30. & conſt. 22. def. 3 & Jurisprud. conſiſt. l. 2. def. 232. n. 6. & l. 3. d. 44. *Seiſer.* de juram. l. 4. c. 4. n. 7. *Borchold.* de jurejur. c. 5. n. 23. *Joach. a Beuſt.* de ſponſal. part. 1 c 58. *Quodſi in rationis rationes inquirimus, illæ ſunt potiores, quia matrimonium eſt indiſſolubile, & ita matrimonium jam contractum, ſcilicet in ſponſalibus de præſenti,*

Judex quæſtionum independentium.

in ſpecie de juramento contra matrimonium

DE CLANDESTINA DESPONSATIONE. (477)

TITULUS XIV.

Prohibentur matrimonia contrahi clandeſtine, ne poſtea oporteat illa diſſolvere.

§. 1.

ſenti, diſſolvi poſſet, ſi alter juraret; deinde quia conſenſu partium a ſponſalibus recedi nequit, & quia transactio etiam inter deſp nſatos non valet &c. quæ omnes rationes cum in primum principium, ſponſalia eſſe matrimonium, & matrimonium ſacramentum reſolvantur, quis non animadvertit, eſſe quoque hanc ſententiam ex reliquiis principii illius papiſtici? Quæ omnia fuſius demonſtrari poſſent, niſi jam ex ante dictis fluerent, quæ ſi forte alicui non ſufficerent, is conferre poteſt illa, quæ hac de re plenius diſſeruit Dn. Præſes ſpecial. diſſert. de Delat. juram in matrim. *ubi ex profeſſo hanc erroneam Doctorum ſententiam confutavit.* Porro cum formula illa apud nos etiam frequens ſit: zu ehren dem HEILIGEN Eheſtand/ varia etiam de denominatione SANCTI annotavit Idem *cap. 3. §. 18. ſeq.* T.

TIT. XIV.

(477) I. Dubitare licet, utrum rubrica hæc nigro reſpondeat. Agitur enim hic de matrimonio & nuptiis, non de ſponſalibus clandeſtinis, neque prohibitio clandeſtini matrimonii extendi debet ad clandeſtina ſponſalia, præſertim cum cauſam prohibitioni dederit adulteriorum frequentia, quæ in ſponſalibus non ita occurrebat H. Zoeſ. *ad h. t. Decretal. n. 5.* Sponſalia autem in Eccleſiis noſtris duplici modo clandeſtina fiunt & dicuntur. 1. ſtricte & proprie, quando nullis adhibitis teſtibus inter partes ſui juris contrahuntur, 2. late, quando a liberis ſine conſenſu parentum celebrantur, ut maxime plurimi adhibeantur teſtes. Z.

Deſponſationis vox male adhibita.

Sponſalia clandeſtina apud Proteſtantes.

II. Jam

§. I.

s) glo. in ſum. 30. q. 5. & can. ſi quis divinis §. his itaque diſt. 30. q. 5.

t) can. 2. 30. quæſt. 5.

NE *s*) tamen poſt ſecutam copulam & ſuſceptam prolem, detectis quibusdam impedimentis, non ſine gravi ſcandalo contracta matrimonia retractari oporteat, neve, ſi alter conjugum qui clam contraxerint, conjugium negaverit legitimis probationibus deficientibus, Judicis ſententia rite fuerit abſolutus, uterque aliis nubendo reatum incurrat adulterii, conſultiſſime conſtitutum eſt, *t*) ut nullus fidelium occulte nuptias contrahat. (478) Sed cum matrimonia contrahenda fu-

---

Quid h. l. deſponſatio denotet.

II. Jam ſupra *nota 362.* obſervavi, per deſponſationem in jure Canonico *h. t.* non denotari ſponſalia ſed contractum matrimonialem. Unde cadit ſua ſponte objectio Ziegleri. T.

ad §. I.

Explicatio juris Canonici.

(478) Repetendum tamen hic eſt ex *tit. 12. §. 11.* conjugia clandeſtina non eſſe quidem legitima, ſed tamen ante concilium Tridentinum vera matrimonia & rata, adeoque a Canoniſtis doceri, iis vim ſacramenti ineſſe. Ex hypotheſi videlicet, quod miniſter ſacramenti non ſit ſacerdos, ſed contrahentes. Vide ſupra *not. 254. n. 4.* Adde Sanchez *lib. 3. diſp. 1. 2. 17. 18.* Repetendum etiam ex ſupra dictis *ad tit. 2.* Jure Canonico ſaltem dari ſponſalia de futuro, non difficulter diſſolubilia, adeoque proprie, quæ nos vocamus ſponſalia de præſenti, eſſe ipſum matrimonii contractum, olim tempore non differentem a conſummatione.

Sententia ſingularis de diſtinctione noſtratium in ſponſalia publica & clandeſtina.

Strykius *d. diſſert. de relig. ſacram. cap. 2. §. 19. ſeq.* tractat de differentia inter ſponſalia publica & clandeſtina, & docet: ad ſponſalia publica parochi præſentiam requirere Pontificios, videlicet propter rationem ſacramenti: hinc clandeſtina ſponſalia eſſe invalida; Inde ortum eſſe, quod etiam apud nos parochus in ſponſalibus adhiberi ſoleat, & ſponſalia clandeſtina indiſtincte pro invalidis habeantur. Refutat inde Carpzo-

Carpzovii rationes pro nullitate ſponſaliorum, & obſervat, clandeſtina ſponſalia non convaleſcere in Saxonia ex contrahentium confeſſione, idque videri eſſe conſectarium ſacramenti, nec aliam rationem ſolidam dari poſſe. Porro pergit ad communem ſententiam, quod ſponſalia clandeſtina convalidentur concubitu, quæ iterum ex ratione Sacramenti profluxerit, examinatis eum in finem rationibus illius ſententiæ. Similiter communem ſententiam de reſcindendis ſponſalibus deficiente parentum conſenſu contractis, copula tamen carnali accedente non reſcindendis, docet male deductam eſſe ex ratione ſacramenti, refutatis rationibus pro ea adductis. Denique ex ratione ſacramenti etiam fluxiſſe ſententiam, quod ſponſalibus clandeſtinis publica præferantur &c. Uti vero ad noſtrum ſcopum non pertinet agere de reliquiis ſacramenti in ſententiis Doctorum Proteſtantium; ita tamen hac occaſione ſaltem pauca notamus. 1 Diſtinctionem noſtram inter ſponſalia clandeſtina & publica, non confundendam eſſe cum doctrina juris Canonici de clandeſtina deſponſatione per hactenus notata ad hunc titulum. 2. Deſponſationem clandeſtinam ſecundum Canoniſtas etiam haberi pro ſacramento, adeoque diſtinctionem inter deſponſationem clandeſtinam & legitimam non oriri ex ratione ſacramenti. 3. Non omnes aſſertiones, quæ apud Pontificios tanquam concluſiones ex hypotheſi de ſacramento matrimonii fuere deductæ propterea ſtatim eſſe rejiciendas, ſi eædem aſſertiones etiam ex aliis rationibus, ſepoſita quoque illa hypotheſi de ſacramento matrimonii, deduci queant. Ita ſupra Ziglerus in quæſtione de matrimonio ſervorum rejecta ratione ſacramenti aliam quæſivit. Vide *notam 352. 353.* Ita ſupra *nota 395.* oſtendi, Auguſtinum, polygamiæ prohibitionem deducere ex hypotheſi ſacramenti, propterea tamen polygamiæ prohibitio non eſt abroganda. Ita *nota 340.* oſtenſum, ſecundum doctrinam Pontificiorum parentum conſenſum ad nuptias liberorum neceſſario non requiri, ſecundum noſtrates tamen recte contrarium aſſeri per dicta *nota 355.* Etſi igitur quidam ex noſtratibus hanc poſteriorem aſſertionem deducerent ex ratione ſacramenti, tamen propterea ſepoſita illa hypotheſi, iſta aſſertio non ſtatim eſſet neganda. Sic denique quæ mores noſtri diſponunt de inefficacia

Obſervationes generales de ſimilibus controverſiis.

u) c. cum inhibitio. in prin. de clandeſt. deſponſ.

fuerint, *u)* per presbyterum proponantur publice, (479) competenti termino præfinito, intra quem qui voluerit, & valuerit, legitimum impedimentum opponat, & ut ipſe quoque presbyter (480) per ſe inveſtiget, utrum aliquod futuro matrimonio obſiſtat impedimentum.

Suſpenditur contractus matrimonii, donec extat præſumptio, quod non poſſit contrahi.

x) d. c. §. cum autem eod. tit.

§. 2. Cujus *x)* ſi apparuerit probabilis conjectura, contractus expreſſe interdicetur, (481) donec quid fieri debeat, manifeſtis conſtiterit documentis.

Nati

ſponſaliorum clandeſtinorum, propterea non ſunt rejicienda, etſi ex male intellectis textibus juris Canonici ea a quibusdam fuerit ex hypotheſi de matrimonii ſacramento derivata. Sufficit enim, quod ſubſint aliæ rationes: puta utilitas publica, conſervatio boni ordinis, evitatio ſcandali & confuſionum politicarum. Quibus etiam nititur ipſum jus Canonicum per verba initialia *hujus §.* T.

Finis publicæ proclamationis.

(479) Finis hujus denunciationis eſt duplex, alter, cujus hic ſit mentio, ut de impedimento matrimonii, ſi quod fuerit, conſtet; alter, ut Eccleſiæ precibus novi conjuges commendentur. Apud nos, eos in fines tribus diſtinctis vicibus ex ſuggeſtu denunciantur, niſi ſpecialiter diſpenſatio impetrata fuerit. Vid. Carpzov. *in Jp. Conſiſt. lib. 2. def. 137. ſeq.* Z.

Inveſtigatio presbyteri.

(480) Inveſtigatio hæc presbyteri etiam ante proclamationem fieri debet. Nec enim proclamari debent deſponſati, ſicubi impedimentum aliquod compertum fuerit. Inveſtigatio autem illa quomodo fieri debeat, enucleate traditur in ordinatione Eccleſiaſtica Elect. Saxon. *art. gen. 13. & Ordin. matrim. punct. 5.* Z.

ad §. 2.

Qualis contractus hic intelligatur.

(481) I. Nuptialis ſcil. quo conſummatur matrimonium. Sponſalitius enim contractus, qui præceſſit, interim eſt in ſuſpenſo, donec de impedimento definiatur. Z.

II.

Nati ex clandeſtinis & interdictis matrimoniis non ſunt legitimi, licet nati ex matrimonio contracto in faciem Eccleſiæ ante ſententiam divortii ſint legitimi, niſi uterque coniugum noverit impedimentum.

§. 3. Quicunque *y*) vero hujusmodi clandeſtina & interdicta conjugia inire auſus fuerit, etiam ignoranter, (482) proles ex hujusmodi conjunctione ſuſcepta, prorſus illegitima cenſebitur, nec de parentum ignorantia ullum eſt habitura ſubſidium: cum ſic contrahen-

y) *d. c. cum inhibitio §. ſi quis eod. tit.*

II. Sed uti ſæpius dictum & vel ex hoc paragrapho iterum conſtat, contractum ſponſalitium ignorat jus Canonicum, uti ignorat ſponſalia de præſenti, ſeu ut Zieglerus loquitur, contractum ſponſalitium. T.

ad §. 3.

(482) I. Scilicet in gradu prohibito, uti additur in *c. fin. §. ſi quis X. h. t.* & omnino addendum eſt, cum alias ſenſus naſcatur obſcurior. Clandeſtina enim conjugia nemo facile ignoranter inire dicetur. Cæterum de clandeſtinitate ſola, cui nullum aliud accedit impedimentum, notant Canoniſtæ, denunciationes & celebrationem nuptiarum in facie Eccleſiæ ſpectare duntaxat ad ſolennitatem, & propterea ſi omittantur, non irritari propterea matrimonium, ſed reddi tantum clandeſtinum. Andr. Vallenſ. *tit. de clandeſt. deſponſ. n. 5.* Tridentina tamen ſynodus ea omnino irrita pronunciavit, *ſeſſ. 24. c. 1. de reform.* Id vero num potuerit, merito dubitamus, cum Eccleſiæ in jus naturæ & divinum nulla omnino competat poteſtas, quod quidem ſubſtantiam negotii concernit. Sed & apud veteres Eccleſiæ Doctores reprehenſa fuerunt ſæpiuſcule iſtiusmodi conjugia. Graviter Tertullianus *lib. de pudicit. c. 4. Penes nos*, inquit, *Occultæ quoque conjunctiones, i. e. non prius apud Eccleſiam profeſſæ juxta mœchiam & fornicationem judicari periclitantur.* Z. *Variæ obſervationes.*

hentes, (483) vel non expertes ſcientiæ, vel ſaltem affectatores ignorantiæ videantur, licet alioqui, (484) ſi ignorantes in faciem Eccleſiæ contraxerint, ante latam ſententiam divortii nati, & legitimi habeantur, & in bona

Monita circa eadem. II. Non bene cohærent ea, quæ hic obſervavit Zieglerus. 1. Principem poſſe talia conjugia clandeſtina jure prohibere nullus dubito ob rationes *in fine notæ 478.* adductas. 2. Miſcet hic Zieglerus jus naturæ & divinum præceptivum ſeu prohibitivum cum permiſſivo. Non prohibet jus divinum vel naturale, ea quæ ipſum permittit, a principe boni ordinis & decori cauſa coarctari, ut vel exemplo pactorum nudorum ex hypotheſi juris Civilis conſtat. 3. Concilium Tridentinum igitur non peccavit intuitu ipſius doctrinæ, ſed quod ſibi potiſſimum in negotio politico tribuerint Epiſcopi poteſtatem legiſlatoriam, & quidem 4. ſub anathemate & quaſi ea res pertineret ad articulos ſidei. 5 Quæ ex Tertulliano adducta ſunt, docent, non male jam apud Chriſtianos illorum temporum propter bonum ordinem conjunctiones clandeſtinas habitas eſſe pro illegitimis. 6. Simul ſuppeditant conjecturam, unde forte orta ſit ſententia ſubſequentium Eccleſiæ Patrum, quaſi omnis concubitus citra benedictionem ſacerdotalem ex jure divino præceptivo aut prohibitivo ſit ſcortatio vel adulterium. Conf. ſupra *notam 250.* & *notam 306. ſect. 2.* T.

Explicatio. (483) Maxima enim ſuſpicio eſt adverſus eos, qui legum ſolennia contempſere. Non igitur ſufficit bona fides ſive ignorantia impedimenti, ſi clam contractum fuerit matrimonium. Nec e contrario ſufficit rite & publice celebratum conjugium, ſi contrahentes impedimentum ſubeſſe ab initio notum habuerint. Duo enim requiruntur, ut filii legitimi dicantur, videlicet ſolennis conjugii ritus & parentum bona fides. Gabr. Palæotus *de noth. & ſpur. cap. 9 n. 5.* Z.

Alia declaratio. (484) Senſus hic eſt: Excuſata non eſt eorum ignorantia, qui clam fecerunt nuptias. At ſi palam celebratæ fuerint nuptiæ in conſpe-

na paterna hæreditario Jure ſuccedant. Idem Juris (485) erit, ſi in conſpectu quidem Eccleſiæ contraxerint, ſed impedimentum ambo noverint.

Sacerdos contemnens conſtitutiones Eccleſiæ punitur pro qualitate culpæ, & clandeſtina matrimonia, ſi publicentur, recipit Eccleſia.

§. 4. Sane z) ſi parochialis ſacerdos (486) tales conjunctiones prohibere contempſerit, per triennium ab officio ſuſpendendus erit: gravius etiam puniendus, ſi culpæ qualitas poſtulaverit. Verum (ut ſupra indicavimus) ſi contrahentes clandeſtina matrimonia publicare voluerint, niſi alia cauſa impediat, ab Eccleſia recipien-

z) *d. can. cum inhibitio §. fin. eod. tit.*

ſpectu totius Eccleſiæ; ita excuſata eſt eorum ignorantia, ut, etiamſi poſtea impedimentum aliquod ſe exſeruerit, & propter id per ſententiam divortium interceſſerit, liberi tamen ante iſtam ſententiam & nati & concepti pro legitimis haberi debeant. Quod vero hic dicitur de contractu nuptiali, qui fit in conſpectu Eccleſiæ, id tum de publica denunciatione intelligi poteſt, tum de benedictione & copulatione Sacerdotali. Sane Conjuges olim ferme ab Eccleſiaſticis poſtulabantur, atque hi ſuper matrimonio conſulebantur, aut ſaltem apud eos matrimonii profeſſio fiebat, qui deinde benedictionem addebant. Vid. Selden. *de Uxor. Hebr. l. 2. c. 28. 29.* Sed iſte benedictionis ritus primis Eccefiæ ſeculis domi fiebat, non in conſpectu totius Eccleſiæ, uti obſervat Jacobus Gothofredus *ad l. 3. Cod. Theod. de nupt.* Quæ tamen deinceps ut præſente populo fieret, ad honeſtatem pertinuiſſe viſum fuit Z.

(485) Scil. quod proles ſit illegitima. Verba enim proxime antecedentia (*licet aliqui* &c.) parentheſi includenda ſunt. Z. *Idem juris quid hic denotet.*

ad §. 4.

(486) I. e. rector & miniſter Eccleſiæ, qui certæ Eccleſiæ ſibi deſtinatæ preeſt, & totam parochiam gubernat. Z. *Quid ſit parochialis ſacerdos.*

pienda ſunt, tanquam a principio in Eccleſiæ conſpectu contracta. (487)

QUI MATRIMONIUM ACCUSARE POSSUNT, VEL CONTRA ILLUD TESTIFICARI.

TITULUS XV.

Non admittitur ad accuſandum matrimonium, qui tempore denuntiationis ſiluit, niſi juret de calumnia, & quod poſt denunciationem novit quæ objecturus eſt: & negligentia authoris mei non intelligitur eſſe mea.

§. I.

NOn tamen quandocunque, aut indiſtincte omnes ad matrimonium impugnandum admittendi erunt. Nam ſi quis tempore factæ a ſacerdote denunciationis *a*) in ipſa diœceſi conſtitutus, nihil contra matrimonium dixerit, eidem mox conjunctos impetere minime concedendum erit, (488) niſi proprio firmaverit juramento,

a) c. cum in tua §. alioquin. ext. h. t.

Differentia inter jus Canonicum & Civile.

(487) Conſequitur hinc, etiam, liberos ex eo matrimonio natos, poſt ratihabitionem Eccleſiæ eſſe legitimos, uti expreſſus habetur textus in *c. 9. X. qui fil. ſint leg.* Hic enim eſt effectus retrotractionis. Et in hoc benignius eſt jus Canonicum, quam civile, quippe quod nuptias ſine patris conſenſu a filio factas, poſt ratihabitionem patris non ita confirmat, ut retro legitimæ efficiantur, ſed ex eo demum tempore juſtæ intelliguntur nuptiæ, ex quo eas ratas habuit pater *l. 11. ff. de ſtat. hom. l. 65. §. 1. ff. de R. N. l. 13. §. 6. ff. ad L. Jul. de adult.* Z.

TIT. XV.

ad §. I.

Ratio & limitatio.

(488) Habent enim trinæ iſtæ proclamationes ſeu denunciationes vim peremptoriæ citationis cum adjuncta pœna ſilentii, quod poſt deſti-

mento, quod ea, quæ objecturus eſt, poſtea didicerit, quodque ad accuſandum dolo non proſiliat; quo caſu etiamſi, quod objecturus eſt, ab illis didiciſſet, qui denunciationis tempore ſiluerunt, claudi non debet ei accu-

deſtinati temporis effluxum, qui matrimonium iſtud impedire velint, audiri amplius non debeant, etſi matrimonium benedictione ſacerdotali nondum fuerit conſummatum. Matth. Berlich. *deciſ. 76.* Diſtinguendum tamen puto, utrum allegetur ab accuſante impedimentum, quod dirimit matrimonium, an vero tale, quod plane negat matrimonium. Circa prius dubium non eſt, poſt terminum præfixum admitti id amplius non debere. E.g. ſi quis ſciens matrimonium conſummari & audiens denunciationes Eccleſiaſticas, velit deinde poſt effluxum terminum conjugium id propterea dirimi, quod ipſe cum nova nupta priora habuerit ſponſalia, ille utique audiri deinde amplius non debet, cum utique per ſilentium ſuum quaſi ceſſerit jure ſuo, & grave nunc ſit, matrimonium jam plene conſummatum dirimere. Quod ſi vero tale allegetur impedimentum, quod plane negat matrimonium, & ita obſtat, ut matrimonium exiſtere omnino non poſſit, ei utique per ſilentium ejus, qui compertum id habet, præſcribi non poteſt. E.g. ſi juncti fuerint ſibi in gradibus lege divina prohibitis; quale conjugium, ut maxime tacuerit is, qui ejus rei conſcius fuerit, nullo unquam tempore convaleſcit. Et huc pertinet id, quod dixit autor ſupra *tit. 13. §. conſtitutum igitur, in fin.* matrimonium tale ita irritum eſſe, ut nullo annorum numero defendi poſſit. Proinde facere nequeo cum Alexandro III. Pontifice, qui *cap. 3. eod. in prim. compil.* matrimonium inter conſanguineos contractum excluſo accuſatore confirmat, niſi talem conſanguinitatis gradum intellectum velit, qui non jure divino, ſed Eccleſiaſtico & Pontificio fuit prohibitus. Hoc enim ut ſentiam, facit ratio ibidem adducta, quod ſcil. tolerabilius ſit aliquos contra ſtatuta hominum copulatos relinquere, quam conjunctos quoslibet legitime contra ſtatuta domini ſeparare. Z.

accuſandi aditus: quoniam etſi ab impetitione hujuſmodi, culpa ex tali ſilentio contracta, authores excludat,(489) iſte tamen,qui culpa caret,amoveri non debet.

Ex cauſa etiam poſt denunciationem poteſt quis matrimonium accuſare.

b) c. eod. §. ſuper quo ext. eod. tit.

§. 2. Idem juris erit, *b*) ſi tempore denunciationis, vel extra diœceſim commorabitur, (490) vel alias denunciatio ad ejus notitiam pervenire non potuit: utputa, ſi nimiæ infirmitatis fervore laborans, mentis non erat compos, vel in annis tam teneris conſtitutus erat, ut ad talium rerum perceptionem ejus ætas ſufficere non valeret, ſive alia legitima cauſa fuerit impeditus.

Ad accuſandum matrimonium, non ex cauſa delicti, ſoli conjuges admittuntur.

§. 3. Sed nec omnes ad accuſationem, teſtimoniumve dicendum admitti debent: nam ſi de tali impedimento agendum ſit, quod neque conjugum in ſe delictum

Reſponſio ad objectionem.

(489) At poſſent illi ita ſubornare tertium, ille hoc manifeſtando, & ad accuſandum inſtigando, ut propterea quod ipſis per, ſe facere integrum non eſt per alium efficere non prohibeantur. Huic vero incommodo obviam itur per juramentum, de quo dixit, quo ſcil. jurare tenetur accuſator, quod ad accuſandum dolo non proſiliat. At dolo non caret, qui inſtigante alio accuſat, alias non accuſaturus. Z. ad. §. 2.

Explicatio.

(490) Nec abſentia quidem regulariter per ſe ſola excuſat, niſi talis fuerit, ut id, de quo quæritur, veriſimiliter ad notitiam abſentis pervenire non potuerit. Aug. Barboſ, *ad c. 6. X. h. t. num. 3.* Z.

(491)

lictum contineat, nec ob id matrimonium diſſolvi cujusquam interſit, (491) præterquam ipſorum conjugum, (utputa, *) ſi erratum in conditione ſtatus fuerit, vel ſi mulier ita ſit arcta, ut cognoſci non poſſit, vel vir ita frigidus, ut coire nequeat) ſoli ipſi conjuges admittentur.

*) *c. propoſuit de conj. ſerv. c. conſultationi de frigidis.*

Ad accuſandum matrimonium ex cauſa delicti, omnes admittuntur, ſed potiſſimum conjunctiores, antiquiores, & honeſtiores.

§. 4. Quod ſi delictum contineat, ut, quia aliqui in gradu vetito vel contraxiſſe, vel contrahere velle dicantur', tunc quilibet quidem ad accuſandum recipitur, ſed omnium maxime parentes, (492) c) &, ſi ii deſint, proximiores, id eſt, ſoror, frater, patruus, avunculus,

c) *c. videtur. ext. h. tit.*

ad §. 3.

(491) Jus tertii enim non poteſt ab alio opponi, ſi ipſe tertius nunquam ea de re fuerit conqueſtus. Roland. a Valle 2. *conſil. 57. num. 10.* Fieri tamen poteſt, ut alterius alicujus interſit, conjugium inter tales perſonas initum fuiſſe. E. g. Rex Hiſpaniæ unicum habet filium Regni ſucceſſorem & heredem: filius ducit Uxorem, eam vero ita arctam, ut mulier fieri non poſſit. Quæritur, an non pater hic accuſare poſſit matrimonium filii, quod ſua interſit, familiam & ſtemma conſervari? Canoniſtæ hic ſine dubio affirmativam eligent ſententiam. Ego tamen nihil muto, dummodo ipſimet conjuges diſcedere matrimonio nolint. His enim ſeparationem flagitantibus, quin pater ſuo quoque nomine accedere poſſit nullus dubito, Z. *De Rege patre caſu ſpeciali.*

ad §. 4.

(492) Videndum tamen, ne & hi ſint corrupti, & conjugium temere impugnent, ſaltem ut divortium, quod alter conjugum petit, eo facilius decernat judex. Z. *Limitatio.*

lus, amita, matertera, eorumque deſcendentes. Quod ſi progenies tota defecerit, *d*) ab antiquioribus & honeſtioribus, quibus eadem propinquitas nota veriſimiliter eſſe debeat, accuſatio, teſtimoniumve recipi poterit. Ideo autem omnium maxime parentes, & conjunctiores admittuntur, quoniam unuſquiſque ſuam genealogiam cum teſtibus & chartis, tum vero ex recitatione majorum ſcire laborat. Nulli igitur decentius admitti debent, quam qui melius ſciunt.

d) *c. 1. cum palea ſeq. 35. q. 6.*

Speciale eſt in cauſa matrimonii, quod pater admittitur in cauſa filii, & e contra. Et teſtimonium parentum interdum non debet admitti, ubi eſt diſparitas inter conjuges.

§. 5. Quod *e*) autem legitur, pater non recipiatur in cauſa filii, nec filius in cauſa patris, in criminalibus cauſis (493) & contractibus ſibi locum vendicat. In matrimonio vero conjungendo, & impediendo, (494) ex ipſius conjugii prærogativa, & quia favorabilis res eſt,

e) *c. videtur § quod vero. h. t.*

ad §. 5.

Ratio & limitatio.

(493) Ita ut in his ne quidem contra ſe invicem admittantur. In liberis enim obſtat reverentia naturalis, in parentibus amor erga liberos. Utrobique perjurii ſuſpicio, quæ ſubeſt, a teſtimonio repellit. Sunt tamen, qui in caſu, quo veritas aliter haberi non poteſt, etiam contra parentes vel liberos teſtimonium admittunt. Proſper Farinac. *de teſtib. qu. 54. num. 171.* Anton. Gomez *tom. 3. reſolut. c. 12. n. 24.* Id tamen teſtimonium imbecillius eſt, quam ut inde probatio haberi poſſit omni exceptione major. Z.

Alia limitatio.

(494) Cæteris paribus, quando ſcil. in talibus perſonis non concurrit alia qualitas, per quam a teſtimonio rejiciantur. Si enim qualitas alia concurrit ultra aut præter conſanguinitatem, ſtandum erit

eſt, (495) congrue admittuntur. Vbi tamen *f*) alter conjugum divitiis, honore, nobilitate, & potentia ſuperior eſſet, teſtimonium illius, qui parens eſſet inferioris, adeo ſuſpectum redditur, ut illud nullo modo ſit admittendum, (496) cum parentes filiorum incrementum, & honorem affectare procul dubio comperiantur.

f) *c. ſuper eo. de teſtib.*

Quales eſſe, & qualiter jurare debent teſtes ſuper conſanguinitate.

§. 6.

---

erit tum regulæ communi, quæ habetur in *l. 9 ff. de teſtib. & l. 6. Cod. eod.* Petr. Paul. Pariſ *part. 3. conſil. 56. n 30. 31.* Atque hinc, quando quæſtio eſt, an matrimonium contractum ſit vel non, alterutra parte negante, teſtes non erunt admittendi pater aut filius. Proſper Farinac. *de teſtib qv. 54. n. 192.* Z.

(495) Rationem de favore matrimonii jam rejecimus *nota* 476. Atque eam in nota præcedente nec Zieglerus attendit, quamvis alias ipſe aliquoties ea uſus ſit. Imo hoc loco maxime attendenda eſt ſtupiditas ejus, quo Clemens III. uſus eſt in formando dicto capitulo *videtur h. t.* Theſis: In matrimonio tam *conjungendo*, quam *impediendo* admittendi ſunt parentes. Cur vero hoc contra communia jura receptum eſt? Quia ſcilicet favor & prærogativa conjugii id poſtulat, ut tam *pro* matrimonio quam *contra* idem admittantur. Ergone putas etiam ad favorem matrimonii pertinere, quod parentes admittantur *contra* illud? Ubi judicium? T.

Iterum de favore matrimonii, ejusque inepta hic applicatione.

(496) Judicis arbitrio id committendum eſt, qui diſpiciet, utrum teſtes ejusmodi ſint, qui lucri cauſa videantur ad facinus quodvis prompti ac proclives. Suſpectos vero non paupertas ſed egeſtas facit. Pauperes unde vivant, habent: egeni nihil habent. Illos non tenuitas, ſed mores ſuſpectos faciunt; hos etiam ſola mendicitas ſuſpectos reddere poteſt. Anton. Matthæ. *de criminib. tit. de probat.*

Limitatio.

 cap.

g) c. quoties de teſtib. c. notificamus 35. q. 6.

§. 6. Quoties *g*) ergo aliqui propter cognationem propinquitatis ſeparari petuntur, duobus vel tribus ejusdem conſanguinitatis teſtibus adhibitis, vel totidem ſenioribus & melioribus ejusdem loci, id debet legitime comprobari. Teſtium autem examinatio in hac cauſa duplicis interventu juramenti (497) fieri debet: ut jurent ſcilicet, & non privato odio, neque amicitia, nec alicujus proprii commodi intuitu, ad hoc jurandum inductos: & ſe ſicut ipſi dicunt, rei veritatem a majoribus accepiſſe, & ſe credere ita eſſe.

Probatio matrimonialis impedimenti non poteſt reprobari.

h) c. juravit. extr. de probat.

§. 7. Præſtitis *h*) autem juramentis, & impedimento matrimonii legitime probato, ſi quis contra præcedentem probationem partibus publicatam, quaſi matrimonium impediri jure non valeat, probare velit, audiendus non erit, (498) ſed priori ſtandum erit pro-

---

cap. 2. num. 10. præſertim ſi concurrant alia, quæ ſuſpicionem aggravare ſolent. Z.

ad §. 6.

Quid hic ſit duplex juramentum?

(497) At non duplex neceſſe eſt ut formetur juramentum, ſed quæcunque hic recenſentur, omnia ea juramento teſtium uni & ſimplici inſeri ſolent. Scaccia *de judic. lib. 2. c. 8. num. 619.* Ayrer. *in proceſſ. l. 1. c. 8. num. 8. 15.* niſi ex diverſis capitibus, quæ quandoque continet formula, diverſum quoque & multiplex facere velis juramentum, totque juramenta præſtari dixeris, quot fuerint capita. Z.

ad §. 7.

Error compilatoris juris Canonici.

(498) Deſumptus eſt hic paragraphus ex *cap. juravit 6. X. de probat.* ſed quod ipſum mutilatum fuit a compoſitore juris Canonici, dum antiqua decretalis, quæ extat in ſecunda compilatione *cap. 4. eod. tit.*

Probationi. (499)

DE DIVORTIIS.

TITULUS XVI.

Divortium eſt diſſolutio matrimonii. Et ſeparatio thori poteſt appellari divortium.

§. I.

---

tit. unum tantum teſtem in contrarium introductum fuiſſe, & de unius hinc teſtimonio curandum non eſſe diſerte definit. Hæc dum omiſit autor juris Canonici, & generaliter de probationibus contrariis non admittendis capitulum concepit, id ſua hac mutilatione fecit, ut multum nunc ſint ſolliciti Interpretes, qua ratione conciliari cum hoc capitulo queat textus in *cap. ſeries 26. X. de teſtib.* qui graviter obſtare videtur. Alii *cap. juravit* interpretantur de matrimonio contrahendo per verba de futuro, *cap. ſeries* autem de matrimonio contrahendo per verba de præſenti, quod poſt publicata atteſtata illic non admittantur aliæ, hic autem admittantur probationes, ideo ſcil. quia in matrimonio de præſenti vertitur periculum animæ, quale non ſit in matrimonio de futuro. Joh. Aloyſ. Riccius *deciſ. 1769.* Alii *cap. juravit* accipiunt de eo caſu, quando publicata jam ſunt atteſtata, *cap. ſeries* autem, quando publicata ea nondum ſunt. Cujac. *ad d. cap. juravit.* Alii aliter. Sed hæc ita fere divinare nunc licet, cum in textu altero tale quid diſerte non habeatur, & ſola compilatoris culpa talis contrarietas contigerit, non extitura alias, ſi verba & ſenſum decretalis primævum retinuiſſet. Z.

(499) Videatur omnino Gonſalez Tellez *ad dictum capit.* qui id refert integrum, & obſervationem Ziegleri præcedentem ulterius confirmat. Quocunque tamen modo hoc capitulum intelligatur, habemus in eo hic iterum exemplum quod regula de favore matrimonii ſit valde infirma & infinitis limitationibus obnoxia. T. *Iterum de favore matrimonii.*

Digitized by Google

§. I.

a) can. 1. in glo. 32. q. 7. & glo. 2. in c. omne 27. q. 2.

Divortium *a*) eſt diſſolutio matrimonii, quæ utroque vivente conjuge contingit. (500) Sed & ſimplicem thori ſeparationem (501) divortium non male (502) appellamus.

Ma-

TIT. XVI.

ad §. I.

Divortii homonymia.

(500) Quomodo differant divortia & repudia ex mente tam Hebræorum, quam Romanorum, dixi *in diſput. Lipſ de conjug. invit. parent. contracto* §. 11 12. Hic notandum, divortium ſumi vel late, ut etiam comprehendat declarationem nullitatis matrimonii ob impedimenta conjugii & defectus eſſentiales, vel ſtricte, ut huic opponatur & præſupponat matrimonium juſtum & legitimum, ac diſſolutionem ejus quærat ob facta poſtea emergentia. Hujus loci videtur eſſe potiſſimum ſignificatus poſterior *vide ſupra n. 370.* T.

Separatio a thoro & menſa an divortium.

(501) Non tamen proprie, quia divortium proprium perpetuum diſceſſum includit, *l. 3. ff. de divort.* at ſeparatio quoad thorum & menſam fit tantum ad aliquod tempus, nec tali ſeparatione, uti per verum divortium, ſolvitur ipſum matrimonii vinculum. Carpzov. *in Ip. conſiſtor. lib. 2. def. 210.* Latius igitur patet divortii appellatio in jure Canonico, quam in jure civili. Cujac. *ad c. 1. X. de divort.* Z.

Arcanum hic latens.

(502) Sed iſta non ſufficit annotaſſe, quod Jus Canonicum aliter uſurpet vocem divortii ſed potius docenda erat cauſa cur id factum. Jam aliquoties notavimus, inter præcipua arcana Politica cleri papalis ponendam eſſe impoſitionem novæ ſignificationis terminis ſcripturæ, ad ſubjugandos Laicos, & obtrudendas iis traditiones Eccleſiaſticas, ut articulos fidei, ſub metu pœnarum graviſſimarum & crudeliſſimarum. Idem etiam cum divortio factum, ut cum ſcriptura de divortio loquitur, poſſint eam exponere de ſeparatione ſimplici quoad

tho-

Matrimonium regulariter diſſolvi non poteſt, & niſi ſequuta ſit copula, ſolvitur per ingreſſum monaſterii, ita ut remanens in ſeculo poſſit alteri nubere.

§. 2. Sciendum eſt igitur, legitime contractum matrimonium diſſolvi non poſſe, (503) quippe a Deo

---

thorum & menſam, quia grammatica derivatio divortii huc applicari poteſt. Quæ tortura eodem modo ſe habet, ac ſi quis ſcriptorem latinum de *carnifice* loquentem velit interpretari de *lanione* quia & hic *carnes facit* &c. Adde quæ hac parte contra Jus Canonicum fuſius diſſerit B. Strykius *in Uſu modern. ad tit. ff. de divortiis & repud.* §. *3. ſeq.* T.

ad §. 2.

(503) Conſideremus initio quæſtionem de diſſolubilitate ac indiſſolubilitate matrimonii abſtrahendo a ſacra ſcriptura, vel potius a traditionibus Eccleſiaſticis de ejus ſenſu, ex ſolo dictamine rectæ rationis, operam daturi, ut inter duas extremas (nimiam facilitatem v. g. Romanorum aut Judæorum ſolvendi matrimonia ob cauſas leviſſimas, & nimiam tyrannidem Pontificiam, tenendi laicos ſub jugo graviſſimo, ne quidem ob cauſas graviſſimas permittentem verum divortium,) mediam ſententiam ſequamur. Præſupponimus: Pacta eſſe ſervanda: Matrimonium apud gentes communiter denotare conjunctionem arctiſſimam ad dies vitæ: Non permittendum eſſe, ut quis ſub prætextu quovis fidem datam violet: Nihil eſſe perpetuum in hoc mundo: Omnia negotia humana eſſe infinitis mutationibus obnoxia: Voluntatem hominum eſſe mutabilem: Nullum medium ortis inter duos amicos gravibus inimicitiis non facile tollendis, eſſe magis rationi conveniens, quam ut ſe ab invicem ſeparent & ſuas res quisque ſibi habeat: & nullum medium magis repugnare rectæ rationi & magis crudele eſſe, quam, cogere velle indiſtincte tales inimicos ad arctiſſimam cohabitationem perpetuam. Hæc omnia ſi conſideres, & rectæ rationi & juri Gentium repugnat aſſertio, quod conjugium ſit ſocietas omnino indiſſolubilis (non obſtan-

Regula ſenſibiles ex dictamine rectæ rationis de ſolubilitate & diſſolubilitate matrimonii.

Digitized by Google

obſtante definitione communi nuptiarum ad quam jam fuit reſponſum ſupra *nota 248.*) Saltem quæritur, ob quas cauſas diſſolvi poſſit? Ubi iterum ex communibus rectæ rationis principiis ante omnia diſtinguendi ſunt duo caſus. Utrum ſcilicet unus invito altero a conjugio velit recedere, an vero divortium fieret utriusque bona cum gratia. Quoad priorem caſum nullum eſt dubium, non indulgendum eſſe libidinibus & malitiis hominum improborum recedendi pro lubitu vel ex cauſis levisſimis a parte innocente eique ægre faciendi, aut eam irridendi vel dâmna in re familiari illi inferendi; ſed omnia remedia apta ad cœrcendas has fraudes, pœnis ſenſibilibus eſſe adhibenda. Quodſi pars recedere volens ab altera læſa ſit, & hæc juſtam ei iraſcendi cauſam præbuerit, tamen & hic tentanda eſſe a magiſtratu media conciliandi animos pro diverſitate læſionis, utrum gravis ſit, an levior, jubent regulæ decori & utilitatis communis. Quodſi cauſa ſit gravior, & reconciliato, per media rationalia ac non tyrannica, obtineri nequeat, obſervationes ſupra dictæ & ſuadent & jubent ut magiſtratus divortium permittat. Imo vero eædem jubent, ut Princeps cauſas illas graviores vel lege publica determinet, vel ſaltem magiſtratus conſtituat cauſas iſtas, quæ proferuntur, examinandi & pro diverſitate circumſtantiarum ad ipſum referendi, ſi de ſufficiente gravitate cauſæ dubium ſit. Quodſi ambo conjuges bona gratia a ſe invicem recedere velint, equidem regulæ juſtitiæ non poſtulant, ut magiſtratus hic officium ſuum interponat, cum neutra pars dicere poſſit, quod fidem ſibi datam violaverint, ſi utraque fidem datam alteri remiſerit, ne tamen feneſtræ aperiantur libidinibus, & neglectui educationis liberorum, aut diſſenſui & litigiis de horum educatione, regulæ decori & boni ordinis poſtulant, ut & hic vigilet magiſtratus & illa divortia bona gratia facta non indiſtincte permittat; illud tamen non eſt dubium, minori cum ſcandalo aut turbatione boni ordinis conjunctam eſſe permiſſionem repudii bona cum gratia, ſi contractus matrimonialis nondum ſit conſummatus per copulam, quam ſi conſummatio jam facta fuerit. **T.**

Deo (504) conjuncti ab homine ſeparari non debent, nec

Senſus doctrinæ Chriſti, cum nota præcedente conformis.

(504) Videamus jam an Chriſtus Servator in Diſputatione contra Phariſæos de licentia divortii hic aliquid docuerit, cum quo doctrina in nota præcedente tradita non conveniat. Id quidem non diffiteor, Jus Canonicum doctrinam hanc Chriſti aſſertionibus præcedentibus opponere ſolere, & noſtrates etiam, ad noſtra usque tempora doctrinas Canoniſtarum, acſi articuli fidei eſſent, fere retinuiſſe, & mordicus defendiſſe, incepiſſe tamen ab aliquo tempore JCtos quosdam & Theologos, quamvis paucos, errorem Canoniſtarum agnoſcere, & veram ſententiam Chriſti comprehendere, poſtquam nempe Johannes Seldenus & Johannes Lightfootus ex antiquitatibus Hebraicis, negotio antea, ob ignorantiam antiquitatum illarum valde obſcurato, novam lucem accenderant.

Occaſio diſputationis Phariſæorum cum Chriſto de licentia divortii.

Scilicet docet hiſtoria Evangelica, Phariſæos maxime operam dediſſe, ut Chriſti doctrinam populo exoſam redderent, eumque in finem Chriſto varias quæſtiones propoſuiſſe, quas inter etiam eſt diſputatio a Matthæo *c. 19. v. 3. ſeq.* & reliquis etiam Evangeliſtis, notata, de licentia divortii. Ut vero eo melius intelligatur nequitia Phariſæorum hic latens, præmittendum eſt ex Seldeni *Uxore Hebraica lib. 3. c. 18. ſeq.* & Lightfooti *Horis Hebraicis in Matth. c. 5. & c. 19.* graviter diſſenſiſſe Hillelem & Shammai de explicatione legis Moſaicæ *Num. 5. v. 11. ſeq.* ubi dicit Moſes, *quod ſi quis velit ſe ſeparare ab uxore ſua ob rem turpitudinis, debeat ei dare libellum repudii.* Diſſenſus erat in exponendo, quid intelligeretur per *rem turpitudinis*, vel *turpitudinem rei.* Shammai dicebat, intelligi gravem diſſolvendi matrimonii cauſam, ſeu rem revera turpem, & adeo non ſolum adulterium, ſed ſi v. g. uxor egrederetur capite aperto, diſciſſis ad latera veſtibus, aut brachiis retectis. Contra Hillel dicebat, verba Moſis ſignificare *rem & turpitudinem*, adeoque ſenſum ejus eſſe, quod non ſolum ob *turpitudinem* ſeu cauſam graviorem quis repudiare uxorem poſſit, ſed etiam præterea ob *rem*, ſcilicet aliam quamcunque, cau-

cauſam etiam leviorem, ob quam mulier viro non placeat, v. g. ſi non bene morata aut modeſta ſit, ſi odio eam maritus habeat, ſi eſculenta mariti nimia ſalſedine aut nimia toſtione male conficiat, ſi ictu aliquo divino muta reddita ſit, aut fatua. Imo ſuccedente tempore R. Aquiba doctrinæ Hillelianæ addidit, ſufficere, ſi quis viderit mulierem uxore ſua formoſiorem. (Seld. *l. 3. c. 18. p. 313.*) Ut adeo, ſi accurate numerare velis, tres fuerint ſententiæ de expoſitione hujus legis, ſcholæ Shamæanæ, Hillelianæ, & Rabbi Aquibæ. Sed jam idem Seldenus notavit, binas has poſteriores ſententias fere in idem recidere, *d. l. 3. c. 20. p. 329.* Deinde diſſenſerunt etiam Phariſæi in illa quæſtione circa expoſitionem dictæ legis Moſaicæ, an teneatur & obligetur maritus, ut in cauſa adulterii uxorem dimittat; an vero ſaltem marito divortium facere liceat, quibusdam priorem, quibusdam poſteriorem ſententiam defendentibus (Lightfoot. *ad cap. 5. Matth. p. 273. ſeq. & ad c. 19. p. 398. ſeq.*) Hic evidens eſt, in priore quæſtione ſententiam Hillelis & in poſteriore ſententiam eorum, qui divortium præceptum eſſe ſtatuerunt, fuiſſe evidenter falſiſſimam & regulis bonæ interpretationis omnino repugnantem, valde tamen gratæ erant ex plebi, ut facile conjicere licet; contra ſententia Shammai, dum licentiæ populi Judaici frenum injiceret, diſplicebat populo, etſi & in dictamine rectæ rationis & in regulis bonæ interpretationis eſſet fundatiſſima. Hillel itaque cum ratione vincere non poſſet Shammai, ad pias fraudes & falſa miracula recurrebat, & efficiebat, ut ejus ſententia, dum ſederent congregati in Synagoga, per Bathkol ſeu filiam vocis confirmaretur, efficiebatque adeo hoc falſum miraculum, ut ſententia hæc irrationalis Hillelis a populo haberetur pro articulo fidei. Jam intelligis, & non intelligis ſolum, ſed palpas, in quantum periculum Chriſtum conjicere intenderint Phariſæi, proponendo illi quæſtionem: *Licetne homini dimittere uxorem ſuam quavis ex cauſa?* Scilicet, non fuit ſtatus controverſiæ unquam, an licitum ſit ullo modo divortium, an vero matrimonium eſſet plane indiſſolubile. Nam per dicta nota præcedente hæc poſterior aſſertio nemini venerat unquam in mentem, nec homini ſanæ mentis in mentem venire poterat. Sed ſuppoſito, quod matrimonium ſit

Intentio Phariſæorum & ſtatus controverſia.

ſocie-

Digitized by Google

ſocietas ex juſta cauſa diſſolubilis, proponebatur Chriſto quæſtio, utrum cum Schola Shammæana ſaltem graves cauſæ pro juſtis habendæ, an cum Hilleliana per filiam vocis a cœlo approbata quævis cauſa ſufficeret? Sentiebant homines aſtuti, principia doctrinæ Chriſti non convenire cum aſtutiis, & falſis miraculis Phariſaicis, adeoque facile ſubodorabantur, Chriſti doctrinam magis convenire cum ſententia Shammæana. Cum vero populus crederet, Hillelianam doctrinam eſſe articulum fidei, putabant, inevitabilem eſſe laqueum Chriſto poſitum. Si enim negaret quæſtionem propoſitam, & ſic Hillelianum dogma improbaret, plebi id non ſolum diſpliciturum eſſe, tanquam licentiæ eorum adverſum, ſed etiam tanquam hæreticum & rejiciens illud miraculum filiæ vocis. Si vero Chriſtus quæſtionem propoſitam affirmaret, tum non difficile fuiſſet Phariſæis oſtendere, Chriſti hanc aſſertionem cum reliqua ejus doctrina non cohærere, ſed eam fuiſſe eo ſolum fine prolatam, ut populo adularetur, vel quod metueret populum. Uti vero Salvator reliquas technas Phariſæorum pro ſua ſapientia evaſit, ita & ad hanc quæſtionem reſpondit non immediate affirmando vel negando eandem, ſed rationes ſuæ reſponſionis præmittendo: Scilicet non poſſe genuinam interpretationem legis Moſaicæ expectari ab eo, qui non naturam conjugii a primæva origine humani generis repeteret & præſupponeret. At vero ab omni tempore a Gente Judaica creditum fuiſſe, non ſolum DEum ut autorem naturæ humanæ, eſſe etiam autorem conjugii, ſed in paradiſo ſpecialiter inſtituiſſe conjugium, ut ſocietatem arctiſſimam & individuam neceſſitudinem intendentem, adeoque nonniſi ob graviſſimam cauſam (ſecundum ſenſum legis Moſaicæ) ſolubilem, non ut ſocietatem vagam & vix ſocietatis nomine dignam, ſi ex quacunque leviſſima cauſa rumpi poſſet, tantum abeſſe, ut ea ſpeciali inſtitutione & benedictione divina opus habuiſſet; eſſe enim ridiculum & plane non cohærens, docere, conjugium a Deo eſſe inſtitutum & ſingulariter benedictum; & tamen homines ob quaſcunque leviſſimas & ſtultas cauſas contra omnem rationem & veroſimilem ſaltem prætextum poſſe dimittere uxores. His vero ita fundamenti loco poſitis Phariſæorum deciſioni relinqui, utrum Hilleliana

Explicatio genuini ſenſus dictorum a Matthæo, ſecundum illum ſtatum controverſiæ.

Eee eee 2 ſen-

ſententia vera, & miraculum illud genuinum ſit nec ne. Hunc arbitror eſſe ſenſum & eam intentionem verborum Chriſti; *Non legiſtis, opificem ab initio feciſſe maſculum & fœminam? Et dixiſſe: propterea relinquet homo patrem & matrem & agglutinabitur uxori ſuæ, & qui duo fuerant, erunt una caro. Itaque non amplius ſunt duo, ſed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet.* Sequitur jam apud Matthæum propoſitio ſecundæ quæſtionis de obligatione vel licentia divortii: *Dicunt ei: Cur ergo Moſes mandavit dare libellum diſceſſionis & eam dimittere.* Cum autem hæc aſſertio diſerte repugnaret ſenſui legis Moſaicæ, abſque ambagibus reſpondit Chriſtus, Moſen non juſſiſſe, ſed permiſiſſe ſaltem divortia, ſi ex gravibus cauſis inimicitiæ eſſent ortæ inter conjuges, nec innocens remittere injuriam illatam aut crimen aut ſuſpicionem violatæ fidei conjugalis parti nocenti voluiſſet, quod tamen fuiſſet laudabilius. Sic intelligo verba Chriſti: *Moſes pro duritia cordis veſtri permiſit vobis dimittere uxores veſtras. Cæterum in principio non fuerat ſic.* Id eſt, tantum abeſt, ut lex Moſaica ullo modo de præcepto divortio exponi debeat, ut ante legem Moſaicam in populo Judaico & antea in hiſtoria Patriarcharum per multa ſecula nulla aut rariſſima exempla divortiorum occurrant. (Uti apud Romanos, ni fallor, Livius memorat primum divortii exemplum poſt aliquot ſecula ab urbe condita.) Cum ergo Phariſæi pro more obmuteſcerent, & adverſus has rationes Chriſti evidentiſſimas ne hiſcere quidem auderent, tandem concludit Salvator ſatis aperte approbando doctrinam Shammæanam. *Dico autem vobis quicunque dimiſerit uxorem niſi ob ſcortationem,* (εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ) *& aliam duxerit, eum mœchari.* Scio equidem, πορνείαν Grammatice non ſignificare quamcunque cauſam gravem, ſed cum regula bonæ interpretationis verba velit intelligi ſecundum ſubſtratam materiam, aut ſecundum antecedentia, & Chriſtus in tota hac diſputatione interpretatus ſit verba legis Moſaicæ, & reſolverit quæſtionem ei a Phariſæis, propoſitam non novam legem tulerit, (ut in hac & reliquis diſputationibus Chriſti cum Phariſæis Theologi noſtri adverſus Socinianos docent,) inde ſequitur, Græcam hanc vocem πορνείας corre-

reſpondere voci Hebraicæ Moſis, quæ in latino idiomate *turpitudo rei*, vel *res turpitudinis* reddi ſolet, adeoque Chriſtum rejecta explicatione Hillelis, quaſi *res & turpitudo* denotent diverſos & diſtinctos caſus, approbaſſe ſententiam falſo illo miraculo filiæ vocis rejectam. Video equidem, noviſſime a nonnemine urgeri, Chriſtum etiam rejeciſſe ſententiam Shammæanæ ſcholæ, ſed id aſſeritur, non probatur. Et falſum eſt ac nunquam probabitur, quod additur, Shammæanam ſcholam docuiſſe objectionem alteram Chriſto propoſitam, quod divortium a Moſe ſit præceptum. Cum autem ſeculo poſt Chriſtum natum ſecundo & tertio ſtudium elegantiorum literarum & antiquitatum Judaicarum pro ſtatu illorum temporum communiter negligeretur etiam a patribus Eccleſiæ, inde non mirandum, quod in explicatione verborum Chriſti variæ diſſenſiones orirentur. *Variæ diſſenſiones antiqua circa explicationem verborum Chriſti.* Fuerunt enim initio nonnulli, qui putaverunt, ea quæ Redemtor cum Phariſæis diſputat, pertinere ad *ſolos Judæos*, Chriſtianis vero non licere repudium dare, ne quidem ex cauſa fornicationis; Alii contra, id quidem *licere* arbitrati ſunt, non autem *præceptum* eſſe, quod *poſterius* tamen etiam qui defenderent, non defuerunt; fuit ſiquidem ea de re ſententiarum divortium inter Hieronymum & Auguſtinum. Porro alii, qui licentiam divortii Chriſtiani ex cauſa fornicationis permiſerunt, non convenerunt, *utrum maritus viva adultera aliam ducere poſſet*, nec ne. Denique etſi in eo conveniant fere ſcriptores, a Chriſto ſententiam Hillelis & adeo divortiorum laxitatem fuiſſe improbatam, id tamen adhuc acriter diſputari poteſt, an ſub voce πορνεία (*fornicatio*) ſolum delictum *adulterii* vel *concubitus illiciti*, an vero & *alia delicta* majora intelligantur, quæ alias in ſcriptura ſacra vocabulo fornicationis denotari ſolent. Quibus poſſis & iſtam controverſiam addere, *an licentia divortii ob adulterium etiam ad fœminas pertineat*? Sane Juſtinus narrat de muliere Chriſtiana, quæ pietatis cauſa marito infideli & flagitioſo Anno Chriſti 150. repudium dederit, adducunturque ſimilia exempla Teclæ & Fabiolæ. Sed non minimum ſcrupulum injicit lex Conſtantini M. qua licentiam divortii coarctat, ut *fœmina marito* ob ſolum *homicidium*, *crimen medicamentarium & ſepulcrorum diſſolutionem*,

maritus vero *fœminæ* tantum *mœchæ*, *medicamentariæ & conciliatrici* repudium dare poſſit. Vides enim in cauſis, ob quas fœmina maritum dimittere poterat, ***non eſſe adulterium.*** Et tamen non prætereundum eſt, cum iſtum legem promulgaret Conſtantinus, patres Nicænos pleroſque in vivis fuiſſe, eique in rebus Chriſtianiſmi a conſiliis, quin & clerum apud eum ita gratia ſub id tempus polluiſſe, ut Epiſcoporum judicio, ac ferme ſoli, cauſas undiquaque omnimodas permiſerit. Plura de his vide *in diſput. Lipſienſi de crimine bigamiæ* §. *38. ſeq. & in Inſtit. Juriſpr. divinæ lib. 3. cap. 3. n. 53. ſeq.* Adde Burneti *Hiſt. reform. Eccleſ. Anglic. part. 2. lib. 1. p. 84. ſeq.* Ex JCtis noſtratibus vero jam Johannes Strauchius *in ſpecim. Inſtit. jur. publ. lib. 1. tit. 35.* §. *ult.* defendit, hodie licere ſummis imperantibus plures cauſas divortii præſcribere; etſi ipſe verum ſenſum verborum Chriſti nondum intellexerit, cum ejus tempore antiquitates Judaicæ a Seldeno & Ligtfooto nondum defectæ fuerint. Idem latius defendit Hieronymus Brucknerus *cap. 16. ſeq. deciſionum juris matrimonialis.* His adde omnino, quæ prolixe diſputat B. Strykius *in uſu moderno Pandectarum ad tit. de divortiis* pro licentia divortii ob inſidias vitæ ſtructas; item alibi *de diſſenſu ſponſalitio ſect. 3. per integr.* pro defendenda ſententia & praxi diſſolutionis ſponſaliorum de præſenti, ſeu matrimonii contracti nondum conſummati, ob mutuum contrahentium diſſenſum. Conf. Dn. Ludovici *diſſert. de effectu pœnitentiæ* §. *5. ſeq.*

Sententia nonnullorum quorundam JCtorum ex Proteſtantibus.

P. Ærodii comparatio ſocietatis paternæ & conjugalis.

Corollarii loco ſaltem adhuc adſcribam verba ex P. Ærodii *tractatu de jure Patrio p. m. 651. Inprimis nullo caſu aperte filio dicitur; Relinque patrem & matrem, niſi ut adhæreat uxori. Si quid alibi eſt hujusmodi: conſilium eſt non præceptum. Res datur diſquiſitioni, ut nos alio loco diffuſius. Jubetur hic, ſine exceptione, fieri cum natura divortium. In aliis caſibus, tam caute, tam pedetentim, ut tutius ſit a recta via ac regula non diſcedere. Verumtamen quicquid de ea diſceſſione enunciatum ſit ab Adamo: an propterea valet, quod obligatio maritalis major, arctiorque videatur eſſe, quam patris? Imo hæc originem habet a natura: proficiſcitur ex ſuitate & identitate, illa, ex humana ac politica* dun-

Digitized by Google

nec valent, (505) ſi tamen alter conjugum, *b)* qui per ver-

b) c. ex parte §. nos autem. de converſ. conjug.

duntaxat. Quod maritus & uxor pro uno veluti habentur: fictione & imaginatione fit. Itaque facillime ſegregantur, ut & Anaſtaſius inquit lib. X. commentariorum in Hexameron. At filius, os ex oſſibus, caro ex carne eſt penitus. Una & eadem perſona eſt cum patre: ejusdem ſubſtantiæ, ejusdem corporis & animi quaſi delibatio quædam: quo fit ut nihil poſſit extrinſecus accidere, quin filius perpetuo ſit filius. Quæcunque abdicatio, expoſitio, venditio, emancipatio, aut adoptio interveniat: ſemper prævalet natura. Jus ſanguinis nunquam immutatur. Filia licet expoſita a patre, ante Conſtantinum, ne poterat quidem nubere ſine conſenſu patris. At uxor, deſiit eſſe pluribus modis: re judicata, inſania (ut conſtitutum eſt a Leone) ſeparatione, ſervitute, divortio. In liberis hoc mirifice accidit, ut, quanquam extincta principali obligatione, maneat pignoratitia. Perpetua ſunt pignora Naturæ. Cur itaque filius deſerit patrem & matrem ut adhæreat uxori? cur omittit quod majus eſt: quod minus eſt, amplectitur? Quia, hoc caſu parentes id volunt tacite: & propter commune votum propagandi generis, quod nos liberi derelinquant, volentibus & conſentientibus hoc faciunt; ut videlicet, quemadmodum nobis hi proxime ſuccedunt, ſic eis fiat viciſſim. Verumtamen, ſeorſum habitare cum uxore: an eſt parentem deſerere, aut relinquere? Imo in hoc maxime obediunt liberi, quod ſi matrimonia contrahunt, ſi familias alienas, tanquam colonias, inchoant: faciunt voluntate atque arbitrio parentum. Quo modo, dare operam uxori, eſſet deſciſcere, ac diſcedere a patre: cum liberi matrimonio non acquirerent emancipationem? cum maritus & uxor non minus eſſent in poteſtate patris? cum jura naturalia ac civilia nuptiis non immutarentur? T.

(505) Jam ſupra *nota 408. circa finem* adduximus diſſenſum Pontificiorum circa explicationem dicti: *Quos Deus conjunxit homo* *Pontificiorum variationes in exponen-*

de dicto Chriſti, & abuſu hujus dicti.

homo non ſeparet. Sed afferamus pro noſtra ſententia, (ſi etiam ſeparentur conjuges ob alias graves cauſas a Magiſtratu) alium textum juris Canonici ex *can. 18. C. 33. q. 2. Quos DEus conjunxit, homo non ſeparet. Quæris quomodo? ſubaudi violenter, ſine lege, absque ratione, quos Deus conjunxit, homo non ſeparet. Non enim homo ſeparat, quos pœna condemnat, quos reatus accuſat, quos maleficium coarctat.* Hinc id quod Innocentius III. de ſuis *Dictatibus* jactat in c. *quando perſona 3. X. de translat. Epiſcop. Non homo ſed Deus ſeparat, quos Romanos Pontifex, non humana, ſed divina potius auctoritate, diſſolvit,* multo juſtius *Magiſtratus Chriſtiani ſuperiores* de *legibus* ſuis, quibus *cauſas divortiorum* determinant, aſſerere poſſunt. Talem *explicationem* etiam facit *Mevius* parte 6. Deciſ. 225. ſub n. 8. Verba ejus ita ſonant: *Non aliter Deus Matrimoniorum diſſolutionem prohibet, quam ut homo, puta, qui contrahit proprio ſuo motu non faciat. At ut Magiſtratus, qui miniſter, Vicarius & Imago in terris DEI eſt, ex neceſſaria atque juſta pietati non contraria cauſa non faciat, minime interdicit.* Ita docet Brücknerus *d. c. 16. n. 28. & 29.* Sic vero de hoc dicto ratiocinatur B. Strykius *d. l. uſ. modern. §. 40. Unde quoque apparet, ſæpe in abuſum trahi hoc Chriſti dicterium. Sæpius enim in dubium vocari poſſet, an hos Deus conjunxiſſet, ubi ex eventu apparet, conjugi inſidias ſtruere, litigiis & rixis mutuis omnem vitam agere, & ita minime unionem ſervare quam Deus in hac ſocietate adeo inculcaverat. Unde neſcio, an inique dixerit noſtrorum Theologorum quidam;* Quos diabolus conjunxit, homo ſeparet. *Conf. Buxtorff.* de divort. p. 118. *docens noluiſſe Chriſtum per hoc aſſertum licentiam & facultatem divortiorum omnem tollere, ſed duntaxat arbitrariam ac privatam illam Judæorum repudiandi & dimittendi uxores conſuetudinem, de qua Phariſæi quæſierunt.* Scilicet dicta ſcripturæ ſecundum regulas hermeneuticas ſunt interpretandæ ex recta ratione, non ab autoritate traditionum Eccleſiaſticarum petitas. Nihil enim tam abſurdum eſt, quorſum non torſerit aliquando Papa, vel Doctor juris Canonici, dicta ſcripturæ. Finge caſum: Quæritur an neceſſario conjux ſepeliri debeat in ſepul-

verba contraxit de præſenti, copula non ſecuta, ſeſe ad obſervantiam regularem (506) voluerit aſtringere, poterit

ſepulcro alterius conjugis? Quis non ſentit, hoc negotium abſtrahendo ab aliis circumſtantiis eſſe rem meræ libertatis? Quis non indignaretur homini pro neceſſitate hujus ſepulturæ provocanti ad dictum Chriſti: *quos Deus conjunxit homo ne ſeparet.* Sed cave, ne hæreticum aut atheum te dicant adoratores Juris Canonici. Ita enim extat *canone 2. C.13. q. 2.* *Quos conjunxit unum conjugium, conjungat ſepulcrum, quia una caro eſt; & quod Deus conjunxit, homo non ſeparet.* T.

(506) Matrimonium, quod tantum ratum dicunt, eſt verum & in eſſentia ſua perfectum matrimonium nec differt a conſummato, niſi accidentaliter. Ergo non minus eſt inſolubile quam conſummatum. Deinde per matrimonium tantum ratum utraque pars alteri dat poteſtatem ſui corporis *1. Cor. VII. 4.* Ergo neutra altera invita vovere poteſt continentiam præſertim perpetuam. Atque hæc argumenta graviſſima vocat Bellarminus *lib. de Monach. c. 38. §. 1.* quibus quod reponit, totum futile eſt & nullius momenti. 3. Conſtitutiones humanæ, quales ſunt vota monaſtica, nec poſſunt nec debent vel impedire vel dirimere ordinationem DEI, qualis eſt matrimonium. Quod ſi urgeas Canoniſtas, ut fundamentum hujus ſuæ aſſertionis prodant, cum obſtare ſibi videant regulam, quos DEUS conjunxit, homo non ſeparet, non audent illi legem aliquam Eccleſiæ poſitivam ſuggerere; ſed divortium id ex divina autoritate fieri profitentur, quam tamen cum ex Scripturis probare nequeant, ex traditione petunt, Vid. Didac. Covarruv. *de matrim. p. 2. c. 7. §. 4. n. 11.* At enim miſerum hoc eſt effugium & Pontificiis admodum ſolenne, ut ex Scripturis quod exſculpere non poſſunt, traditionum autoritate muniant, ſed quæ vel dubiæ ſunt fidei, vel inter ſe contrariæ, vel Scripturis ipſis etiam adverſæ. Et de votis monaſticis quid ſentiendum ſit, dixi lib. 1. *tit. ult.* Z.

Contra divortia ob vota monaſtica.

Fff fff (507)

Digitized by Google

terit id altero etiam inconſulto efficere: & ei, qui in ſæculo remanere voluerit, alteri ſe jungere permittendum erit, nec cauſari poterit religionem ingreſſus, (507) ſe falſa ad id cauſa inductum, puta, quod conjugem lepra percuſſam crediderit, & ob id ejus abominatus complexus fuerit, cum & ſine cauſa id ipſum facere potuerit.

Dicenti ſe velle ingredi religionem, eſt certum tempus præfigendum, intra quod vel ingrediatur, vel ad uxorem redeat.

c) c. ex publico de converſ. conjug.

§. 3. Ei c) autem qui ſe ad religionem tranſire velle dictitat, certum eſt præfigendum tempus, intra quod legitime caveat, quod aut ad religionem ſe transferet, vel redibit ad conjugem. (508)

Red-

Futilitas ratiocinationis Canoniſtarum.

(507) Senſus hic eſt, eum, qui religionem ingreſſus eſt, pœnitere non poſſe, nec juvari, ſi ob cauſam, quæ nunc falſa inveniatur, ſe religionem ingreſſum dixerit, ideo quod cauſa nulla requiratur, & quis ſine omni cauſa religionem ingredi queat. At profecto plane inſubtilis eſt hæc illatio, & omnino nihil concludit. Pone, donatum aut datum alicui aliquid fuiſſe ob cauſam; an cauſa non exiſtente repeti non poterit id, quod datum eſt, quia etiam ſine cauſa donari potuiſſet? Sed contrarium deciditur a JCto haud paulo æquiore, in *leg. 2. §. 7. ff. de donat.* quia ſcilicet ratio donandi donationi ita cohæret, ut eam modificet. Ita etiamſi falſa cauſa non vitiet legatum, non valebit tamen iſtud, ſicubi probaverit heres, teſtatorem legaturum non fuiſſe, ſi cauſam quam adjecit, falſam eſſe ſciviſſet *l. 72. §. 6. ff. de cond. & demonſtr.* Z.

ad §. 3.

Alia cenſura doctrinæ Canoniſtarum.

(508) Hoc intelligendum eſt de eo, qui nondum conſummavit matrimonium per carnalem copulam *c. 7. X. de converſ. conjug.* Et ſtatuit inſuper Pontifex *in c. commiſſum. 16. X. de ſponſal.* nec juramentum

Reddit rationem, cur non ſecuta copula per religionis ingreſſum matrimonium diſſolvitur.

§. 4. Neque mirum videri debet, quod poſt legitimum de præſenti præſtitum conſenſum, carnis non ſecuta commiſtione, *d*) alter conjugum etiam altero invito ad vitam regularem tranſitum facere valeat: quia cum nondum una caro effecti ſint, ſatis probabiliter, uno ad Deum tranſeunte, alter in ſeculo remanere poterit. (509) *d*) *c. 2. eod.*

Per ſacri ordinis ſuſceptionem non diſſolvitur matrimonium, etiam non conſummatum.

§. 5.

tum quidem ſponſalibus adjectum religionis ingreſſum impedire poſſe, ita tamen, ut tutius ſit, prius omnia peragere, ſola excepta copula carnali, & tum demum profeſſionem edere. In quo ſane, etſi neque hoc quidem neceſſarium eſſe ſtatuat Covarruvias *de ſponſalib. p. 1. c. 5. n. 11.* quantum DEO illudatur, oſtendit Cujacius *ad iſtum textum & ad c. 6. X. de jurejur.* Ratio Pontificii juris unica hæc eſt, quia ad frugem melioris & perfectioris vitæ tranſit, qui monachismum amplectitur. Sed qualis illa ſit perfectio, libro primo, titulo ultimo oſtendimus. Breviter; Perfectio iſta eſt mere cerebrina, & hinc DEO odioſa. Z.

ad §. 4.

(509) At copula carnalis non pertinet ad eſſentiam matrimonii, neque ad ejus integritatem, ſed ad uſum. Et fatentur ipſi Pontificii, ſacramentum matrimonii totum ac plenum, quantum ad partes eſſentiales, inveniri in contractu per verba de præſenti. Ergo indiſſolubilitas ex contractu illo provenit, non ab accedente copula: Nimirum conſenſus facit matrimonium, non concubitus, voluntas, non copula; conjugalis fides & pactio, non virginitatis defloratio. Inter Joſephum & Mariam verum fuit conjugium absque copula. Per conſequens igitur non ratum minus, quam conſummatum conjugium per votum *Similis objectio.*

*)*c. ex parte de converſ. conjug.*

§. 5. Diverſum ſtatuitur, *) ſi quis poſthabito Canonico religionis ingreſſu, poſt aliquam per verba de præſenti deſponſatam, ſacros ordines ſuſceperit, quamquam enim votum per ſacri ſuſceptionem ordinis firmatum, ad impediendum matrimonium futurum, ac dirimendum poſtea contractum habeatur efficax: ad diſſolvendum tamen prius contractum etiam non conſummatum, invalidum cenſetur. (510) Ideoque talium ordinum non obſtante ſuſceptione, ſi ad profitendam probatam religionem induci non valeat, & ſponſa ejus inſtiterit contractum matrimonium conſummare, per cenſuram Eccleſiaſticam compellendus erit.

Cultus diſparitas, & creatoris contumelia ſunt juſta cauſa dirimendi: & quod facit Papa Deus cenſetur facere.

§. 6. Sed & ſi inter infideles (511) matrimonio con-

monaſticum ſolvi non poteſt. Vid. omnino Claud. Eſpencæus *de continent. lib. 6. cap. 4.* Z.

ad §. 5.

Refutatur ratio Canoniſtarum

(510) Rationem diverſitatis Canoniſtæ reddunt iſtam quod diſſolutio cauſetur in vita Monaſtica per mortem civilem, quam inducit profesſio, non etiam Ordinis ſuſceptio, cum maneat promotus ſui juris, non reſignata voluntate ſua in arbitrium alterius. Votum autem caſtitatis ſolenne ordini adjunctum proficiſci ajunt non ex natura ordinis, ſed ex Eccleſiæ ſtatuto. Henr. Zoeſ. *ad tit. de converſ. conjugat. n. 30.* Sed frivolam hanc eſſe rationem, & imo pro ratione hic voluntatem eſſe, agnoſcit & ingenue fatetur Claud. Eſpencæus *d. l. 6. de continent. c. 5.* Z.

ad §. 6.

Remiſſio.

(511) Dixi ſupra ad *tit. 12. §. 5. ſeq.* Z.

(512)

Digitized by Google

contracto ſequuta copula fuerit, ſi alter qui in infidelitate permanſerit, *e*) velit a fideli disjungi, aut non niſi cum contumelia creatoris, (512) cum altero commorari, licebit Chriſtiano non modo matrimonium diſſolvere, ſed etiam (ut ſupra diximus) *f*) alteri ſe matrimonio jungere. Quibus caſibus cum authoritate ſedis Apoſtolicæ, & Romani Pontificis matrimonium diſtrahatur, non jam humana, ſed potius divina poteſtate conjugium diſſolutum intelligitur. (513)

e) *c. quanto de divort.*

f) *ſupr. tit. quæ matr. imped. poſſ.* §. *it.* & §. *ſeq.*

Ob veram coeundi impotentiam, non ob putativam, diſſolvitur matrimonium.

§. 7. Item *) ſi quis ignarus (514) virginem in uxorem

*) *ſupr. eod. tit.* §. *item frigiditas* & *33. q. 1.* & *2. per tot.* & *extr. de frigid.* & *malef.*

(512) Sed etſi velit infidelis cum fideli vitam agere absque contumelia, ſtatuunt Canoniſtæ, non teneri fidelem ad cohabitandum, licet posſit hanc cohabitationem admittere. Didac. Covarruv. *d. p. 2. c. 7.* §. *4. n 8.* Contrarium vero præcipit Apoſtolus *1. Cor. VII. 12, 13.* Et jam ſupra dixi, infidelitatem non eſſe cauſam ſufficientem divortii, & nec ſeparationis quidem quoad thorum & menſam. Z.

Similis Remiſſio.

(513) Quia Papa DEUS eſt. Scilicet! Eo tamen nomine quam ſæpisſime a ſuis paraſitis inſigniri ſolet, uti conqueritur Georgius Wicelius in vita regia. Et una omnium Germanorum de concilio Tridentino expectatio fuit, emendatum iri abuſus Canoniſtarum Papam Deum vocantium, infallibilitatem ei adſcribentium, idemq; tribunal utrique aſſerentium, referente Petr. Svav. *in hiſt. Concil. Trid. l. 2.* Z.

Blasphemia Canoniſtarum.

ad §. 7.

(514) An ergo diverſum obtinebit, ſi quis ſciens iſtiusmodi mulierem duxerit? Ita vult Pontifex Lucius III. in *c consultationi 4. X. de frigid.* & *malefic.* ubi dicit: *Licet incredibile videatur, quod*

Quid ſi ſciens?

rem duxerit, quæ adeo arcta ſit, ut mulier fieri non poſſit, vel ſimile vitium a natura contraxerit, ut ope medicorum non poſſit adjuvari: (515) aut mulier virum acceperit, qui adeo frigidæ ſit naturæ, ut eidem carnaliter commiſceri non poſſit, poterunt invicem ſeparari: (516) & qui matrimonio aptus erit, ad ſecundas nuptias libe-

aliquis cum talibus contrahat matrimonium; Romana tamen Eccleſia conſvevit in conſimilibus judicare, ut quas tanquam Uxores habere non poſſunt, habeant ut ſorores. Conſilium hoc & judicium Romanæ Eccleſiæ non reſolvit quæſtionem propoſitam. Quæſtio talis eſt, utrum ſubſiſtat matrimonium cum tali fœmina? reſpondet Pontifex, eam non haberi debere ut Uxorem, ſed ut Sororem. At cum ſorore nullum eſt matrimonium, & ſine Uxore non poterit intelligi matrimonium. Ergo non erit matrimonium verum & validum, ſed erit potius ſocietas quædam ad cohabitationem non quidem matrimonialem, ſed ad ſimilitudinem fratris & ſororis ſimul contrahentium. Didac. Covarruv. *de frigid. & maleſic. cap. 7.* Diſſolvi igitur ea, ut omnis alia ſocietas, ſine dubio poterit. Z. Conter §. *ſeq.*

An inciſio fœmina tentanda? (515) Canoniſtæ volunt, mulierem talem teneri inciſionem pati, quando morali conjectura argumentum ſumi poteſt, poſt inciſionem aptam fore eam viro, cui nupſit, & quando ſine periculo corporali inciſio fieri poteſt. Covarruv. *d. l. quæſt. 1.* Hoc autem totum ex ipſius clauſuræ natura & conditione dependere oſtendit Paulus Zacchias *quæſt. med. leg. l. 3. tit. 1. q. 7. num. 29.* ubi *num. 32.* ex Talliacotio refert, omnes iſtas inciſiones in fœminis non exiguo cum periculo adminiſtrari, quod etiam ex Aretio memorat Covarruvias *d. l. in fin.* Et hinc tradit Paulus Laymannus *theol. mor. l. 5. tr. 10. p. 4. c. 11. n. 1.* maritum non expectato inciſionis eventu ſeparationem petere & aliam ducere poſſe. Z.

Declaratio & limitatio. (516) Non enim tenetur invitus neque invita cum eo eave manere,

Digitized by Google

libere tranſitum facere. Si quis tamen coeundi impotentiam cauſatus, poſt ſeparationem aliam acceperit, aut ea g) quæ arcta putabatur, aliquem invenerit, qui ſibi feras reſeraret, utroque caſu poſt peractam pœnitentiam; ad priora conjugia redire compellendi erunt. (517)

g) *c. fratern. in fin. de frigi & malefic.*

Quam quis duxit vel retinuit: ſciens copulæ non idoneam; habebit ut ſororem; ſi non poteſt habere velut uxorem.

§. 8. Plane ſi ſcienter h) quis cum ea, quæ maribus impotens eſt commiſcere, matrimonium contraxerit, vel alterius comperta poſtmodum impotentia, ſimul morari conſenſerint, his caſibus Eccleſia judicare con-

h) *c. conſultationi. de frig. & malefic.*

nere, quem quamve probavit negocio, cujus cauſa matrimonium inſtitutum eſt ſupereſſe non poſſe. Sed ſeparatio tamen illico decernenda non eſt. Quandoque enim impotentia illa corrigi vel ſucceſſu & lapſu temporis, vel aliis remediis poteſt, atque tunc non licebit ad ſeparationem properare; ſed temporis aliquod ſpacium, idque non exiguum, quod Juſtinianus *l. 10. C. de repud.* biennio, ſed in *novell. 22. c. 6.* triennio terminavit, tranſigendum eſt, antequam ſeparatio fiat. Conf. Gerhard. *Loc. de conjug. n. 660. ſeq.* Z.

(517) Recte hoc negat Henr. Zoeſius *tit. de frig. & malef. n. objectio 13. 14. 15.* Quia enim legitime facta eſt ſeparatio, propter materiæ pro tempore inhabilitatem, quæ in relatione utriusque conjugis apparebat, non poterunt illicitæ eſſe nuptiæ poſteriores, nec proinde dirimi debent. Siquidem impedimentum iſtud reſpectivum inter hunc Virum & hanc mulierem ſufficiens fuit ad diſſolutionem matrimonii etiam quoad vinculum; quia id creditum fuit eſſe perpetuum, quod opere humano tolli non potuerit, niſi illicito. Quod ſi igitur ſeparatio facta fuerit, & poſtea ex novo conjugio conſtet, non potuiſſe fœminam

conſuevit, ut quas viri tanquam uxores habere non poſſunt, habeant ut ſorores. (518)

Ob fornicationem carnalem vel ſpiritualem non ſolvitur matrimonium, ſed fit ſeparatio thori.

§. 9. SÆpius tamen accidit, ut matrimonii remanente ſacramento, thori tantum fiat ſeparatio, (519) utputa, ſi alter conjugum carnaliter (520) vel ſpiritualiter

minam a primo cognoſci, niſi per uſum ſecundi, nulla ratio apparet, cur primo ſit reſtituenda. Vid. Covarruv. *d. l. quæſt. 3.* Z.

ad §. 8.

Declaratio. (518) Si quidem ita utrique libuerit, & periculum fornicationis nullum metuatur. Talis autem conjunctio, uti ante dixi, non facit matrimonium, & proinde ſi uſtionis malum acceſſerit & infeſtaverit partem ſanam, dirimi iſtiusmodi conjunctionem debere, nullus dubito. Quo facit *c. requiſiſti 33. q. 1.* Z. Repete *notam 514.*

ad. §. 9.

Separatio quoad thorum & menſam. Quatenus apud nos in uſu. (519) Hæc eſt a Canoniſtis primum inventa. Cum enim divortium verum nullum admitterent Pontificii, niſi in caſu infidelitatis, cum alter infidelium conjugum ad fidem catholicam convertitur, & infidelis ei cohabitare non vult, de quo caſu alibi dixi, in ejus locum ſubſtituerunt ſeparationem quoad thorum & menſam. Sed illi in applicatione errant. Nos eam non niſi ad tempus admittimus, & quidem ob ſævitiam, inſidias & mortis intentatæ metum, tentata prius animorum reconciliatione. Vid. Carpzov. *in Ip. Conſiſtor. lib. 2. def. 210. 211.* Z. Repete *notam 501. 502.*

Adulterium ſolvit conjugium quoad vinculum. (520) Imo vero per adulterium ipſum conjugii vinculum ſolvitur, *Matth. V. 32. & XIX, 8. 9.* ubi dubium non eſt, quin loquatur Salvator de eodem repudii genere, cujus apud Judæus uſus erat, ejusque licentiam adſtringere & ad unum adulterii punctum alligare. Illud autem non ſeparatio tantum erat quoad thorum & menſam, ſed omnimoda, ut partibus disjunctis novum matrimonium inire liceret,

Digitized by Google

ter (521) fornicatus fuerit: *) quibus caſibus matrimonium minime aboletur, ſed ſibi ſunt invicem conjuges, etiam ſeparati. *) c. interveniente 32. q. 7.

Pendente judicio ſuper adulterio, non habet locum ſeparatio thori.

§. 10. Sed & ſeparatio non, inſtituta ſtatim de crimine accuſatione, facienda erit: ſed probata *i*) & peracta. Interim enim pendente judicio, conjugum alteruter, Jure quod habet in altero, privari non poterit. (522) *i*) c. 2. ut lite pendente.

Facta ſeparatione thori ob fornicationem carnalem, poſt emendationem non compelluntur conjuges ſe reſumere: ſecus, ſi ob ſpiritualem, niſi alter velit monaſterium ingredi.

§. 11.

ret. Et cauti hac in parte fuere patres Tridentini, quod anathema dicere noluerunt illis, qui tale quid ſtatuerent, cum præſertim Oratores Veneti fulmen iſtud deprecarentur & oſtenderent, Græcos in regnis Cypri, Cretæ, Corcyræ, Zacynthi, Cephaloniæ ſibi ſubjectis ab antiquiſſimis temporibus uxorem adulteram repudiare, aliamque ducere conſueviſſe, non poſſe igitur illos abſentes, nec ad Concilium evocatos condemnari. Petr. Svav. *in hiſt. lib. 8.* Anathema igitur dixerunt Tridentini illis tantum, qui dixerint, Eccleſiam errare, cum docuit & docet, propter adulterium alterius conjugum matrimonii vinculum non poſſe diſſolvi. Temperamentum ſane perquam ſubtile. Z.

(521) Hæreſin non eſſe juſtam cauſam divortii, ne quoad thorum quidem & menſam, patet ex *1. Cor. VII. 12. 13.* Ea enim, quæ ipſum vinculum matrimonii non lædunt, ſed charitati tantum erga DEUM & proximum adverſa ſunt, divortio cauſam ſufficientem non præbent. Z. *Hæreſis an cauſa divortii?*

ad §. 10.

(522) Si tamen repetita fuerit copula carnalis, reconciliatio facta *Tacita remiſſio adulterii*

Digitized by Google

§. 11. Multum autem intereſt, utrum ob carnalem, an vero ob ſpiritualem fornicationem thori ſit facta ſeparatio. Primo enim caſu maritus adulteram uxorem etiam emendatam, niſi & ipſe ſimili fornicatione *k*) pollutus fuerit, (523) recipere non compellitur, (524) ſed for-

k) *c. pen. & fin. de adult.*

cta præſumitur & ex hac matrimonium redintegratum. Cenſetur enim tum conjux mores conjugis approbaſſe & adulterio commiſſo veniam dediſſe. Jul. Clar. *lib. 5. ſent. §. adulterium. n. 18.* Anton. de Gamma *deciſ. 273.* quemadmodum omnis alia injuria diſſimulatione & amica converſatione tacitaque remiſſione extinguitur. Carpz. *prax. crim. p. 2. q. 55. n. 40. ſeq.* Conrad. Rittershuſ. *ad Novell. part. 4. c. 10. num. 10.* Z.

ad §. 11.

Ratio. Diverſitas morum noſtrorum.

(523) An ergo ſi pollutus fuerit, recipere tenebitur? Ita videtur; periniquum enim videtur eſſe, ut pudicitiam Vir ab Uxore exigat, quam ipſe non exhibet. *l. 3. § 5. ff. ad L. Jul. de adult.* poſito ſc. quod Magiſtratus negligat adulteros tollere de medio. Atque ita ſenſit Julius Clarus *d. l. n. 17.* Tota autem hæc doctrina fluit ex principiis juris Canonici, quia hoc jure adulterium tantum quoad thorum & menſam, non etiam quoad vinculum ſeparationem inducit, & ita ſeparatus aliam Uxorem ducere non poteſt. Quod ſi ergo ipſe non ſervet caſtitatem vel ſervare non poſſit, merito ad Uxorem dimiſſam, inter quam & maritum vinculum adhuc durat, redire debet. Bachov. *ad Treutl. vol 2. diſp. 32. th. 2. in fin.* At in noſtris Eccleſiis, quæ per adulterium etiam vinculum rumpi docent, contrarium forte ſtatuendum erit, poſito, ſeparationem legitime per ſententiam factam fuiſſe. Z.

Aliter & hic apud nos.

(524) At improbamus nos ſeparationem quoad thorum & menſam, quæ fit in perpetuum. Fieri illa debet in ſpem emendationis & ut evitentur majora incommoda, non in eum principaliter finem, ut divellatur matrimonium. Z.

(525)

fornicatrix in clauſtris cum religioſis mulieribus ad perpetuam agendam pœnitentiam (525) erit collocanda. *l*) Secundo vero, ſi fornicatus ſpiritualiter, ab infidelitate revertatur, cogetur, quæ in fide remanſit, illum reſumere, niſi & ipſa ad religionem tranſitum facere voluerit: quod etiam nolente (526) viro ad fidem reverſo, exequi libere poterit.

l) *c. gaudemus. de converſ. conjug. c. de illa h. t.*

Regulariter uxor & vir non poſſunt disjungi, ut alter ſumat ſacros ordines, aut monaſterium ingrediatur, fallit hoc in caſibus præcedentibus & ſequentibus.

§. 12. His exceptis caſibus alter conjugum, altero in ſeculo remanente, nec ad ſacros ordines, (527) nec ad

(525) Pœna hæc eſt ex Jure Juſtinianeo, *Novell. 134. c. 10.* Sed eam non eſſe delicto proportionatam, oſtendit Antonius Matthæus *de criminib. tit. de adulter. c. 2. n. 2. 3.* Conf. Carpzov. *prax. crim. p. 2. q. 53. n. 10. ſeqq. & q. 54. n. 20. ſeq.* Z.

Similiter & hic.

(526) Hactenus dixit, per adulterium non ſolvi conjugium quoad vinculum; ſupra vero dixit, in matrimonio tantum rato & per copulam nondum conſummato licere alteri, altera parte invita, monaſterium ingredi. At hic invita parte altera etiam in matrimonio conſummato fieri id poſſe contendit, quando hæreſis intervenerit, utcunque ad fidem reverſa fuerit pars deficiens. Quæ vero cauſa hujus rei ſit, cum hæreſis nihil commune habeat cum matrimonio, neque cum ſubſtantia ejus pugnet, nondum video. Z.

Jus Canonicum non bene hic cohærere.

ad §. 12.

(527) Non omnino excludit Covarruvias conjugatum ſacris ordinibus, ſed dicit talem uti conjugio non poſſe in occidentali Eccleſia, h. e. uti mox explicat, non exigere poſſe conjugale debitum ab Uxore, reddere tamen Uxori petenti teneri, *de matrim. part. 2, cap. 6. §. 3. num. 3.* & in ſequentibus cum Thoma *2. 2. q. 88. art. 11.* ſtatuit, impedi-

De impedimento ſacri ordinis.

ad regularem ſuſcipiendus eſt obſervantiam, niſi forte (528) remanens ejus ſit ætatis,*) ut ſine ſuſpicione incontinentiæ valeat in ſeculo remanere, aut ipſam continentiam vovere voluerit. Alioqui quanquam de uxoris licentia *m*) monaſterium quis ingreſſus fuerit, & profeſſionem fecerit, non uxor ad continentiam cogi, ſed vir ad uxoris thorum evocari poterit, niſi poſt conjugis ingreſſum fornicata fuerit, (529) aut ſe invicem continentiam promittendo abſolverint. (530)

*) *c. cum ſis in f. c. ad Apoſtolicam, c. ſignificaſti c. dudum in f. de conv. conjug.*
m) *c. 1. de converſ. conjug.*

Qui invita uxore ingreſſus eſt monaſterium, & ab eadem uxore redire coactus, ea mortua, non cogitur rurſus in monaſterium reverti, ſed non poterit, amplius uxorem

---

pedimentum ſacri ordinis jure humano Pontificio inſtitutum eſſe, non naturali, nec divino, Conf. quæ diximus *tit. 12.* Z.

Explicatio. (528) Senſus hic eſt: ex licentia & conſenſu Uxoris poſſe maritum ſacris ordinibus inſigniri, ipſam tamen, ſi juvenis eſt, aut ſuſpecta circa continentiam, compelli religionem profiteri, ſi ſuſpecta non eſt, ſufficere, ſi extra religionem voveat continentiam, Covarruv. *d. l. n. 4.* ubi addit, in Epiſcopi Uxore id ſpeciatim caveri, ut, quamvis ſuſpecta non ſit, religionem profiteri cogatur. Z.

Objectio. (529) I. Sed hujus fornicationis cauſam præbuit ipſe maritus, dum religionem ingreſſus eſt, quod ipſi ſine conſenſu Uxoris non licuit. Et hinc dicunt Doctores, excuſari mulierem, cui maritus dedit occaſionem adulterii. Franc. Marc. *deciſ. 729. p. 2. Si tu abſtines,* inquit Auguſtinus *ap. Gratian. c. ſi tu 27. q. 2. ſine Uxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licentiam. & peccatum illius tuæ imputabitur abſtinentiæ.* Z.

Reſponſio. II. Verum hæc objectio de marito loquens ſine conſenſu uxoris religionem ingrediente, non ferit doctrinam Lancelotti, ob verba: *quanquam de uxoris licentia monaſterium quis ingreſſus fuerit.* T.

De voto continentia inter conjuges. (530) Fuit hoc quandoque veteribus Chriſtianis in uſu, ut Conjuges poſt unam alteramve ſuſceptam ſobolem deinde mutuo conſenſu

rem ducere. Quod ſi uxore non contradicente fuerit ingreſſus, illa mortua non poterit exire, præſertim ſi fuerit profeſſus conſentiente uxore.

§. 13. Quæſitum tamen eſt, ſi quis uxore invita *n*)monaſterium intraverit, & repetitus ad eam redire coactus fuerit, an eadem mortua, cogendus ſit ad monaſterium reverti, an vero aliam poſſit in uxorem ducere? Et in hac ſpecie reſponſum eſt, votum quidem non tenuiſſe, & propterea ad monaſterium redire minime illum teneri: ſed cum ingrediendo monaſterium, debitum ſe non exacturum, (531) promiſiſſe videatur, ulteri- *n) c. quidam de converſ. conjug.*

ſenſu continentiam ſervarent. Tertull. *lib. 1. ad. Uxor. c. 6. & de virg. vel. c. 13.* Sidon. Apollinar. *lib. 9. ep. 6.* Claud. Eſpencæus *lib. 6. de continent. c. 1. & 3.* At votum ſemper interceſſiſſe affirmare non auſim. Sed & temerarium id fuiſſet, ſicubi donum continentiæ non habuiſſet uterque. Quin, utcunque promiſſio ſaltem mutua interceſſerit de continentia ſervanda, ſi tamen alterutra pars uſtionibus pertentetur, omnem eam promiſſionem, veluti de impoſſibilibus factam, irritam reddere ſatius erit. Z.

ad §. 13.

(531) Quaſi vero continentia votiva in ſola excluſione exactionis debiti conjugalis conſiſteret. Sed & probabile eſt, non ſemper verbis quibusdam ſolennibus & conceptis debitum iſtud inter conjuges flagitari, verum illici quandoque eosdem mutua quadam affectione in copulam, nulla omnino exactione verbali aut petitione interveniente. Et ex hoc intelligi poteſt, utrum per votum tali exigendi poteſtate ſemetipſum privare aliquis queat. Quod ſi verum eſt, votum non tenere, uti aſſerit cum Pontifice autor; neque dici poterit, videri maritum promiſiſſe, ſe debitum non exacturum. Relatio æqualis eſt inter maritum & Uxorem; utrique in alterum æqualis com- *Refutatur Jus Canonicum.*

 petit,

terius uxorem ducere non poterit: (532) cum id vovere in ſua poſitum voluntate fuerit. (533) Quod ſi quis ſciente *o*) uxore, nec contradicente, vitam profeſſus fuerit manachalem, (534) uxore poſtmodum defuncta, nec habitum quem ſemel aſſumpſit, abjicere, nec aliquam ſibi matrimonio copulare poterit. Matrimonium quoque temere *p*) contractum, dirimendum erit, quod in eo, qui conſentiente uxore profeſſus fuerit, multo magis obtinebit, quanquam monaſterium nunquam ingreſſus fuerit. (535)

o) *c. conſuluit nos d. tit.*

p) *c. ex parte d. tit.*

Quæ

petit, quoad uſum conjugii, poteſtas. *Mulier ſui corporis poteſtatem non habet*, inquit Apoſtolus *1. Cor. VII, 4. ſed Vir, ſimiliter autem & Vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier.* At caſu præſenti Vir in corpus Uxoris poteſtatem non habet, ex mente autoris, quia debitum exigere non poteſt, Mulier autem & ſui & mariti corporis poteſtatem habet; quam inæqualitatem ex jure matrimoniali defendere nunquam quisquam poterit. *Uxori Vir debitum reddat*, inquit idem Apoſtolus, *verſ. 3. ſimiliter autem & Uxor Viro.* Utrique reddendi incumbit officium. Uterque igitur etiam exigere poteſt, & poteſtatem habet exigendi, quia nulla eſt ἀπόδοσις ſine δόσει. Z.

Alia objectio. (532) Melius igitur ſecundum Canoniſtas erit uri, quam nubere, contra diſertam ſententiam Apoſtoli. Z.

Nova objectio. (533) Sed jam dixit, votum non tenere. Quod autem non tenet, qualis poterit eſſe ejus effectus. Non entis nullæ ſunt operationes. Solus ingreſſus in monaſterium absque voto nullum inducit nuptiarum impedimentum. Z.

Monitum. (534) De tali profeſſione quid ſentiendum ſit, plene tractavi *lib. 1. tit. ult.* Hic illud tantum repetendum eſt, nullo eam niti jure divino, ſed eſſe inventum humanum, olim quidem ex pietate profectum, nunc vero ſuperſtitione & multis abuſibus involutum. Z.

Contra diſpo- (535) Proponitur caſus in *c. 9. X. de converſ. conjug.* de mari-

to,

Quæ credens virum eſſe mortuum, religionem eſt ingreſſa, a viro educta, ſi vir moriatur, non cogitur reverti ad monaſterium, licet id ſibi expediat.

§. 14. Quid ſtatuemus de ea, quæ credens maritum mortuum *q*) habitum religionis aſſumpſit, an ſi eo reverſo, de monaſterio educta fuerit, poſt obitum viri ſit ad regularem obſervantiam compellenda? Et quidem huic conſultius (536) ad ſalutem fuerit, ſi ad monaſterium redeat: ſed ſi ad hoc perduci non poterit, cogenda

q) *c placet nobis, de converſ. conjug.*

to, qui graviter decumbens conſentiente Uxore votum caſtitatis fecerat & hinc monachalem habitum ſuſceperat, ſed valetudini reſtitutus non Uxorem tantum retinuerat, ſed etiam ea defuncta aliam ſibi junxerat. Profeſſio igitur facta fuerat extra monaſterium. Sed profecto plane temerarium hoc fuit votum, eo tempore nuncupatum, quo ægrotans viribus ſuis deſtitutus explorare eas, & de continentia ſervanda periculum facere non potuit. Accedit, quod votum continentiæ in ſe conſideratum verſetur circa tale objectum, quod non eſt ſimpliciter in noſtra poteſtate, & hinc neceſſario conditionem includat. Deficiente igitur conditione, quando promiſſa continentia in poteſtate noſtra eſſe deſinit, ſimul etiam exſpirat votum, & obligatorium eſſe deſinit. Atque hinc male ſtatuitur hic, dirimi debere matrimonium poſt votum contractum. Z.

ſitionem c. 9. de converſ. conjug.

ad §. 14.

(536) Mirum eſt, tam modeſte hic agere Canoniſtas cum videri poſſit, reconvaluiſſe, per obitum mariti profeſſionem religionis antehac factam. Sed utique meminiſſe oportet, votum ab initio non tenere, nec proinde ex poſt facto reconvaleſcere poſſe. Ut maxime enim bona fide profeſſa fuerit mulier, quæ maritum mortuum credidit, ex eventu tamen apparuit, votum hoc non tenuiſſe & ex erronea cauſa nuncupatum fuiſſe. Z.

Ratio.

(537)

Digitized by Google

da non erit. (537)

Etiam altero conjugum invito poteſt quis vovere peregrinationem.

t) C. 33. q. 5. c. ex multis §. in tanta de voto & voti redemtione.

§. 15. Licet autem t) alter conjugum altero invito religionis votum non poſſit aſſumere, viri tamen etiam præter uxorum aſſenſum peregrinationis ad terram ſanctam (538) propoſitum vovere, & implere libere valent.

Uxor non plene certificata de morte viri, contrahere non poteſt, quamvis continere nequeat.

r) c. in provincia noſtra de ſponſ.

§. 16. Et r) quamvis illi diutiſſime in peregrinatione commorentur, vel etiam ab hoſtibus capti nuncientur, donec certum nuncium (539) de virorum mor-

Declaratio. (537) Propter votum tamen, quod fecit, ad ſecundas nuptias tranſire ei minime licebit, ex identitate ſcilicet rationis in §. antecedente, & ex mente Canoniſtarum plane perverſa & erronea. Z.

ad §. 15.

Peregrinationes ſuperſtitioſa. (538) Peregrinationes iſtas ſuperſtitioſas plane eſſe & idololatricas, oſtendit Petrus Molineus *ſingulari tract. de peregrinat.* Add. Chemnit. *Exam. Concil. Trit. part. 4. p. 670. ſeq.* Z.

ad §. 16.

Variatio Canoniſtarum. (539) Ita diſerte legitur in *c. 19. X. de ſponſal.* Sed hodierni Canoniſtæ docent, exiſtentibus aliquibus, qui dicant maritum eſſe mortuum, & aliis id negantibus, poſſe mulierem absque peccato ſequi opinionem quam maluerit, & licite tranſire ad ſecundas nuptias. Vid. Thom. Hurtad. *tr. 3. c. 3. reſol. 20.* Ex quo patet, quantum nunc degenerent quotidie Jura Canonica. Jure civili quinquennium præſcriptum fuit, poſt quod ſive de morte mariti compertum quid fuerit, ſive non, licentia data fuit nubendi. *Novell. 22. c. 7.* quod tamen deinceps mutatum eſt. *Novell. 117. capit. 11.* Vid. Rittershuſ. *ad Novel. part. 4. c. 7. n. 11.* Z.

(540)

Digitized by Google

morte uxores non receperint, ad aliorum conjugium convolare non poterunt, (540) quamvis ut certiorarentur, magnam adhibuerint diligentiam, & ejus ætatis ſint & fragilitatis, ut continere nequeant.

Agenti petitorio ad conjugem, obſtat conſanguinitatis exceptio, ſecus ſi poſſeſſorio: quia antequam de exceptione cognoſcatur, plenaria reſtitutio eſt facienda, niſi conventus excipiens juret de malitia, & probationes habeat in promptu: quo caſu fiet reſtitutio quoad alia, non quoad copulam.

§. 17. Ergo niſi legitima ſubſit exceptio, conjugibus temere disjunctis, alterum alterius repetendi ſemper integrum jus manet. Erit autem legitima exceptio, cum aliquis conſanguinitatis gradus objicitur: (541) *s*) quo quidem caſu, licet ſi petitorio judicio (542) actum ſit, antea de ipſa exceptione cognoſci debeat: ſi tamen

s) *c. literas de reſt. ſpoliat.*

Ratio & limitatio.

(540) Etſi nos peregrinationes iſtas, ut ſuperſtitioſas, plane rejiciamus, præſertim quando meritorias eas faciunt Pontificii; nolim tamen ab Autore diſſentire, eo quod omnis ab marito dolus abeſt, & ille ex pietate, licet falſa & verbo DEI minus conveniente, peregrinationem iſtam ſuſcepit. Si tamen de malitioſa deſertione conſtet, utcunque color pietatis peregrinationi inducatur, novo matrimonio, poſt obſervatas ſolennitates, mulier non erit interdicenda. Z.

ad §. 17.

Qualis ſit actio.

(541) Actionem ex conſtituto matrimonio ad cohabitandum comparatam eſſe ex jure perſonarum conjugali, indeque præjudicialem utilem, contendit poſt alios Hahn. *ad Weſenb. tit. de ſponſal. n* 7. *verb. illud quoque ad effectum &c.* Vid. eund *tit. de judic. n.* 4. Z.

Non cohæret hic Jus Canonicum.

(542) Utrum in caſu conſanguinitatis objectæ ſubtilitates petitorii judicii jure civili inventæ obſervari debeant, mecum ambigo. Cauſa

tamen poſſeſſorio quis experiatur, antequam de conſanguinitate diſcutiatur, plenaria erit facienda reſtitutio, niſi is qui convenitur, & de malitia juret, (543) & ſuper exceptione promptas probationes offerat. Quo caſu excepta carnali commixtione, (544) tantum quoad reliqua, reſtitutio facienda erit.

Si mulier reſtituenda timeat ſævitiam viri, debet ab eo præſtari cautio: & ſi ea non putetur ſufficiens, dum cauſa plene cognoſcitur, uxor eſt deponenda in loco honeſto & tuto.

§. 18. Præſtanda tamen erit (545) idonea cautio,

ſa matrimonialis ex ipſa Canoniſtarum ſententia ſpiritualis eſt, ad quid ergo corporalis poſſeſſio tam ſollicite exigitur, ſicubi ſpirituale objiciatur impedimentum? Si conſanguinitatis allegatur vinculum, ſatius erit, poſſeſſorium aut petitorium judicium non attendere, ſed ſeparare interim Conjuges, quoad thorum & menſam, donec impedimenti allegati diſcuſſio peracta fuerit. Utique enim hic conſcientiæ conſulendum, quam dubiam habet, cui impedimentum tale objectum eſt. At peccat ille, qui quid agit conſcientia diſſuadente. Z.

Neque hic (543) Quid opus eſt juramento malitiæ, ſicubi promptas quis offert probationes? Nec enim, qui in his promptus eſt, ex malitia litem moviſſe dici poteſt. Z.

Novum dubium. (544) Quomodo vero reſtituta Uxore ſeorſim hæc excipi poterit, cum nec alium in finem actio matrimonialis inſtituta videatur, niſi, ut quis habeat uſum conjugii? ſed nec alias in contrahendis matrimoniis paciſci licet, ad impedimentum aut negationem copulæ carnalis. Z.

ad §. 18.

Declaratio. (545) Pertinet hoc ad caſum, quando una cum conſanguinitatis impedimento arguitur ſævitia mariti; quod itidem locum habet in ſola ſævitiæ caſu. Dixi enim ſupra, propter ſævitiam conjugis fieri poſſe

tio, *t*) quod nullam reſtitutæ violentiam vir inferet: quod ſi tanta ſit viri ſævitia, aut odio tam capitali (546) uxorem proſequatur; ut trepidanti mulieri ſufficiens ſecuritas provideri nequeat, usque ad cauſæ deciſionem alicui probæ & honeſtæ mulieri, ſtudioſius cuſtodienda committetur, (547) in loco ubi vir, vel ejus conjuncti, mulieri nullam poſſint injuriam inferre. *)

t) c. literas in fin. de reſtit. ſpol.

**) c. ex tranſmiſſa d.t.*

Ob ſolam traductionem mulieris ad domum, nullum jus oritur impeditivum ſequentis matrimonii.

§. 19, Et hæc quidem obtinent, ſecuto inter viros & mulieres matrimonio. Cæterum *u*) ſi nullis præcedentibus ſponſalibus, vel legitimo conſenſu mulier ad viri domum jam traducta, (548) poſtea abſcedens alii forte nubere voluerit, nulla facienda erit reſtitutio.

u) c. ex parte. de reſt. ſpol.

Qui

poſſe ſeparationem quoad thorum & menſam. Solet igitur hoc caſu a conjuge ſæviente cautio de non offendendo exigi, ut eo facilius obtineatur inter eos reconciliatio; quæ cautio idonea eſſe, h. e. vel per pignora, vel per fidejuſſores præſtari debet, nec ſufficit cautio juratoria, niſi pars læſa ea contentus eſſe velit. Carpzov. *in Ip. Conſiſtor. lib. 2. def. 219.* Præſtita autem cautione, ſeparatio quoad thorum & menſam rurſus aboletur, & conjuges ad cohabitationem adiguntur. Id *def. 220.* Et notant Doctores, teneri Maritum ad cautionem, etſi ſævitia mariti proveniat culpa Uxoris. Schneidew. *ad tit. de nupt. p. 4. n. 16.* Z.

(546) Puta, ſi capitali Judicio Uxorem accuſaverit, ſi caput petierit Uxoris, vitam & fortunas ejusdem. Z. *Exempla odii capitalis.*

(547) Tanquam in ſequeſtrum. Debet autem judex arbitrari, an & quando fit tanta ſævitia, ut non poſſit provideri remedio cautionis. Similis ſequeſtratio habetur in *leg. 3. §. ult. ff. de. libe. exhib.* Z. *Sequeſtratio uxoris.*

ad §. 19.

(548) In ambigua re, ritu deductionis conſenſus declaratur, & *Notabilia de deductio.*

 nuptiæ

Digitized by Google

Qui vivente uxore etiam ab eo ſeparata quoad thorum, ſecundam conſciam duxit uxorem, etiam prima mortua ſeparabitur a ſecunda, ſed cum alia contrahere poterit.

x) c. ex literarum de eo. qui dux. in matr. c. ſignificaſti de divortiis.

§. 20. Fornicationis *x*) quoque repetenti obſtat exceptio, torique ob eam cauſam ſequuta ſeparatione, ſeparata vivente, aliam usque adeo ſupeirnducere quis prohibetur, ut ſi de facto duxerit, exque ea filios ſuſceperit, etiam mortua adultera eandem retinere non poſſit: (549) quod ipſum & priore uxore minime cognita ſibi locum vendicat, licet aliam ducere minime prohibeatur.

Si mulier matrimonium contraxerit: cum eo quem ignorabat conjugatum, uxore prima mortua erit in ejus poteſtate virum retinere. §. 21.

---

ne in domum. nuptiæ ex feſtivitate atque deductione intelliguntur perfectæ *l. 6. C. de donat. ant. nupt.* Franzk. *exerc. 2. q. 7. n. 20.* Vinnius *ad* §. *1. n. 1. Inſt. de patr. poteſt* Deductio tamen ſola uxorem vel ſponſam non facit eam, quæ juſtam ætatem nonn habet, ſi & is, in cujus domum ducitur, juſtam ætatem non habeat, nec ipſa poſtea habeat ratum, quod parvula inopsque conſilii geſſit, qualis caſus eſt in *c. 14. X. de reſtitut. ſpol.* ex quo hic paragraphus deſumptus eſt. Z.

ad §. 20.

Refutatur Jus Canonicum. (549) Quia ſcilicet vivente uxore priore dederunt ſibi invicem fidem conjugalem. Si enim hoc factum non fuerit, aut factum quidem, ſed copula carnalis non acceſſerit, aut acceſſit etiam, ſed fœmina ignoraverit, vivere uxorem priorem, contractas poſtea nuptias inter ejusmodi tales pro legitimis habent. *cap. 1. cap. 6. & cap. fin. X. de eo qui dux. in matr.* At vero 1. falſum eſt, Uxorem adulterantem non violare aut rumpere vinculum conjugale. 2. poſito, ſubſiſtere adhuc vinculum, irritus erit contractus cum alia, quam quis ſuperinducit adultera

§. 21. Hoc *y*) tamen de ea intelligi oportet, quam quis non ignaram aliam vivere, & forte aliquid (550) in mortem alterius machinatam, in uxorem duxit: nam ſi qua præcedentis matrimonii penitus inſcia alicui nupſerit, priore mortua, niſi mulier divortium petat, ad pe-

y) *c. 1. de eo. qui duxit in matr.*

ulteræ viventi. Irritus autem ſi fuerit, tenebit utique contractus repetitus cum ea poſt mortem adulteræ, & tum vivente iſta fides conjugalis alteri data nihil quicquam operabitur, ſed perinde eſt ac ſi data non fuiſſet. Nihil igitur eſt, utrum defuncta demum Uxore primum fides data fuerit adulteræ (quod conjugium admittunt Canoniſtæ *per c. 6. X. de eo qui dux. in matr.*) an vero ea vivente, & deinceps ea defuncta iterata fuerit, cum hoc caſu prior illa deſponſatio nullius plane ſit valoris, & iteratio, ſi res recte conſideretur, pro prima deſponſatione habenda ſit. In noſtris tamen Conſiſtoriis, eo caſu, quo conjuge vivente fides alteri data & adulterium cum ea commiſſum fuit, adulterantes deinde copulari prohibentur. Carpzov. *lib. 2. definit. Conſiſt. 15.* forte quod vitæ prioris Conjugis inſidiari credantur, licet ſententia Conſiſtorii Miſnenſis *n. 7.* adducta, aliam, a jure Canonico diverſam, foveat ſententiam. Z.

ad §. 21.

(550) Hoc *forte* de ſuo addit autor. Pontifex enim in *cap. 1. Declaratio. X. de eo qui dux. in matr.* etiam tum matrimonium nullum dicit, quando fides tantum data eſt, nullo habito reſpectu, an etiam machinatio in mortem alterius acceſſerit. Disjunctive enim loquitur: *cui fidem dederat Uxore ſua vivente, vel quæ machinata eſt in mortem uxoris.* Et hinc alterutrum caſum ſufficere innuit. Niſi dicere velis, ex fide data præſumi machinationem, & hanc præſumptionem facere ut fide data pro valido haberi, ex poſt facto nequeat. Conf. P. Laymann: *theol. mor. lib. 5. tr. 10. p. 4. cap. 10. n. 1. 2.* Z.

Digitized by Google

petitionem viri non ſunt ſeparandi. (551) Nec enim ſuſtinendum eſt, ut vir qui ſcienter in legem commiſit, de proprio dolo commodum reportet.

Cum ea quam quis uxore vivente cognovit non ſub ſpecie matrimonii, defuncta uxore poteſt quis contrahere, ſi neuter ipſorum machinatus eſt in mortem prædefunctæ uxoris.

*) *c. ſignificaſti d. t.*

§. 22. Cum ea autem, *) quam quis uxore vivente non prætextu matrimonii cognovit, ſi nihil in perniciem olim viventis uxoris vir, aut mulier cognita, machinati fuerint, nec fidem de contrahendo ſibi invicem dederint, contractæ, poſtea nuptiæ legitimæ reputandæ erunt. (552) Sed etſi fidem quidem ſibi invicem de-

---

Repetitur prior objectio.

(551) At vero, uti ante dixi, matrimonium tale propter vinculum prioris, quod aſſerunt Canoniſtæ, plane conſtare non potuit. Nec igitur opus eſt ſeparatione, cum non entis nullæ ſint qualitates, nullæ affectiones. Quod ſi iſtud valere debet, ex novo contractu poſt mortem Uxoris neceſſe eſt, ut capiat initium, de quo tamen in hoc caſu nihil extat. Z.

ad §. 22.

Objectio.

(552) Obſervat Cujacius, in Concilio Triburienſi, quod anno DCCCXCV. habitum fuit, *can. 51.* (cujus verba ſub falſa inſcriptione habentur apud Gratianum *c. illud. 31. qu. 1.*) diſtricte & generaliter prohiberi matrimonium cum ea, quæ per adulterium vivente Uxore cognita eſt, non attento, utrum pellex iſta in necem uxoris legitimæ machinata ſit, nec utrum illa vivente quaſi matrimonium cum marito illius aut ſponſalia fecerit. Et putat hinc Cujacius, Gratianum ſententiam hanc generalem ad iſtos duos caſus reſtrinxiſſe, ejusque hanc reſtrictivam opinionem deinceps invaluiſſe. Sane videtur Eccleſia nullo modo admittere voluiſſe tale conjugium, quippe quod

Digitized by Google

dederint, vel etiam de facto contraxerint, (553) z) ſi nec ante, (554) nec poſt, legitima conjuge ſuperſtite, carnalis interceſſit copula, quamvis uterque graviter deliquerit, & propterea etiam ſit imponenda pœnitentia, matrimonium tamen contractum poſt uxoris obitum, (555) minime diſſolvetur. z) *c. fin. ext. de eo qui duxit in matrim.*

Bonum aliquod ſubſecutum, præcedens delictum, & ejus pœnam non abolet.

§. 23.

quod votum inducere poſſit captandæ mortis. Et hinc Chriſtianæ Religioni minus convenire dicitur in *can. concilii Tribur.* ut ullus ducat in conjugium, quam prius polluit per adulterium. Z.

(553) I. Hæc verba, uti autor ponit, nihil differunt a prioribus, quid enim diſtat, fidem ſibi invicem dare, & de facto contrahere? Pontifex in *cap. fin. X. de eo qui dux.* magis perſpicue rem decidit, & diſtinguit inter ſponſalia de præſenti & de futuro. Nec illa nec iſta dicit obſtare conjugio poſt mortem Uxoris. Z. *Notatur Lancelottus.*

II. Igitur ex *d. cap. fin* ita exponendus erit Lancelottus, ut per verba, *ſi fidem ſibi invicem dederint* intelligat ſponſalia (quæ de jure Canonico ſemper ſunt de futuro;) per verba: *vel etiam de facto contraxerint*, ipſum contractum matrimonii per verba de præſenti. Et ita etiam loquitur Pontifex: *Si quis uxore vivente fide data promiſit aliam ſe ducturum, vel cum ipſa de facto contraxerit.* Adeoque non diſtinguit ut Zieglerus volebat, inter ſponſalia de præſenti & de futuro, utpote quam diſtinctionem, ut ſupra oſtendinus ignorat jus Canonicum. T *Reſpondetur.*

(554) Ex mente igitur Canoniſtarum ſola fides alteri uxore vivente data ſine copula carnali, nec ſola copula carnalis ſine fide data non impedit matrimonium inſequens. Sed impedimentum ex utroque conjunctim naſcitur. Vid. Paul. Laymann. *theol. mor. lib. 5. tr. 10. p. 4. c. 10. n. 3. ſeq.* Z. *Explicatio.*

(555) I. Hæc verba pro diverſitate diſtinctionis & commatis, *Explicatio* dupli- *objectio.*

Digitized by Google

a) c. 1. de converſ. infidel.

§. 23. Usque adeo *a*) autem machinatio in alterius conjugum obitum abhibita, inter ſuperſtites machinatores matrimonii ſpem excludit: ut ſi infidelis cum Chriſtiana communicato conſilio ejusdem maritum de medio ſuſtulerit, licet poſtea per ſtudium ſuperſtitis uxoris ad fidem Criſtianam (556) translatus fuerit, non tamen propterea magis cum ea nuptias legitimas contrahere, aut contractas (557) retinere poterit. Nec enim

duplicem intellectum pariunt. Aut enim hoc volunt, matrimonium, quod poſt Uxoris obitum contractum eſt, diſſolvi non debere. Et de hoc forte nemo dubitat. Aut hoc dicunt, matrimonium antea contractum diſſolvi poſt Uxoris obitum non debere. At de hoc ante dixi, non ſubſiſtere tale matrimonium durante vinculo priore, quia deſtituitur forma ſua; nec poteſtatem habet quicquam conjugum durante vinculo alteri fidem dare. Z.

II. Si conferatur hic paragraphus cum *d. cap. fin.* unde deſumtus eſt, patebit, Lancelottum intendiſſe ſenſum poſteriorem. T.

ad §. 23.

Ratio paragraphi.

(556) Ratio hæc eſt, quia Evangelium non tollit politias. Et hinc propter converſionem ad fidem Chriſtianam nemo impunitatem conſequitur. Z.

Objectio de contractis.

(557) De contrahendis nolim movere dubium, ut publica honeſtas conſervetur, neque licentiæ minime ferendæ feneſtra aperiatur cum in exemplum facile trahere, & occaſionem quidvis perpetrandi captare hinc poſſint adulteri, ſi ſpem habere queant contrahendi matrimonii. At matrimonium inter tales perſonas jam contractum dirimi debere propter crimen antea perpetratum, nullus mihi Pontifex perſuadebit. Improbavit DEUS conjugium Davidis, quod poſt occiſum Uriam cum ejus Uxore adulterio prius polluta inierat, non tamen ſeparavit eos, *2. Sam. XII. verſ. 9. 10. & 24.* Et hic applicari debet, quod vulgo dici ſolet, facilius impediri matrimonium contrahendum,

Digitized by Google

enim hujusmodi lucro, tam deteſtandum damnum Eccleſia reſarciri patitur.

Animus & propoſitum diſtinguunt maleficia.

§. 24. Diverſa *b*) ratio eſt eorum, qui ad fidem converſi, illorum ſibi matrimonio junxerunt uxores, quos in belli certamine occiderunt: eorumque qui converſas duxerunt, quarum infideles maritos ſimili modo interfecerunt. Nam cum tales virorum defunctorum interitum ſpecialiter non quæſiverint, & matrimonium inter hujusmodi perſonas licite poteſt contrahi, (558) & ſic conjuncti divortium poſtulare nequeunt.

b) *c.* 1. *de converſ. infid.* §. *ad hoc.*

Punitur affectus licet non ſequatur effectus.

§. 25.

dum, quam dirimi contractum. Et hic rectius faceret magiſtratus, ſi juſta animadverſione adulteros ex hominum conſpectu removeret, ne talibus quæſtionibus opus eſſet. Conf. Gerhard. *Loc. de conjug. num.* 383. Z.

ad §. 24.

(558) Duabus ex cauſis 1. quia occiſio non facta ideo, ut cum vidua matrimonium ineatur, 2. quia occiſio jure belli facta eſt. Quæ ultima ratio facit, ut idem ſtatuere non dubitem, etſi defunctorum maritorum interitus ſpecialiter quæſitus fuerit, uti hic loquitur autor, cum id jure belli non ſit illicitum, quanquam, ſi in hunc finem quæſitus fuerit, ut cum viduis eorum matrimonia ineantur, ut maxime belli titulus concurrat, non ſatis honeſta videatur ratio conjugii. Nec enim matrimonii intentio juſtam cauſam bello præbet. Et cum ex finibus actiones hominum judicari debeant, non poterit jure belli ſuum tueri factum, qui matrimonii ineundi cauſa hoſtem occidit, ut maxime occidere juſte potuiſſet, ſi Reipubl. commodum intendiſſet. Multum namque intereſt, ex privata an publica cauſa occiſio fiat. Sic etiam more Græcorum antiquo cum his, qui extra bellum occidiſſent hominem, lavare, potum ſumere, multoque magis ſacra facere *Declaratio cum quæſtionibus affinibus.*

 fas

Digitized by Google

§. 25. Sed etſi machinationem adhibitam in necem conjugis effectus conſequutus non fuerit, (559) ſi inſidiator alteri ſupervixerit, ſpe conjugii *c*) perpetuo de-

c) *c. 1. de divortiis.*

---

fas non erat, cum his, qui in bello, fas erat. Putant vero Moraliſtæ, ſi alterutrum eorum, quæ ad hoc impedimentum requiruntur, videlicet promiſſio vel adulterium utriusque baptiſmum anteceſſit, impedimentum non contrahi: ut ſi infidelis vivente Uxore ſua promiſerit mulieri infideli matrimonium, & poſtea ambo ad fidem converſi adulterium committant. Facinus enim ante baptismum commiſſum ab Eccleſia non puniri, & perinde cenſeri, ac ſi non accidiſſet, quoad hoc impedimentum. P. Laymann. *d. l. n. 6.* Sed enim cum fidei matrimonialis promiſſio non ex Eccleſiaſtico jure ſuum capiat initium, ſed ex jure naturæ reſultet, nulla apparet ratio, cur talem promiſſionem ante baptiſmum factam Eccleſia attendere non debeat. Nec enim Matrimonium ita Eccleſiæ proprium eſt, ut inter infideles conſiſtere nequeat. Et per conſequens, cum impedimentum hoc ex naturali judicetur honeſtate, etiam ad infideles erit extendendum. Z.

ad §. 25.

Plura de machinatione mortis. (559) Utrum machinatio mortis phyſice fiat, an ſolum moraliter per juſſionem, aut conſilium, nihil intereſſe volunt, ſed hoc tamen requirunt, ut mors non tantum attentata ſit, ſed etiam executioni mandata, ita ut nihil deſit ex parte machinantis, quod mors non inſecuta fuerit. Paul. Laymann. *d. l. n. 1.* Cæterum ex hactenus dictis hoc notandum eſt, triplex ſtatui a Canoniſtis ex crimine tali impedimentum. *Primum* dicunt oriri ex machinatione mortis alterius conjugis, quo caſu non neceſſe eſt, ut accedat adulterium; requiritur tamen, ut & conjux, & altera perſona, cujus matrimonium ambitur, ad machinationem iſtam concurrant, & quidem animo ineundi matrimonii. *Secundum* ponit adulterium cum machinatione alterius tantum. Hoc ergo caſu ſufficit machinatio mortis ex una tantum parte, accedente tamen adulterio. *Tertium* ponit adulterium & ſimul

deſtitutus, (560) ad ſecundas nuptias nunquam aſpirare poterit: ſicut & in iis accidit, qui inceſtum admiſerunt, (561) ſacerdotem interfecerunt, (562) & aliis pluribus caſibus. (563)

Secun-

---

mul factam promiſſionem fidei conjugalis. Vid. Henr. Zoeſ. *ad tit. de eo qui dux. in matr. n. 1. 2. 3.* Z.

Iniquitas Juris Canonici.

(560) Durum id eſt, & anſam præbet ſcortationibus atque adulteriis, cum nec alias adulteranti parti poſt divortium novæ denegandæ ſint nuptiæ. Gerhard. *de conjug. n. 622.* Optime Lutherus: Die Laſter und Sünde ſoll man ſtraffen/ aber mit anderer Straffen/ nicht mit Ehe verbiethſen &c. *tom. 2. Jenenſ. German. lib.* vom Ehelichen Leben. Z.

Obſervatio affinit.

(561) Si tamen inceſtifici tales matrimonium contraxerint, non dirimitur iſtud, ſed perſonæ inceſtæ non licet debitum conjugale exigere, *c. 4. X. de eo qui cognov. conſ.* quod utrum conveniat ſtatui conjugali, ex ſupra dictis judicare licet. Z.

Alia iniquitas Juris Canonici.

(562) Cur vero tales matrimonio prohibeantur, in quod non peccarunt? Et quæ hæc proportio eſt propter ſacerdoticidium, naturæ appetitum non illicitum coercere, eique vim inferre? Iniqui ſunt naturæ æſtimatores Canoniſtæ, qui, dum vivicomburio addicere nequeunt ſacerdotis occiſorem, eum naturæ uſtionibus exponunt, ut vel hac ratione juſtam, ſi diis placet, vindictam exerceant. Z.

Qui ſint iſti plures caſus.

(563) Qui ſint iſti plures caſus, non exponit autor. Sunt vero Pontifices in prohibitione conjugii admodum faciles, ut vel hinc, qualis eorum ſit doctrina ex *1. Tim. IV. v. 1. & 3.* diſcere liceat. Sed quæ ipſa, ut naturæ & Scripturæ adverſa, nec recipi debet, nec recepta ſemper eſt. Refert Laymannus *in fin. operis num. 2.* aliqua ejusmodi crimina, ob quæ pœnitentiæ loco abſtinentia a conjugio decreta fuerit. Sed mox addit, impedimenta iſta per diuturnam conſuetudinem penitus eſſe ſublata. Z.

Secundæ nuptiæ abſque timore infamiæ intra annum luctus poſſunt celebrari, ſed non debent benedici, quocunque tempore contrahantur.

§. 26. Illud quoque admonendi ſumus, quibus caſibus ſecundarum nuptiarum permiſſa eſt celebratio, minime verendum eſt nupturis, ne ſi intra annum luctus ad ſecunda vota tranſeant, aliqua notentur infamia, *d*) Cum enim ſecundum Apoſtolum (564) mulier viro mortuo ſit ab ejus lege ſoluta, ejusdem ſententia & authoritate, omnis legalis infamia cenſetur abolita: cum in his præſertim ſeculares leges non dedignentur ſacros Ca-

d) *c. pen. & fin. ext. de ſecun. nupt.*

ad §. 26.

Defenditur Jus Civile contra Canonicum.

(564) Dictum Apoſtoli *1. Cor. VII. 39.* non tollit jus civile, nec ſequitur exinde, quia mulier libera eſt ab lege Viri, & nubere poteſt, cui velit, Ergo nubere poteſt intra annum luctus. Vid. Hillig *in Donell. enucl. lib. 13. c. 19. lit.* Z. Duæ autem vulgo redduntur rationes juris civilis 1. ut marito debitus præſtetur honos, 2. ut evitetur turbatio ſanguinis, generationis incertitudo, & ſuperfœtationis periculum. Prima ratio per ſe ſola nihil facit, quia etiam liberi ſummam parentibus debent reverentiam, & tamen eorum nuptiæ illico poſt obitum parentum celebratæ non notantur infamia, niſi dicere velis, reverentiam hic requiri in conjuge ſuperſtite ſingularem propter vinculi, quo antea ſibi invicem arctiſſime devinciebantur, memoriam. Potior ergo & ſumma ratio eſt in ſuperfœtatione & turbatione ſanguinis, quam etſi negent hodie Phyſicorum nonnulli, JCtos tamen veteres cum Hippocrate & Ariſtotele eam ſtatuiſſe, plurimi juris textus probant, Hahn. *ad Weſenbec. tit. de his qui not. infam. n.* 5. Et fortaſſe verior eſt ſententia, quæ ſuperfœtationem adſtruit, quam ſequuntur Paulus Zachias *quæſt. Medicolegal. tit. 3. qu. 4.* Sperling. *de format. hom. c. 4. q. 3.* Sanctiora hic itaque & æquiora legum ſcita, quam canonum.

Digitized by Google

Canones imitari. (565) Vir *e*) tamen & mulier ad bigamiam tranſiens, non debet a presbytero benedici: (566) quia cum ſemel benedicti fuerint (567) hujusmodi benedictio iterari non debet. DE

e) *c. vir autem ext. de ſecun. nupt.*

nonum. Hillig. *d. l.* Add. Spekhahn. *cent. 2. claſſ. 2. q. 10.* inprimis vero Gerhardus *Loc. de conjug. §. 198. ſeq.* Utrum autem præter infamiam, reliquæ etiam pœnæ, de quibus Ritterſhuſ. *in Novell. part. 4. c. 3. n. 8.* jure Canonico remiſſæ ſint, videri poſſunt Sichard. *ad rubr. Cod. de ſecund. nupt. n. 14. 15. 16.* Anton. Gabriel. *l. 3. concluſ. 5. 6. 7.* Gail. *2. Obſ. 98. num. 8.* Z.

Reſpondetur ad aliam objectionem.

(565) I. At non imitatus eſt Juſtinianus, qui locum Paulinum ſupra adductum optime novit, & nihilominus de infamia legem confirmavit. Neque id ullibi mutatum legitur. Vid. Marqu. Freher. *de infam. lib. 3. cap. 17. num. 15.* Z.

Monitum ad notam praecedentem.

II. Sed non ſufficit, haud mutatum eſſe Jus Civile, verum quæritur an ſit receptum. Jure Electorali Saxonico quidem adhuc exigitur annus luctus. Sed propterea non ſequitur, etiam infamen eſſe viduam, quæ contra fecerit. Conf. B. Strykium *in Uſ. mod. ad tit. de his qui notantur infamia §. 9.* & quæ dixi *in notis ad eund. titulum.* T.

Patrum & Canoniſtarum rigor contra ſecundas nuptias.

(566) Non apud Ethnicos tantum monogamia olim in laude fuit, & ſecundæ nuptiæ in vituperio, ſed etiam apud veteres quandoque Chriſtianos matrimonium iteratum minus elegantibus exceptum fuit elogiis. Hieronymus ipſe parum favet ſecundis nuptiis *princ. comm. in Hagg. & lib. 1. contr. Jovian.* ſed ex ludicra ratione, quia ſcil. ſecundo die creationis omiſſum fuit כי טוב quia bonum. In Concilio Neocæſarienſi *cap. 7.* ſtatuitur, presbyterum convivio ſecundarum nuptiarum intereſſe non debere, maxime cum præcipiatur, ſecundis nuptiis pænitentiam tribuere. Vid. ibi Franciſcum Longum a Coriolano. Similia paſſim leguntur alia, de quibus vid. Gerhard. *loc. de conjug. n. 178. ſeqq.* Z.

Impugnatur ratio Juris Canonici.

(567) Hæc ratio nec vera eſt, nec ſufficiens. Non ſufficiens, quia

Digitized by Google

DE REBUS SACRIS, SANCTIS, ET RELIGIOSIS.

TITULUS XVII.

Titulus ſequens ſolum ſubordinat ſequentia ad præcedentia.

§. I.

SAcramentorum breviter explicato tractatu, illorumq; ſectione ac natura cognitis, tranſeamus jam (568) ad res

---

Quia (1) non ad perſonas tantum, ſed ipſum etiam conjugium, quod initur, referenda eſt benedictio. Quoties igitur iteratur conjugium, toties etiam benedictio iterari debet, cum prius matrimonium per mortem penitus ſolutum ſit, & hinc etiam benedictio illi addita exſpiret. (2) quia viduæ jungi poterit adoleſcens, & viduo virgo, quibus antea benedictum non fuit. An ergo iſti a perſona jam antea benedicta accipient benedictionem, ſicut aqua non benedicta aquæ benedictæ juncta eandem acquirit virtutem? Sed hoc nugari eſt, & fingere. Non vera, quia ex eo potius benedictio negata fuit olim, quod ſecundæ nuptiæ minus probatæ fuerint quibusdam Veteris Eccleſiæ Patribus. Sed & Canoniſtis iteratio nuptiarum contra honeſtatem eſſe dicitur, aut ſi omnino in genere honeſtorum admittunt, honeſta eis dicitur fornicatio. Sic enim legitur *in c. hac ratione 31. q. 1. ſecundam quidem accipere ſecundum præceptum Apoſtoli licitum eſt, ſecundum autem veritatis rationem vere fornicatio eſt, ſed cum permittente DEO publice & licenter committitur, fit honeſta fornicatio* &c. Illa plane frivola ratio eſt, quod ex ſecundis nuptiis contriſtetur anima mariti defuncti, quam refert Joh. de Nevizanis *in ſylv. nuptial. l. 2. n. 31. 32.* Z.

TIT. XVII.

Repetiio ex lib. 21, tit. 1.

(568) Scilicet repetendum hic eſt *ex tit. 1. hujus libri.* Res Ec-

res ſacras & ſanctas, (569) quales ſunt (570) eccleſiæ, altaria, Sanctorum in his conditæ reliquiæ, vaſa, veſtes & ſimilia ad divinum cultum principaliter comparata. Pau-

Eccleſiaſticas de quibus in hoc libro agitur, eſſe vel ſpirituales vel temporales, ſpirituales, vel incorporales vel corporales, corporales vel ſacramenta, vel res divini juris, id eſt ſacras, ſanctas & religioſas. Sed repeti etiam debent, quæ de ſingulis his diviſionibus ſupra *nota 2. 3. 5. 6. 8. 9. 12. 13. 14. 15.* & in ſpecie de diviſione rerum in ſacras, ſanctas & religioſas *nota 16.* obſervavimus, & quænam ſub iisdem lateant arcana Politica monſtravimus. T.

(569) Non ſemper diſtinguuntur hæc nomina, ſed indiſcrete ſæpe uſurpantur. *Sanctum,* inquit Trebatius apud Macrob. *3. Satur. 3. interdum idem eſt, quod ſacrum, itemque quod religioſum, interdum aliud, nimirum, quod venerabile, incorruptum, inviolatum eſt* &c. Sic & religioſi appellatione etiam ſacra contineri, ex ſignificatione vocabuli religionis haud fruſtra quis dixerit. Alias tamen ſacrum differt a ſancto & religioſo, quod omne ſacrum eſt ſanctum & religioſum, non e converſo. Sunt enim & muri & portæ civitatis, & homines aliqui ſancti, qui tamen ſacri aut ſacrati non ſunt; religioſus etiam locus dicitur ſepultura quæ tamen ſacrata non eſt. Verum plerumque jure etiam Eccleſiaſtico, quicquid eſt ſanctum vel religioſum, large dicitur ſacrum, & vice verſa, & Eccleſia quandoq; dicitur ſacra, quandoque ſancta quandoq; etiam religioſa. Auguſtin. Barboſ. *de jur. Eccl. lib. 3. c. 3. num. 9 10.* Add. Dd. *ad §. 8. 9. & 10. Inſt. de R. D.* Z. *Ambiguitas rerum ſacrarum, ſanctarum, religioſarum.*

(570) Quales ergo, an ſacræ, an ſanctæ? Cur non definivit Lancelottus res ſacras & ſanctas? Neque enim ſufficit excuſatio ex nota præcedente, quod res ſacræ, ſanctæ, & religioſæ ſumantur promiſcue. Nam ſi hæc ejus fuiſſet intentio, non debuiſſet ſupra *tit. 1. §. 2.* res ſacras & ſanctas ut diverſas ſpecies recenſere, & tam ibi quam hic res religioſas ab utriſque diſtinguere. Si diſtinctionem illam, ut videtur, mutuati ſunt Canoniſtæ a jure Juſtinianeo, debebant etiam *Confuſio nova Canoniſtarum.*

Digitized by Google

Paulo mox (571) & de religioſis dicturi, ut ſunt, religioſæ domus, xenodochia, cœmetria, & ſepulturæ.

DE CONSTRUENDIS, CONSECRANDIS, ET REPARANDIS ECCLESIIS, ET ALTARIBUS.

TITULUS XVIII.

Non licet celebrare, niſi in templis conſecratis, niſi ex privilegio, vel ex cauſa neceſſitatis.

§. 1.

a) c. eccleſia de conſ. diſt. 1.

ECcleſiam *a)* hoc loco (572) accipimus non tam Chriſtianorum multitudinem, (573) fideliumque congre-

---

Arcanum Politicum ſub ea latens

etiam conceptus Juris Civilis retinere, aut alias definitiones tradere. Quod cum non fecerint, indicium præbet hæc confuſio vel ſtupiditatis ſummæ, quæ in Canoniſtis non præſumitur, vel fraudis piæ, intendentis, ut laici vel confundantur vel decipiantur, & rationem ſuam ſub fide captivent, ac Canoniſtis credant, quicquid his placuerit perſuadere Laicos de his rebus, etiamſi minime cohæreant illæ doctrinæ, vel ſibi aperte contradicant. T.

Connexio titulorum ſequentium.

(571) De rebus igitur ſacris & ſanctis agitur *titulo 18. ad titulum 21.* de religioſis, *tit. 23. & 24.* de temporalibus *tit. 25. ſeq.* T.

TIT. XVIII.

ad §. 1.

Ambiguitas Eccleſiæ.

(572) De vocabulo Eccleſiæ vid. Selden, *de Synedr. lib. 1. c. 9. p.* 275 Nic. Fuller. *l. 2. miſcell. c. 9.* Dav. Blondell. *in apol. de Epiſc. & presb. p. 218.* Franciſc. a Victoria *Relect. 1. n. 1. 2. 3.* Z.

Latens arcanum ſub ea.

(573) Repetendum ex *nota 3.* quibus ex cauſis Eccleſiæ vocem Canoniſtæ a genuino hoc ſenſu detorſerint in ſignificatus plane alienos vel pro Clero dominante, vel pro templo. Ubi etiam ex autoribus hic a Zieglero allegatis nonnulla adduxi. T. (574)

Digitized by Google

gregationem, quam manufactum ipſum templum Dei, & orationis domum, ab eo, quod continetur, ejus quod continet ſumpta denominatione. (574) Sicut ergo non alii, *b*) quam ſacrati Deo ſacerdotes, (575) ſacramenta miniſtrare debent: ſic non in aliis, (576) quam in Domino conſecratis locis cum ſuis altaribus, vaſis, veſtibus, & reliquis ad divinum cultum explendum utenſilibus,

b) *c. ſicut non alii & c. 2. de conſ. diſt. 1.*

(574) In verbis ſimus faciles, & feramus ex hac ratione illam denominationem, modo non detorqueantur dicta ſcripturæ de Eccleſia ad hunc ſignificatum, modo non templa habeantur pro rebus ſpiritualibus, ut faciunt Canoniſtæ, quia nempe cœtus fidelium, Eccleſiæ nomine denotatus, debet eſſe ſpiritualis. T

Quod ulterius declaratur.

(575) Scilicet ordinarie. Extraordinarie enim & in caſu neceſſitatis etiam a Laico baptiſmum conferri poſſe, autor ipſe propoſuit ſupra. Z.

Limitatio.

(576) Quia conſecratio templorum nullum ſpeciale DEI mandatum habet, fruſtra alligabitur cultus divinus ejuſmodi ceremoniæ. Et Athanaſio quidem jam olim crimini datum, quod conventum habuerit in magna Eccleſia, priusquam conſecrata ea & conſummata fuiſſet. At cum ea res majeſtatis crimen involveret, quod ſine Imperatoris mandato templi conſecratio fieri non poſſet, & conventus ille non abſimilis videretur dedicationi, crimen illud ita diluit Athanaſius *in Apol. ad Conſtant.* nunquam hanc veteres inceſſiſſe ſuperſtitionem, ut in loco non dedicato ſacra agere nefas putarent. Nec impietate caret, quod ceremoniarum apparatui opinio meriti & ſpiritualis ſanctitatis efficacia adſcribitur, uti hodie volunt Pontificii. Et imo ipſe Pontifex Gregorius IX. reſpondet de Eccleſia, in qua divina myſteria celebrantur, licet adhuc non extiterit conſecrata, quod privilegium immunitatis illi non ſit denegandum *c. Eccleſiæ 9. X. de immun. Eccl.* Licebit ergo ex mente Gregorii in Eccleſia nondum conſecrata divina myſteria celebrare, add. Camill, Borell, *Deciſ. tit.*

Contra neceſſitatem conſecrationis templorum. Cœmeteria olim templorum loco.

2, n.

bus, (577) itidem conſecratis, ſacrificia offerre licet: niſi quis ſuper hoc ſpeciali ſit privilegio munitus, (578) vel ſumma coegerit neceſſitas, (579) utpote, *c*) quia combuſta ſit eccleſia, quo caſu, donec illa reſtauretur, in ca-

c) *c. concedimus de conſ. diſt. 1.*

---

2. n. 40. Sed & cœmeteria olim templorum vice fuiſſe, poſt Onuphrium Panvinium *de rit. ſepel.* monet Joh. Steph. Durantus *de ritib. Eccl. cathol. l. 1. c. 33. n. 3.* Collectam autem ad cœmeteria magnam fuiſſe plebem, ex Prudentii de cœmeterio Cyriacæ in agro Verano & Hippolyti carmine docet Joh. Lud. de la Cerda *adverſ. ſacr. c. 86. n. 10.* Z.

Superſtitio rituum Pontificiorum.

(577) Quæ plerumque *ex* ἐθελοθρησκείᾳ nata denſiſſimæ ſuperſtitionis argumenta præbent. Quorſum enim iſta? ut conſecretur in altari tribus mappis cooperto, ut adſint luminaria cerea, ut nihil omittatur ex veſtibus ſacerdotalibus, ut hæ & mappæ ſint ab Epiſcopo benedictæ, ut adſit calix cum patena conveniens, cujus cuppa debeat eſſe argentea, vel aurea, vel ſtannea, non ærea vel vitrea, ut corporalia ſint munda, & ex lino nec ſerico in medio ornata. Nobis quidem in ſacris noſtris plurima etiam talia adhibentur, ſed ad ornatum tantum , & ita , ut inter adiaphora ſemper recenſeantur, non ad ſuperſtitionem, nec ex neceſſitate. Utrum autem Epiſcopus poſſit in aliena diœceſi cum paramentis Epiſcopalibus, mitra, baculo &c. celebrare, litigant adhuc pontificii, uti videre licet ap. Thom. Hurtad. *tr. 2. reſolut. 22.* Z.

Diſſenſus Becani.

(578) Aliter ſentire videtur Becanus *part. 3. tr. 2. c. 25. part. 2. q. 7. Altare lapideum conſecratum.* inquit, *ita eſt neceſſarium, ut ne quidem Pontifex diſpenſare poſſit: lumen vero ſeu lucerna aliqua ardens, ut ſine ea celebrare, ſemper ſit peccatum mortale.* Z.

Limitatio dictorum de neceſſitate.

(579) Neceſſitatem hanc non in omnibus agnoſcit Joh. Chifletius JCtus *libr. de Euchariſtia reis non neg.* dum ait: *Eccleſia ob ſacramenti reverentiam permittit potius hominem mori absque viati-*

Digitized by Google

capellis (580) cum ſacrata tabula (581) celebrari poterit.

Conſtitutis in itinere licet celebrare ſub dio, & celebrans in privatis domibus eſt deponendus.

§. 2. In itinere, *d*) quoque conſtitutis eccleſia non reperta, ſub dio ſive in tentoriis, (582) ſi tabula altaris, cæteraque ſacra miniſteria adfuerint, miſſarum ſolennia (583) celebrari permittendum erit: alioqui ſi quis in *d) c. concedimus. verſ. in itinere. de conſ. diſt. 1.*

---

viatico, quam ſacerdotem ſine ſacris veſtibus celebrare ad conſecrandam hoſtiam, quæ illi moribundo miniſtretur. Z.

(580) De origine hujus vocabuli vid. Schard. *in Lexic.* Henr. Spelman. *in Gloſſar.* Z. *Capella unde?*

(581) Superſtitioſum hoc eſt, & ſequioris ſeculi inventum, quod non niſi in ſacrata tabula adminiſtrare liceat. Tabulam autem iſtam volunt eſſe lapideam, lapidem ipſum ad minimum tantæ quantitatis, ut in ipſo poni poſſit major pars calicis & hoſtiæ, neque admittunt, ut duo lapides ſibi ita ligno aut ferro jungantur, ut in altero hoſtia, in altero calix poni queat. Lapidem iſtum inſuper volunt eſſe conſecratum, & quidem cum inſertione reliquiarum, quas volunt eſſe de eſſentia conſecrationis. In genere dicunt maxime peccari, ſi quid tale omiſſum fuerit, graviſſimum autem eſſe peccatum, ſine omni altari celebrare. Thom. Hurtad. *tr. 2. reſol. 23.* Quæ omnia apertiſſimam continent ſuperſtitionem. Z. *Superſtitiones circa ſacratam tabulam.*

ad §. 2.

(582) Ita Conſtantinus Magnus portatilem ſecum vehere conſuevit ſcenam Eccleſiaſticam, ut haberet tabernaculum ſacrum ordinario cultui divino & diſpenſandis myſteriis accommodatum. Sozom. *l. 1. hiſt. Eccl. c. 8.* Z. *Tentoria ſacra.*

(583) De miſſis hiſce quid ſentiendum, diximus ſupra, *tit. de Euchariſtia.* Z. *Remiſſio.*

Digitized by Google

e) can. clericos. de conſ. diſt. 1.

in oratoriis *e*) intra privatas domos (584) conſtitutis, ſine conſenſu Epiſcopi hoc facere auſus fuerit, deponendus erit.

Epiſcopus excreſcentibus fidelibus, novam eccleſiam conſtruere poteſt, & unam in plures dividere.

§. 3. Conſtituuntur autem eccleſiæ, vel ob incrementum populi, vel ob commoditatem plebium, vel certæ univerſitatis intuitu, aut in paſtoralis dignitatis privilegium. Ob incrementum populi tunc nova conſtituenda eſt eccleſia, cum certis in regionibus adeo multitudo fidelium excrevit, ut illorum curæ unica ſit impar eccleſia. Sicut *f*) enim ea ratione unus Epiſcopatus

f) can. præcipimus. §. ſi cui 16. quæſt. 1.

Varia de ſacellis privatis.

(584) Invaluit circa ſeculum octavum & nonum ſacellorum & oratoriorum privatorum uſus, juxta quem proceres & qui opulentiores erant, ſtructa in domibus ſuis vel palatiis ædicula, neglectis publicis conventibus, a conducto mercede ſacrifico rem divinam fieri curabant. Et Luitbrandum Longobardorum Regem primum ſibi in ſuo palatio conſtruxiſſe oratorium, autor eſt Paulus Warnefridus *lib. 6. de geſt. Longobard. c. 58.* Jam diu tamen Concilium Laodicenum *can. 57.* in domibus oblationes celebrari ab Epiſcopis vel presbyteris, prohibuerat. Idem repetit Synodus quiniſexta in Trullo habita, Concilium Nicenum ſecundum, Cabilonenſe, Aquisgranenſe, & plura alia, maxime Concilium Pariſienſe habitum Ludovico pio imperante, in quo Epiſcopi congregati *L. 3. c. 19.* orant Imperatorem, ut presbyteros & capellas palatinas abroget, quo diebus ſollennibus proceres & palatini miniſtri ad publicas miſſarum celebrationes teneantur accedere. Quanta vero inter privatos ejusmodi ſacrificulos tum fuerit ruditas & morum pravitas, docet querela Agobardi Lugdunenſis in Gallia Epiſcopi *in tractat. de privileg. & jur. ſacerdot.* Et hinc quidem miſſæ ſolitariæ tum introductæ maximum acceperunt incrementum. Z, ad

Digitized by Google

patus in duos, Antiſtitis (585) accedente voluntate, dividi poteſt: ſic etiam Epiſcopus de baptiſmalibus (586) & parochialibus (587) eccleſiis, Rectorum accedente conſenſu, facere poteſt: quod cum factum fuerit, illa pars populi, quæ novis eccleſiis ſupponitur, a jure prioris eccleſiæ abſolvetur.

Plures baptiſmales eccleſiæ non debent fieri ſub una terminatione, & terminationis controverſia dirimenda eſt judicio plebium, vel ſorte.

§. 4.

---

ad §. 3.

Antiſtes quis?

(585) Per Antiſtitem hic intelligi debet ipſe Epiſcopus, ut cum ejus bona gratia diviſio fiat. Nec tamen præteriri debet conſenſus Archi Epiſcopi, cum omnis mutatio Eccleſiarum fieri deceat cum conſenſu ſuperioris. Quodſi territorii Dominus ſuum quoque neceſſarium vult eſſe conſenſum, neque hic negligendus eſt, quicquid etiam dicat Auguſtinus Barboſa *lib. 2. de jur. Eccl. c. 2. n. 3.* Pertinet enim hæc res ad poteſtatem Eccleſiaſticam externam, quam Principi competere alias diximus. Z.

Quid Eccleſia baptiſmalis.

(586) Chriſtiani olim, ubi tranquillitas data erat Eccleſiis, baptiſteria ampliſſima & quidem templis adjuncta, unum ſcilicet per ſingulas Urbes, exædificarunt. Onuphr. Panvin. *lib. de præcip. Urb. Rom. baſil.* & quidem in paratis ibi fontibus vel alveis, in quos plerumque per gradus erat deſcenſus; baptiſmus enim per immerſionem ordinarie peragebatur. Poſtea exſtrui cœperunt baptiſteria intra Eccleſiam prope *πρόναον* ſeu veſtibulum. Atque hinc Eccleſiæ baptiſmales dici cœperunt. Z. Repete ſupra *not. 90.*

Eccleſia vel cathedrales, vel collegiata, vel parochiales.

(587) Diſtinguuntur alias Eccleſia Cathedralis, collegiata, & parochialis. Cathedralis Eccleſia dicitur illa, in qua Epiſcopus ipſe cum collegio ſeu capitulo reſidet. Collegiata eſt, quæ collegium habet, nullum tamen apud ſe Epiſcopum, ſed Epiſcopo Eccleſiæ cathedralis ſubeſt, quippe qui plures collegiatas Eccleſias ſub ſe habere poteſt.

Digitized by Google

g) c. plures baptiſmales, 26. q. 1. §. 4. Plures *g*) tamen baptiſmales eccleſias in una terminatione facere non poterit. Quod ſi de terminatione duarum matricum eccleſiarum contentio fuerit, plebes utrarumque diſcernent: quod ſi non convenerint, Dei judicio (588) controverſia diſcernetur.

Non eſt perjurus Epiſcopus fabricans eccleſiam, licet juraverit non alienare eccleſiaſtica.

§. 5.

teſt. Parochialis Eccleſia conſtat ex conventu & congregatione civium cohabitantium. In illis prioribus Clerici omnes ſunt in dignitate, eaque annexam habet jurisdictionem. In hac Clerici nullam dignitatem, ſed perſonatum tantum habent, hoc eſt, curam animæ & beneficia curata ſine jurisdictione. Jure pontificio baptiſteria ſolis conceſſa ſunt parochiis *c. 2. X. de capell. monach.* Joh. Coraſ. *de offic. elect. dign. & benef. p. 4. c. 4. num. 22.* ex quo tamen inferre non licet, quod omnis parochialis Eccleſia etiam ſit baptiſmalis, cum nihilominus parochialis eſſe queat ſine baptiſterio. Aug. Barboſ. *de jur. Eccl. lib. 2. c. 1. n. 26.* Cæterum ad parochialem Eccleſiam poſt alios requirit Camillus Borellus *in deciſ. tit. 2. n. 17.* (1) ut in ea adſit ſacerdos habens poteſtatem ligandi, (2) ut habeat certos fines, (3) ut curam exerceat nomine ſuo. (4) Ut ſolus & non cum aliis adminiſtret, quod ultimum tamen non videtur excludere diaconos. Z.

ad §. 4.

Dei judicium quid? Cur plebi hic quid relictum? (588) Id eſt ſorte. Sortes enim diviſorias quibus utuntur homines, ut ſciant, quid utrique tribuendum ſit, non damnant Canoniſtæ, cum nec ſuperſtitionis quid contineant, nec ordinentur ad rei incertæ cognitionem, nec contineant aliquam invocationem dæmonis. Vid. Martin. Azpilcuet. Navarr. *tom. 3. cap. 11. n. 38.* Sixt. Senenſ. *bibl. ſanct. lib. 5. annot. 166.* Illud miror, quod patiantur Canoniſtæ terminationem Eccleſiarum a plebibus fieri, cum tamen his omnem in rebus ſacris diſpoſitionem alias interdicant. Z.

ad

Digitized by Google

§. 5. Nec *h*) quicquam Epiſcopo obſtiterit, quod de rebus eccleſiæ non alienandis juraverit. Nam & tali non obſtante juramento, (589) populo indigenti ſuper baſilicarum inſtitutione ſalubriter providere poterit, & debebit. *h) c. fin. de eccleſ. ædific.*

Ob commoditatem plebium nova eccleſia ædificari poteſt, quæ tamen matrici honorem exhibere debet.

§. 6. Plebium *i*) commoditas tunc novam ædificare ſuadet eccleſiam, cum parochianorum pars adeo diſtat a veteri, ut certis temporibus (590) non ſine magna difficultate, & periculo illam adire, & ibi congruis temporibus divinis intereſſe, & ſacramenta percipere poſſint: quo quidem caſu maxime ſi miniſtro (591) commode pro ſuſtentatione ſua provideri poſſit, nova quidem *i) c. ad audientiam. cl. 1. de eccl. ædific.*

ad §. 5.

(589) Ratio eſt, quia juramentum ad ea, quæ de novo accedunt, non extenditur, *arg. c. 2. X. de renunc.* & juramentum ſemper recipit eam interpretationem, ſi res maneat in eodem ſtatu. Quæ igitur de novo emergunt, novo etiam indigent auxilio. Cum præſertim non moraliter tantum, ſed phyſice etiam per templi anguſtiam & nimium populi incrementum ad conſtitutionem novæ Eccleſiæ urgeatur Epiſcopus. Z. *Ratio.*

ad §. 6.

(590) Tempore ſcilicet hyberno, & cum pluviæ nimiæ inundationes faciunt. Z. *Explicatio.*

(591) Illi ſcilicet qui in nova Eccleſia conſtituendus eſt. Sed & Eccleſia matrix ita reditibus abundare debet, ut ejus miniſter ſufficientia poſſit habere alimenta, & ut carere poſſit proventibus illis, qui ex villa, in qua ædificari debet nova Eccleſia, hactenus fuerunt exhibiti. Z. *...dia.*

(592)

dem erit eccleſia conſtruenda, ſed a filiali (592) matrici eccleſiæ pro facultate loci (593) competens honor exhibendus erit.

Univerſitatis intuitu poteſt nova eccleſia ædificari, utputa pro leproſis.

k) *c. 2. extr. de eccl. ædifi.*

§. 7. Univerſitatis intuitu nova eccleſia ædificari permittitur: veluti cum plures ſimul leproſi *k)* ſub communi vita congregati fuerint. (594) Iis enim, quod eccleſia cum cœmeterio, & quod proprio gaudere valeant

Eccleſia matrix & filia.

(592) Matrix Eccleſia dicitur quaſi aliarum ædicularum & capellarum mater, quas ſcilicet ſibi ſubjectas habet, quæque proinde filiæ dicuntur. Petr. Rebuff. *de decim. q. 6. n. 7.* Z.

Requiſita hodierna.

(593) Loquitur ergo de tali hic honore, qui ex collatione agrorum aut annua præſtatione provenit, *c. 3. X. de Eccleſ. ædif.* De hac parochiarum diviſione quid agitatum fuerit in Concilio Tridentino, vid. ap. Petr. Suav. *lib. 6. p. 559.* Communiter hodie requirunt 1. allegationem juſtæ cauſæ & ejus probationem. 2. Conſenſum parochi Eccleſiæ prioris. 3. Autoritatem Epiſcopi & ejus decretum. 4. Conſenſum parochianorum, aut ſaltem majoris partis. Vid. Joh. Bapt. Coſta *remed. ſubſid. 73.* Z.

ad §. 7.

Eccleſia leproſorum.

(594) Solent leproſi propter contagii periculum a cæterorum conſuetudine procul amoveri, & extra portas plerumque collocari, qua ex cauſa transportanei dicuntur Caſſiodoro *lib. 10. var.* Quo circa ſi tot leproſi fuerint congregati, ut Eccleſiam cum cœmeterio ſibi conſtruere valeant, uti dicitur *c. 2. X. de Eccl. ædif.* id eis denegandum non eſt, Sed etſi conſtruere non valeant, puto ſeorſim illis ſacra adminiſtrari debere, ne vitiliginea humorum colluvie polluti aut purulento halitu aut aliis contagioſis exhalationibus reliquos contaminent, & inficiant. Z.

(595)

Digitized by Google

leant privilegio, permittendum erit. Cavebunt tamen hi, ut injurioſi (595) veteribus eccleſiis de jure parochiali nequaquam exiſtant. Nec enim quod eis ob pietatem indulgetur, ad aliorum injuriam flecti convenit.

Epiſcopo conceditur pro ſepultura propria eccleſiam ædificare, aut novum monaſterium conſtruere.

§. 8. Epiſcopo *l*) quoque in ſua parochia (596) novam eccleſiam ædificare permittitur. Sed multum intererit, eccleſiam monaſticis informandam regulis conſtruat, an vero ex alia cauſa, forte pro propriis erigere velit ſepulturis: cum primo caſu eandem ex rebus eccleſiæ, cui præſidet, usque ad quinquageſimam tantum partem dotare debeat: ſecundo vero non amplius, quam centeſimam (597) conferre licebit, ea quoque adhibita cautela, ut unam tantummodo ex his duabus remunerationem eligat.

l) *can. bonæ rei pen. 1 zq. 2. & c. pen. de donat.*

Quæ

(595) Hoc eſt, ne jus parochiale veteris Eccleſiæ ullo modo infringant. Quod ſi tamen ipſi impetantur, quin defendere tum jura ſua poſſint, nullus dubito. Z. *Quid ſit h. l. injurioſus?*

ad §. 8.

(596) Ἐνορίαν Græci & παροικίαν dixere proprie territorium illud vel regionem univerſam, quæ ſub Epiſcopo Civitatis erat: ἐπαρχίαν vero i. e. provinciam, quæ ſub Metropolitano: διοίκησιν autem multarum provinciarum complexionem, quæ patriarchæ ſubeſt. Vid. Euchariſticon *de regionib. & Eccleſ. ſuburbicar. c. 4.* Z. *Enoria, Paroecia, Eparchia, Diœceſis.*

(597) Imo ne centeſimam quidem aut quinquageſimam, ſi inde grave Eccleſiæ inferatur damnum. *c. 9. X. de donat.* Proportio autem dupli menſuratur ex commodo ædificationis, quia plus vide- *Limitatio.*

Digitized by Google

Quæ ſervari debent in conſtruenda eccleſia, vel conſecranda, & quod eccleſia indotata conſecrari non debet.

m) can. nemo eccleſiam de conſec. diſt. 1.

§. 9. Quacunque tamen ex cauſa nova extruenda ſit eccleſia, obſervandum eſt in primis, ut civitatis Epiſcopus, (598) *m*) ſine cujus aſſenſu, (599) id inchoari non debet, ad locum veniat, (600) in quo crucem ipſe figet,

---

tur prodeſſe, qui monaſterium ædificat, quam qui Eccleſiam ſuo ſepulchro deſtinat. Z.

ad §. 9.

Unde conſenſus Epiſcopi neceſſarius?

(598) I. Quod Epiſcopis ſolis conſecrandi hoc munus competat, non eſt ex jure divino, ſed ex conſuetudine & jure Eccleſiaſtico. Vid. Blondell. *apol. de Epiſc. & presbyt. ſect. 3. pag. 149.* Z.

II. Refert idem *de Epiſcopis lib. 3. c. 6. §. 1. ſeq.* in concilio Chalcedonenſi *canone 4.* conſtitutum legi, quod ideo conſenſus Epiſcopi ad extruendas Eccleſias & monaſteria requiſitus fuerit, quia multi monachi circumcurrerent, humana & divina confundentes, atque conſtructis & ædificatis per eos oratoriis plebem a parochis ſuis abſtrahentes & ad ſe allicientes. Porro latius de hoc inſtituto egit Juſtinianus *Novella 67. c. 1. Nov. 131. c. 7.* Eodem tendit canon concilii Aurelian. nſis & Gratianus *cap. nemo de conſecr. diſt. 1.* T.

Prædeliberanda in extructione Eccleſia.

(599) Prius enim exquirendum eſt, an fructus & reditus adſint ſufficientes, ut & Eccleſia conſtrui, conſtructa conſervari, & miniſtri Eccleſiæ ſuſtentari queant, num ædificium loco fiat congruo, num cauſa juſta ædificandi adſit, num fiat ædificatio in præjudicium alterius &c. Vid. Didac. Spino a Caceres *in ſpecul. teſtam. gloſſ. 3. n. 9. ſeq.* Jacob. Goar. *in Euchólog. fol. 609.* quæ omnia ab Epiſcopis & in hiſce provinciis ab Conſiſtoriis, quæ principis ſuſtinent vicem, expediri neceſſe eſt. Z

Quid attendere debeat Epiſcopus in extruenda Eccleſia.

(600) Ante omnia diſpiciat Epiſcopus (docente eodem Zieglero *d. l. §. 4. ſeq.*) ut area quæ Eccleſiæ ædificandæ deſtinatur, a proprietate dominii privati liberetur, cum leges Longobardicæ, & capitularia

Digitized by Google

laria Francica ibidem adducta, doceant, multis abuſibus datam fuiſſe occaſionem, ſi privati dominium in Eccleſias retinuerint. Etſi vero omnem ejus loci, in quo ædificari debet Eccleſia, proprietatem abdicare oporteat donatores, non tamen propterea etiam Principis debet ceſſare imperium, quippe quod ſalvum & integrum maneat, etiam poſtquam Eccleſia conſecrata eſt. Agnovit imperium hoc in Eccleſias ipſe Athanaſius, referente Socrate *lib. 2. Hiſt. Eccleſ. c. 23.* Videntur autem aliquando potentiores vel dominium ſibi reſervare voluiſſe fundi illius, in quo ædificationem Eccleſiæ intendebant, vel ſaltem Eccleſiam fundatam Epiſcopo diœceſano ſubjicere noluiſſe. Cujus rei ſi qua ſuſpicio ſubeſſet, ſolebat Epiſcopus in ipſa fundatione, quid expectandum eſſet ſibi, explorare, & in caſum denegatæ ſubjectionis conſecrationem prorſus recuſare. Idque comprobat ex relatione, quæ habetur in notitia donationum Eccleſiæ Salisburgenſis *cap. 9.* apud Caniſium *tom. 6. antiq. lect.* & ex concilio Valentino III. *cap. 9.* Secundum, quod attendere debuit Epiſcopus, fuit, ut diſpiceret, num juſta conſtitueretur dos, quæ miniſtris illius Eccleſiæ alendis ſufficeret. Eo tendit *c. nemo de conſecr. diſt. 1.* item *Nov. 67. c. 2.* Quodſi omnino ædificata jam fuerit Eccleſia, nec tamen congrua dos ei adhuc conſtituta, jubetur Epiſcopus conſecrationem tamdiu differre, donec conditio iſta adimpleta fuerit, in concilio Wormatienſi *can. 3.* & Bracarenſi II. *can. 5. c. piæ mentis 16. q. 7.* Poſtquam hæc expedita fuerint, jubet Juſtinianus *Nov. 67.* ut publicus actus eam in rem inſtitui debeat, ut majore cum autoritate locus ille ex hominum commercio eximatur, atque a reliquis fundis ſeparetur, & ut innoteſcat magis, quid agatur, ne cuiquam damnum inferatur, quod fieri facile poſſet, ſi in loco alieno Eccleſia fundetur. Utque ea res in oculos magis incurrat, publica proceſſio inſtitui debet, ita ut Epiſcopum habitu ſacro indutum comitentur tum Clerici tum Laici ejus civitatis, Hymnos & Pſalmodias cantantes, DEUMque pro felici ſucceſſu precantes. Tales enim proceſſiones Juſtiniani ætate in uſu fuiſſe, ex variis ejus conſtitutionibus plusquam manifeſtum eſt. Quæ quidem rejici nullo modo poſſent, niſi in ſuperſtitionem degeneraſſent,

 &

Digitized by Google

figet, (601) & publice atrium deſignabit, nec illam antea patietur ædificari, aut munus impendet conſecrationis, quam dotem baſilicæ, (602) & obſequium ipſius per donationem chartula confirmatam accipiat, quæ ad luminaria, (603) & ad cuſtodiam, & cuſtodum (604)

& gentilium inſtitutis propiores nos redderent, quam Chriſti monitis, uti conqueritur Polydorus Virgilius *lib. 6. de inventor. rer. c. 11.* T.

Monita de poſitione crucis

(601) Et orationem ibi dicet, *Novell. 67. c. 1.* Figenda autem eſt crux lignea in loco illo, ubi debet eſſe Altare, uti habetur in Pontificali Rom. Cæterum, uti ceremonias, quæ ad decentem ordinem in Eccleſia faciunt, non rejicimus, ita neque hanc crucis poſitionem reprehendimus, niſi ſuperſtitionis accedat opinio. Sed quia Pontificii ſignationem crucis habent pro medio ἐνεργητικῷ, atque per illud rei ſignatæ meritum Chriſti, & majorem ſanctitatem applicare, eamque a Diaboli inſidiis & inſultibus tutam præſtare inteudunt, non poſſunt hoc ſigno crucis, niſi male & ſuperſtitioſe uti. In Oriente ſunt quædam Eccleſiæ, in quibus poſt Epiſcopalem illam crucis fixionem, ubi perfectæ fuerint, alia crux Patriarchæ mandato ſigitur quæ propterea σταυροπήγια dicuntur. Et indicium hoc eſt, Eccleſiam iſtam jurisdictione Diœceſani exemptam, Patriarchæ immediate ſubjectam eſſe. Jacob. Goar. *in Eucholog pag. 612.* Z. Conf. eundem *d. l. §. 10. 11. 12.*

Dos Eccleſiæ ſufficiens.

(602) Nihil intereſt, a quo dos ea conſtituatur. Si tamen Eccleſia ædificata jam eſt, & nulla aſſignata adhuc dos, onus dotandi ex neceſſitate incumbit ædificanti, aut qui conſecrari eam fecit *c. cum ſicut. 8. X. de conſecr. Eccleſ.* Z.

Luminarium antiquitas, abuſus, ſuperſtitio.

(603 Luminarium adhibitio in ſacris inter adiaphora recenſenda eſt. Et uſi videntur iis veteres Chriſtiani præcipue ad externum ornatum cultus publici, & ne de magnificentia religioſi apparatus quicquam concederent geutilibus. Senſim tamen adhæſit huic ritui opinio religioſæ cujusdam neceſſitatis, quaſi impiam ſit & irreligioſum, ſine cere-

Digitized by Google

(604) ſtipendia, ſufficere valeat.

Conſtituenti novam eccleſiam poteſt novum opus nunciari.

§. 10. Sed *n*) ſi quis, dum nova conſtruitur eccleſia, aut proprium jus imminui, aut ſibi quoquo modo noceri exiſtimet, novi operis nunciatione conſulere ſibi poterit: poſtquam, ſi legitima non ſit impetrata remiſſio, quicquid ædificatum fuerit, ſive illud jure, (605) ſive injuria, omnino ædificantium impenſis deſtruendum erit, negotiumque ipſum ſecundum legum & canonum ſtatuta terminabitur. *Qui*

n) *c. 1. & ſeq. de novi oper. nunciat.*

cereis cultum adminiſtrare, uti ex Hieronymi adverſus Vigilantium libro patet. Acceſſit & hoc inſuper, quod Pontificii communibus cereis non contenti, ſacerdotales conſecratos & exorciſatos requirant, iisq; vim ſupernaturales effectus efficiendi pariter & ſignificandi tribuant, & eos in odorem ſvavitatis tanquam ſacrum incenſum & ſacrificium proprie dictum DEO offerant. Ita enim orat Archidiaconus, uti habetur in ritual. Rom. *In hujus noctis gratia ſuſcipe S. Pater incenſi hujus ſacrificium veſpertinum, quod tibi in hac cerei oblatione ſolenni, per Miniſtrorum manus de operibus apum S. ſancta reddit Eccleſia* &c. Quæ omnia, cum ſuperſtitioſa ſint, & opinionem de religioſa neceſſitate cereorum nec in S. literis fundatam, nec a primis Chriſtianis receptam, ſed a ſequiori & degenere poſteritate ſenſim introductam contineant, merito a nobis rejiciuntur, retentis tamen alicubi luminaribus & habitis inter adiaphora. Z.

(604) Cuſtodum nomine hic veniunt Rector & miniſtri Eccleſiæ reliqui. *Novell. 67. cap. 2.* Rochus de Curte *de jur. patron. p. m. 370. ſeq.* Aliter accipiuntur in *l. 1. C. Theod. de fid. cathol.* ubi Chriſtiani ad cuſtodiam templorum gentilium, ut inde vim arceant, adponi prohibentur. Z. *Quinam hic cuſtodes?*

ad §. 10.

(605) Si tamen notorium ſit, jus nunciandi nunciatori non *Plura de N. O. N. intuitu*

Qui præter Epiſcopi conſenſum eccleſiam conſtituit, facit jacturam juris patronatus.

§. 11. Diverſum ſtatuetur in ea, quæ præter Epiſcopi conſenſum conſtructa fuerit: *o)* hæc enim ſi nemini nocet, deſtruenda quidem non erit, ſed ob ſuperioris neglectum excluſo jure patronatus (606) cum dotibus ſuis Epiſcopalibus Juribus applicabitur.

o) c. nobis de jure patron. c. omnes baſilicæ 16. q. 7.

Eccleſia debet, quanto poteſt citius, conſecrari.

§. 12.

---

extruendarum Eccleſiarum. competere, ſperni poterit nunciatio impune. Vid. Dd. *ad tit. de nov. op. nunc.* Quin dubitare adhuc licet, utrum nunciatio novi operis, quam ex jure civili didicerunt Pontifices, ædificationem Eccleſiæ impedire debeat. Sane leges civiles noluerunt nunciationem novi operis locum habere tum, cum Reip. intereſt, ut primo quoque tempore novum opus fiat, uti patet *ex l. 5. §. 11. ff. de op. nov. nunc. l. 3. §. 8. ff. de riv. l. 1. §. 13. ff. de cloac.* Quod ſi igitur eodem modo populi interſit, ut nova, quam primum fieri poteſt, ædificetur Eccleſia, ſperni ſine dubio poterit iſta nunciatio. Accedit, quod ſtatuant nonnulli, cogi poſſe dominos, ut vendant prædia ſua, ſicubi ædificanda aut amplianda fuerit Eccleſia. Thomas Grammat. *deciſ. 75.* Anton. de Padill. *in l. altius C. de ſervit. & aq. n. 21.* Petr. Nicol. Mozz. *de empt. & vend. tit. de reb. n. 58.* Id ſi verum eſt, fruſtra fiet nunciatio novi operis ei, qui cogere poterit nunciantem, præſertim ſi poteſtas cogendi etiam ad eum caſum extendatur, quando ſola per ædificationem intenditur loci amœnitas, uti vult Joh. Bapt. Coſta *remed. ſubſid. 76. n. 9.* de quo tamen merito dubitat Antonius Merenda *lib. 1. controv. 30. n. 13.* Z.

ad §. 11.

Limitatio. (606) Non excludi id illico poteſt aut debet. Admittunt enim Canoniſtæ conſenſum Epiſcopi etiam ex poſt facto accedentem. Auguſtin. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcopi part. 3. alleg. 70. n. 21.* ſed, ut videtur, ex benignitate & in favorem Eccleſiæ, non ejus, qui ædificavit.

Digitized by Google

§. 12. Baſilica igitur legitime extructa non ante ſacris eſt deputanda myſteriis, quam munus conſecrationis (607) acceperit: quod ne qua divino cultui offeratur mora, quanto poterit citius, *p*) conficiendum erit. *p) c. fin. de conſ. eccl.*

Eccleſia conſecranda eſt ab Epiſcopo, qui prius baptizavit incolas regionis, ubi conſtructa eſt.

§. 13.

---

cavit. Neque tamen utile id ſemper erit Eccleſiæ ut patronus jure ſuo excidat, præſertim, ſi nondum ſufficienter fuerit dotata. Hactenus enim nihil obeſt Eccleſiæ, quod Epiſcopi conſenſus non fuerit petitus, nec ideo minus agere poteſt Eccleſia ad dotem conſequendam, confirmante & approbante ædificationem Epiſcopo. Petr. Gregor. *de beneſic. cap. 13. num. 12.* Z.

ad §. 12.

(607) I. Olim in conſecrationibus & dedicationibus templi primum Eccleſia convocabatur, tum verbum DEI & ſacramenta tractabantur, & denique precibus, hymnis, ac piis votis totus actus abſolvebatur. Adhibitæ tamen ſunt aliquando proceſſiones & aliæ honeſtæ ceremoniæ, quæ ex libertate Chriſtiana ſine ſuperſtitione convenientes videbantur; quemadmodum interdum etiam feſtivæ epulæ exhibitæ & xenia diſtributa ſunt. Et talis conſecratio illico cum baſilicis extructis tempore Conſtantini Magni cœpit, uti autor eſt Euſeb. *l. 10. c. 2.* Sequioribus temporibus plenæ ſuperſtitionis ceremoniæ eæque nec paucæ fuerunt additæ. Ita enim Bellarminus *tom. 1. contr. l. 3. de cult. ſanct. c. 5. Primo pinguntur duodecim cruces, & ante ſingulas accenduntur ſingulæ lampades. Deinde pulſatur templum & aperitur. Tum deſcribitur in pavimento ſuper cineres ad hoc ſparſos baculo paſtorali alphapetum Græcum ab uno angulo ad alium, & rurſus alphabetum Latinum ab alio augulo ad alium, ita ut inde crux fiat. Tum fit mixtura ex aqua, vino, ſale & cineribus & inde adſpergitur templum, ac demum templum & ara Chriſmate inunguntur.* Et his omnibus Pontificii non ſignifican- *Superſtitioſi ritus in conſecratione Eccleſiæ.*

ſicandi, ſed ſanctificandi etiam vim & virtutem tribuunt, ita ut templum ita conſecratum divina quadam virtute præditum exiſtimari debeat. Nec ſufficit illis Eccleſias ita conſecrare, ſed altaria in iisdem eadem ſuperſtitione dedicant & conſecrant. Petr. Peck *de Eccleſ. repar. c. 36. n. 3.* Add. Petr. Gregor. *de benefic. Eccleſ. c. 16.* Sed iſta, uti a priſtina Eccleſiæ puritate in ſuperſtitionem deviant, ita a noſtris Eccleſiis merito rejiciuntur. Vid. Blondell. *apol. de Epiſc. & presbyt. ſect. 3. p. 265. ſeqq.* Præterea nec illud ferri poteſt, quod non DEO ſolum, ſed & ſanctis ædificent & conſecrent Eccleſias. Sane fuerunt quidem jam olim ædes ſacræ in honorem Apoſtolorum, aliorumque ſanctorum erectæ; ſed honor ille non religioſus fuit aut divinus cum fiducia de illorum meritis & beneficiis conjunctus, ſed humanus & charitativus in honorifica eorum recordatione & commendatione virtutum, quibus claruerunt illi, conſiſtens. Diſerte Auguſtinus *l. 1. adv. Maximin. Nonne ſi templum alicui a S. angelo excellentiſſimo de lignis & lapidibus faceremus, anathematizaremur a veritate Chriſti & Eccleſia DEI, quoniam creaturæ exhiberemus eam ſervitutem, quæ uni tantum debetur DEO.* Cæterum effectus dedicationis, ſi quem peculiarem habet, eſt externa & ceremonialis ſanctitas ſeu ſeparatio hujus loci ab uſu communi & profano ad uſum ſacrum & Eccleſiaſticum publica Magiſtratus autoritate & communi ac ſolenni totius Eccleſiæ conſenſu ſancita. Hodie non conſecrari amplius, ſed benedici tantum Eccleſias, notat Didac. Spino a Caceres *in ſpecul. teſtam. gloſſ. 3. n. 14.* Z.

Illuſtratio notæ præcedentis. II. Illuſtrantur modo dicta per ea quæ Zieglerus latius docet *de Epiſcopis lib. 3. c. 7. §§. 5. prioribus.* Quando Eccleſiæ & ſplendidiora illa ædificia ædificari cœperint, & num veteres Chriſtiani ejusmodi baſilicas habuerint olim primis illis ſeculis, quoque tempore conſecrationis ritus introducti fuerint; ex profeſſo expoſuit Johannes Seldenus, *de Synedriis lib. 3. c. 15. ſeq.* Conſtantini Magni tempore conſecrationes Eccleſiarum multa cum ſolennitate peractas fuiſſe, teſtis eſt Euſebius *lib. 10. hiſt. c. 3.* Idem Euſebius *de vita* Conſtantini *lib. 4. c. 43. 44. 45.* refert, qua ratione ad dedicationem Eccleſiæ Hieroſolymitanæ ex omnibus provinciis convenerint non Epiſcopi tan-

§. 13. Et *q*) ſi dubitetur a quo dedicanda ſit, illud exquiri oportebit, cujus civitatis Epiſcopus, (608) antequam fundaretur, incolas baptizaverit, & ad cujus con-

q) *c. 2. de relig. dom.*

---

tantum, ſed innumerabilis etiam aliorum hominum multitudo; & quid in tanta feſtivitate actum fuerit. Atque illi ritus ſimpliciores erant. Sola enim hymnorum cantio, ſcripturarum publice prælectarum & explicatarum auſcultatio, Euchariſtiæ participatio, precum, ſermonumque ſacrorum recitatio totam feſtivitatem abſolvebant. Succeſſu temporis addita fuerunt alia, non tam pietatem quam ſuperſtitionem redolentia, de quibus actum in *nota præcedente*. Tum ex hiſtoria Athanaſii demonſtrat, non eſſe abſolute neceſſariam conſecrationem Eccleſiæ ad cultum divinum peragendum, & poſſe adeo in locis non conſecratis ſacra fieri. Confer ſupra *notam 576*. T.

Iterum de neceſſitate conſecrationum.

ad §. 13.

(608) I. Solis enim Epiſcopis poteſtatem conſecrandi competere dixit ſupra *l. 1. tit. 21. inf.* Sed hic plurima quotidie dat privilegia Pontifex Romanus, præſertim illis, qui apud Indos verſantur. Epiſcopum autem ſimplici ſacerdoti poteſtatem hanc mandare poſſe, negat Thom. Hurtad. *tr. 2. reſol. 25.* ubi tamen nimis jejune reſpondet ad *c. presbyter 26. q. 6.* concilium ſcil. ex quo canon ille deſumptus eſt, Africanum tertium, fuiſſe provinciale, & non potuiſſe diſpenſare in lege univerſali toti Eccleſiæ lata a Leone I. *in c. quamvis diſt. 68.* Quaſi vero Concilium Africanum III. poſt conſtitutionem Leonis I. habitum fuiſſet, cum tamen anteceſſerit ejus pontificatum integris quadraginta tribus annis. Nec probari poteſt, Leonis verba legis univerſalis vim habere, quippe quam ipſe illis vix tribuiſſet Leo. Sunt ea deſumpta ex *Epiſt. 36.* quæ eſt ad Epiſcopos Germaniæ. Tali ſcribendi genere non conduntur leges, nec Epiſcopi Germaniæ univerſalem conſtituunt Eccleſiam. Z.

Quæſtiones affines.

II. Idem de *Epiſcopis d. l. 3. c. 7. §. 6. ſeq.* ex eadem *Apologia Athanaſii ad Conſtantium Imperatorem* probat, non licuiſſe olim con-

Juſſum conſecrandi ab Imperatori.

Digitized by Google

Jus ad ſera- puei unt Pon- tifices.

conſecrationis feſtivitatem inſtituere ſine mandato & autoritate Imperatoris, cum adverſarii Athanaſii ei crimen læſæ majeſtatis impegerint, quod ſine mandato prævio Imperatoris Encænia celebraverit. Jus tamen iſtud regium vel indultu vel conniventia Imperatorum, vel etiam uſurpatione Pontificum in Romanam ſedem translatum ſequentibus temporibus fuiſſe, patet ex *c. 2. 3. 4. de conſecr. diſt. 1.* Iſta tamen præſumta Pontificis Romani autoritas non videtur in Gallia obſervata fuiſſe. Sane deteſtati fuerunt Præſules Galliæ factum Pontificis, quod is Cardinalem Legatum a latere miſiſſet, ut ſuo nomine baſilicam noviter ædificatam conſecraret, excluſo ordinario loci Archipræſule Turonenſi Rem geſtam & qua ratione illico poſt dedicationem a Cardinale peractam eodem die Eccleſia iſta repentino turbine impetita corruerit, refert Glaber Rudolphus *lib. 2. hiſtor. c. 4.*

Conſecratio qua ratione ad Epiſcopos pervenerit?

Utrum autem poteſtas hæc conſecrandi Epiſcopis ſemper propria fuerit, an vero cum presbyteris communis, aut ſaltem Presbyteris ab Epiſcopis committi potuerit, certo non conſtat. Certe prohibitio *c. miniſtrare 26. q. 6.* oſtendit, a presbyteris poteſtatem iſtam aliquando uſurpatam fuiſſe, nec alio, niſi Eccleſiaſtico jure axioma hoc Epiſcopis competere. Quo facit, quod generaliter ſola ordinatione excepta, ſtatuat Hieronymus *in epiſt. ad Evagrium.* utriusque, Epiſcopi ſcilicet & presbyteri, æqualem eſſe poteſtatem. *Quid enim facit*, inquit, *excepta ordinatione Epiſcopus, quod non facit presbyter?* Nec perſuaderi poteſt David Blondellus *apol. de Epiſc. & presb. pag. 285.* tot presbyteros olim ad propagandum Evangelium in peregrinas & longius diſſitas terras miſſos, nullam habuiſſe poteſtatem conſecrandi baſilicas, ſed aliunde conſecraturum Epiſcopum acciri debuiſſe. Quicquid hujus ſit, invaluit tandem hoc jus, quaſi fixum & perpetuum, ut a ſolis Epiſcopis conſecrationem Eccleſiarum fieri neceſſe eſſet. Et quidem, uti Eccleſia quævis noviter ædificata, Epiſcopo, cujus eſt ea diœceſis, ſubjecta eſt; ita etiam ab ipſo Epiſcopo conſecrari debet; nec alii fas eſt, ſine ejus permiſſione ad hoc officium ſeſe ingerere. **T.**

Digitized by Google

conſignationem (609) ſub annua devotione concurrerit atque is etiam ad conſecrationem vocandus erit.

Eccleſia ſemel conſecrata, non debet amplius conſecrari: nec dicitur iteratum, quod ignoratur ſemel factum.

§. 14. Eccleſiæ *r*) autem, vel altari ſemel Deo conſecratis non debet iterum conſecratio adhiberi: quia velut infans a ſacerdote (610) rite baptizatus non debet iterum baptizari, ita nec locus ſemel Deo dicatus, iterum conſecrari. Plane *s*) ſi de eccleſiarum, vel altarium conſecratione dubitetur, nec de ea, aut ſcriptura appareat, aut teſtes exiſtant, ſine ulla dubitatione erunt conſecranda. Nec talis trepidatio iterationem facit: quia iteratum dici non poſt, quod ſemel eſſe factum ignoratur.

r) c. eccleſiis ſemel. de conſ. diſt. 1.

s) c. ſolennitates & de eccleſiarum, & c. eccleſiæ vel de conſ. diſt. 1.

Eccleſia polluta debet reconciliari.

§. 15. Sed ſi eccleſia, aut *t*)ab igne exuſta, aut fuſione ſanguinis, (611) vel ſeminis, vel excommunicati

t) c. eccleſiis ſemel. verſ. niſi. de conſ. diſt. 1. c. propoſuiſti. c. conſuluiſti. & c. fin. de conſ. eccl.

(609) Hæc verba accipit Panormitanus de chriſmatione, *in c. 1. X. de relig. dom.* Sed ea potius videntur Euchariſtiæ Sacramentum quod annuatim diſtribuendum dixit ſupra, innuere. Z. *Conſignatio quid?*

ad §. 14.

(610) Conſecrationem templorum cum baptiſmo infantum ſub pari religione habere, quaſi eadem ſit conſecrationis ac baptismi neceſſitas, eadem virtus, idem repetitionis piaculum, præſumtuoſa quædam eſt ſuperſtitio & error minime ferendus. Z. *Superſtitio comparata conſecratio nis cum baptiſmo.*

ad § 15.

(611) Non omni effuſione ſanguinis pollui volunt Eccleſiam, ſed ea tantum quæ injurioſa eſt & injuſta. Unde per Sacerdotem *Qua effuſio ſanguinis polluat Eccleſiam.*

Digitized by Google

ti humatione polluta fuerit, (612) etiam ſi ſemel antea conſecrata appareat, nihilominus diligentiſſime expurgata,

dotem occiſum in Eccleſia ab aggreſſore pollui eam dicunt, non pollui per aggreſſorem occiſum a Sacerdote. Petr. Peck. *de repar. Eccleſ. c.* 37. Z.

Superſtitio pollutionis. (612) Fatetur gloſſa, eccleſiam non poſſe pollui a peccatis hominum, ſed iſtam reconciliationem fieri ad terrorem, ut homines inde intelligant, quod ex facto atroci etiam ſancta polluantur, ita ut inducantur ad cogitandum, quantum ſit elaborandum pro expiatione proprii peccati. Add. Zoeſ. *ad tit. de conſecrat. Eccleſ. n. 18.* Quid ergo opus eſt ſollenni hac & ceremoniali expurgatione, quæ non minus ſuperſtitioſa eſt, quam ipſa ab initio facta conſecratio? Cumque per primam conſecrationem ſanctitatem templo collatam velint Pontificii, utique ſanctitatem iſtam per pollutionem ei ablatam vix erit, ut negent Et mirum ſane, quod a fœmina menſtruata pollui Eccleſiam non perinde dicant. Sic enim præeuntem cauſari poſſent ſynodum Laodicenam, quæ *can. 44.* mulieres ad altare ingredi prohibuit, propter menſtrui ſc. fluxum, uti commentatur Zonaras. Simile quid conſtitutum ſeculo ſuperiore in Concilio Aquenſi; uti refert Lud. Odeſpoun. Presbyter Feronenſ. *p. 489.* Sed Pontificiis ſane idem reſponderi poterit, quod Donatiſtis olim ab Optato Milevitano *lib. 7. Quin & parietes lavare voluiſtis, in quibus humana non poſſunt poni veſtigia, parietes non calcare, ſed tantum videre potuimus. Si &, quod tangit aſpectus, lavandum eſſe cenſetis, cur cætera dimiſiſtis illota? Videmus tectum, videmus & cœlum, hæc a vobis lavari non poſſunt. ---- Cum igitur alibi quaſi diligentes videri vultis, alibi negligentes eſtis inventi, ſi tamen diligentia dicenda eſt ſtultitia, &, ut vero nomine appelletur, vanitas veſtra, niſi forte quia hoc faciendo in pavorem miſiſtis populos imperitos, ut, quia lota eſt columna lavarentur & corpora. Si in his rebus conſilium latet, miſeros ſubtiliter decepiſtis. Si talis res ſine conſilio geſta eſt, manifeſta eſt veſtra hebetudo.* Z.

(613)

Digitized by Google

gata, iterato conſecranda, (613) vel reconcilianda erit. (614)

Propter detrimentum altaris, ipſum altare, non eccleſia eſt iterum conſecranda.

§. 16.

(613) Hanc reconciliationem, perinde ut conſecrationem, a ſolo Epiſcopo fieri debere, nec alii inferiori Sacerdoti committi poſſe, Gregorius IX. primus conſtituit *c. 9. X. de conſecrat. Eccleſ.* addita ratione, quod, quæ ordinis Epiſcopalis ſint, non poſſint inferioris gradus Clericis demandari. Sed hoc ipſum eſt in quæſtione, utrum reconciliatio talis ad ordinem Epiſcopalem cum excluſione reliquorum Clericorum pertineat. Addunt, in Eccleſia polluta, antequam reconciliatio facta fuerit, haudquaquam fieri debere ſacra & graviter peccare miniſtrum, qui in tali Eccleſia divina peragat officia. Sed quo jure & qua autoritate id ſtatuatur, incertum eſt, niſi quod in eam rem adduci ſoleat conſtitutio ejusdem Gregorii IX. *in c. fin. X. eod.* quæ jus iſtud novitium eſſe, & priori Eccleſiæ ignotum, haud fruſtra arguit. Z. *III. 7. 19.* Confer ſupra *lib. 1. tit. 5. §. 3.*

Solus Epiſcopus pollutam reconciliat. Neceſſitas reconciliationis.

(614) I. Diſtinguunt Canoniſtæ inter reconſecrationem & reconciliationem. Illam locum habere volunt tum quando Eccleſia vel totaliter vel maximam partem exuſta aut deſtructa eſt. Hanc vero, quando polluta tantum, quia ſc. conſecratio magnam partem conſiſtit in unctione exteriori, quæ fit in compagine lapidum, & ideo ſi parietes non ſunt diruti aut notabiliter decruſtati in toto, vel majore parte, conſecratio non erit iteranda. Petr. Peckius *de Eccleſ. repar. c. 35. n. 3.* At neutra opus eſt. Reconciliatio enim hominum eſt, non lapidum. Reconſecratio tamen, ſi fiat antiquo Chriſtianorum ritu cum orationibus, prædicatione verbi & adminiſtratione ſacramentorum, ſine ſuperſtitione & opinione meriti, ex libertate Chriſtiana ut peragatur, non repugnabimus. Z.

Diſtinctio inter reconſecrationem & reconciliationem.

II. At nullam hac in parte diſtinctionem facit jus Canonicum, quippe quod eo etiam caſu, quando Eccleſia polluta eſt, conſecratio-

Ignota juri Canonico.

u) c. 1. de conſec. eccleſ.

§. 16. De eo dubitari contigit, ſi altare (615) motum fuerit, (616) *u*) aut lapis ſuperpoſitus, qui ſigillum (617) continet, confractus, aut diminutus, an eccleſia debeat iterum conſecrari: Et reſponſum eſt, ob id eccleſiæ non

nem denuo fieri debere præcipit, *c. ſi motum, & c. ſeq. de conſecr. diſt. 1.* cujus utriusque capituli autoritas ſubleſtæ quidem fidei eſt; κατ' ἄνθρωπον tamen, & ubi cum Canoniſtis res agitur, ſanctiſſimum ſuggerit teſtimonium. *Z. III. 7, 19.*

ad §. 16.

Altarium origo.

(615) Ut olim in primitiva Eccleſia nulla fuere templa ſive baſilicæ, ita nec altaria quidem tam ſplendida atque fixa, menſas tamen veteres Chriſtianos in conventibus ſuis habuiſſe, aut loca ſaltem editiora, ut in eis reponerentur oblationes ſacræ; & quæ ad ſacram communionem pertinerent, dubium non eſt. Vid. Rittershuſ. *lib. 8. ſacr. lect. c. 9.* Petr. Molineus *tr. de altarib. & ſacrific. c. 7. 8.* Richard. Montacut. *de orig. Eccleſ. part. 2. p. 314. & 326.* Poſtea lapideæ ejusmodi moles cœperunt extrui, quæ altaria dicta, non quod ſacrificium in iis immolandum cenſerent, ſed quod ſanctiſſimi ſacrificii, cujus umbram typumque geſſerunt V. T. ſacrificia, in eis fieret diſpenſatio. *Quid eſt enim altare*, inquit Optatus Milevitanus *ad u. Parmen. lib. 6. niſi ſedes & corporis & ſanguinis Chriſti?* Vid. Dorſch. *de Miſſa c. 8. §. 28. & in exercitat. ad Concil. Nicen. p. 98. ſeq.* Z.

Quid ſit altare motum.

(616) Quod ita intelligunt, ſi vel ex toto deſtructum & poſtea reædificatum ſit, vel in conjunctione menſæ ſeu tabulæ & inferioris ſtructuræ ex amotione ſeparatio facta ſit, non ſi totum altare ſine motione menſæ & diſſolutione lapidum artificio quodam moveatur de loco ad locum Petr. Peck. *de Eccleſ. repar. c. 36. n. 6.* Z.

Sigillum quid ſit? Variæ obſervationes de reliquiis ſan-

(617) I. Sigillum quid ſit, ita explicat Panormitanus *ad c. 1. de conſec. diſt. 1.* quando conſecratur altare, fit unum foramen parvum, vel in ſuperiore parte in ipſa menſa lapidea altaris, vel ante altare, vel in latere dextro altaris, & poſt conſecrationem clauditur parvo lapide quadrato, aut

aut rotundo, & parvus ille lapis vocatur ſigillum quod ſicut denotat & deſignat ipſum ſigillantem, ita ipſe lapis denotat, locum eſſe conſecratum. In ipſo vero foramine adponuntur reliquiæ ſanctorum, & nomen Epiſcopi conſecrantis, & nomen ſancti, in cujus honorem conſecratur. Ubi notari velim (1) ſatis eſſe, ſi ea habeatur ratio reliquiarum, ne irreverenter & ignominioſe tractentur vel abjiciantur, cultum alium religioſum λατρείας aut δυλείας iis non competere. (2) Perperam eos omnes haberi pro ſanctis, & cultu religioſo dignis, qui a Papa fuerunt canoniſati. Recte enim Auguſtinus: *Multorum corpora honorantur in terris, quorum animæ torquentur in gehenna.* Conf. Georg. Caſſand. *conſult. art. 21.* (3) Ridicule inter reliquias monſtrari Mariæ crines, pepla, Mariæ Magdalenæ claves, Joſephi caligas, plumas etiam Spiritus S. & Laurentii Martyris carbones, & multa inſuper alia, de quibus dubitare licet, an unquam talia fuerint, qualia perhibentur. Vid. Glaber Rodolphus Monachus Cluniacenſis *l. 4. hiſt. c. 30.* (4) Superſtitioſum eſſe, quod volunt Pontificii, non conſecrari debere altare, niſi in eo reliquiæ aliquæ ſint poſitæ. (5) Et iſtud ſuperſtitioſum eſſe, quod in una Eccleſia numeroſa multitudine exſtruantur altaria, quemadmodum de Antverpienſi Eccleſia referunt ſeptuaginta ibi altaria viſa fuiſſe. (6) Etiam hoc addo, ipſos inter ſe Pontificios de reliquiis non ſemper convenire, & ſæpiuſcule litigia movere. Ridiculum eſt, quod refert Joh. Paponius *lib. 1. tit. 1. areſt. 5.* judicio rem terminatam eſſe. *Jurgio*, inquit, *inter capitulum B. Virginis Pariſienſis ab una parte, ab altera vero inter Abbatem, Religioſos & conventum S. Dionyſii (quem nos Apoſtolum & Senatorem Athenienſem ſeu Areopagitam credimus) Capitulo videlicet contendente, penes ſe eſſe caput S. Dionyſii; conventu vero corpus integrum, tranſactum fuit Areſto quodam, quod datum 19. Aprilis ann. 1410. quo dictum fuit, reliquias dicti capituli eſſe caput Dionyſii Corinthii, at non Athenienſis &c.* Quæſo ego, unde hoc determinari, & unde probatio haberi potuit? Præſertim cum non neget ipſe Paponius *areſto mox ſequenti 6.* maximam circa reliquias ſæpiſſime committi impoſturam. (7) Maxime ridiculum, impium & idololatricum eſt, non ſolum vaſa, terram, cinerem, aut

Horum in altaribus conditis.

aut pulverem carnium Sanctorum, verum etiam eorum veſtimenta, & calceamenta, quibus inſervierunt Domino, poſſe & debere adorari, eadem adoratione, qua poſſunt & debent ipſimet, quorum illa fuerunt. Martin. ab Azpilcuet. Navarr *tom. 3. c. 18. n. 27.* Z.

Origo & abuſus ſuperſtitionis illius etiam a Caſſandro agnitus.

II. Idem de Epiſcopis *d. l. 3. c. 7. §. 13. ſeq.* docet, illam ſuperſtitionem, quod nullum templum, nullum altare conſecrari debuerit, in quo non conditæ eſſent aliquæ ſanctorum reliquiæ, cœpiſſe circa finem ſeculi, quarti, tempore Ambroſii. Et quia poſt ea tempora non altaribus tantum, ſed etiam portis Eccleſiarum reliquiæ ſanctorum inſerebantur, inde factum, ut ſpecialiter altaria, ſpecialiter etiam portæ conſecrarentur, quod probat *ex lib. 4. capitul. Ludovici Pii cap. 13.* Sed cum infinitæ fraudes & impoſturæ circa reliquias ſanctorum committantur, & talia ſæpe occurrant exempla, quæ pudendum in modum eam cultus partem proſtituant, uti videre licet apud Amulonem Archiepiſc. Lugd. *epiſt. 1.* Nicol. Camuzat. *in antiq. Tricaſſin. pag. 338.* Joh. Papon. *lib. 1. tit. 1. areſt. 5. & 6.* improbari nequit judicium Georgii Caſſandri, quod *in conſultat. de venerat. reliq.* his proponit verbis: *Cum igitur veræ & compertæ reliquiæ præſertim in his provinciis perpaucæ ſint, & multa ex illis, quæ oſtentantur, non temere ſuſpectæ haberi poſſint, atque illarum frequentatio & veneratio, non multum pietati, plurimum vero ſuperſtitioni vel quæſtui ſerviant, multo conſultius videtur, ut ab omni reliquiarum oſtentatione abſtineatur, & populus ad veras ſanctorum reliquias colendas, id eſt, exempla pietatis & virtutum, quæ in ſcriptis vel ab ipſis vel de ipſis extant, imitanda provocetur.*

Origo ſuperſtitionis dedicandi Eccleſias martyribus & ſanctis.

Refert etiam inter additamenta ſequiorum ſeculorum dedicationes Eccleſiarum, quæ fiunt ſanctis & martyribus, cum tempore Conſtantini ſoli Deo dedicarentur Eccleſiæ, quod probat ex Euſebio *in orat. de laudibus Conſtantini prope finem,* & hinc recte Auguſtinum *lib. 1. adverſus Maximum* ſacrilegos vocare eos qui alicui creaturæ etiamſi ſanctus eſſet angelus, templum extruerent, & adhuc in ſeculo nono Agobardum negaſſe, in honorem ullius creaturæ templa conſtruenda. Quamvis enim jam inde a ſeculo quarto ſanctorum nomina templis impoſita fuerint, ſoli tamen honoris cauſa

non eſſe conſecrationem iterandam, ſed ipſum ſolum altare denuo conſecrandum. (618)

Quibuscunque diebus poteſt eccleſia conſecrari, ſed ſolum ab Epiſcopis, qui ea quæ ſunt jurisdictionis, poſſunt demandare inferioribus: ſecus quæ ſunt ordinis.

§. 17. Confici x) autem poterit eccleſiarum, Altariumque conſecratio quibuscunque diebus, tam Dominicis, quam privatis, ſed non a quocunque. Licet y) enim aqua per Epiſcopum benedicta, (619) per alium Epiſcopum, qui aquæ benedictionem non impenderit, eccleſia reconciliari poſſit, idem tamen per ſacerdotes

x) *c. 2. d. tit.*

y) *c. aqua per. c. 9. de conſecrat. eccl.*

---

cauſa a martyribus denominata fuiſſe, quod horum reliquiæ intra templa in certis monumentis repoſita fuerint. T.

(618) Rationem reddunt iſtam, quia confracto aut diminuto ſigillo, aut moto altari, facile de reliquiis ibi contentis vel excidere vel contaminari vel aliter quam oportet tractari potuerit. Petr. Peck. *de Eccleſ. repar. c. 36. n. 8.* Z. *Ratio.*

ad §. 17.

(619) Etiam iſta multa cum ſuperſtitione apud Pontificios invaluit. *Multi*, inquit Jacobus Pontanus *progymnaſm. 99. aquæ luſtralis ſunt effectus. Dæmones fugantur, peccata leviora ejus aſperſione remittuntur, cogitationes improbæ evaneſcunt, mens a rebus mundanis avocatur, ad preces caſte faciendas comparatur, Sancti Spiritus favor impetratur &c.* Verum, cum non aqua extra baptiſmum, ſed ſolo ſanguine Salvatoris eluantur & expientur animi ſordes, merito cultum iſtum ad ſcholas gentilium aut Judæorum, unde profluxit, remittimus. Vid. Caſaub. *in not. ad Theophraſt. charact. Ethic.* Polydor. Virgil. *de invent. rer. l. 5. c. 8.* Richard. Montacut. *de orig. Eccleſ. p. 2. p. 79.* Reprehendit iſtum aquæ uſum in Donatiſtis Optatus Milevitanus *lib. 8. Jam illud, quale eſt,* inquit, *quod* *Superſtitio circa aquam luſtralem.*

 in

dotes ſimplices (620) fieri non poterit: quia ea quidem quæ jurisdictionis ſunt, etiam inferioribus Epiſcopis demandare poteſt: ſed quæ ordinis ſunt, inferioris gradus clericis committere non poteſt. (621)

Non debet conſecrari eccleſia, ubi ſepulta ſunt corpora infidelium, niſi ſervata forma hujus.

§. 18. Illud etiam animadvertere conſecrantem oportebit, ne baſilicam, (622) z) in qua infidelium (623) ſepulta ſunt cadavera, (624) ſanctificet. Sed ſi conſecra-

z) *c. eccl. in qua. & c. ſeq. de conſ. diſt. 1.*

in multis locis etiam parietes lavare voluiſtis, & ſine cauſa incluſa ſpacia falſa aqua & ſpargi præcepiſtis. O aqua, quæ dulcis a DEO creata es, --- reſtabat tibi poſt promotionem non leviter degradari. Præſentia Moyſis in te amaritudo moritur, & a Schismaticis hodie cum Catholicorum turba dulcedo tua vexatur &c. Conf. Dav. Blondell. *Pſeudo Iſidor. ad Alexandri. Epiſt. 1. pag. 166.* Z.

Remiſſio. (620) Repete ſupra *notam 608.* T.

Objectio. (621) Quippe ni? cum ordinis Sacramentum ex conceſſione Pontificiorum tantum ſit unicum, & ex veriore ſententia quoad ordinem nihil præcipui habeat Epiſcopus, quod non habeat presbyter, quanquam ex conſuetudine & conſtitutione Eccleſiaſtica plura Epiſcopo conceſſa ſint axiomata. Z.

ad §. 18.

Baſilica & Eccleſia quomodo differant? (622) Notat Panormitanus *ad c. 1. X. de relig. dom.* Baſilicam dici ante conſecrationem, poſt conſecrationem vero dici Eccleſiam, promiſcue tamen ſæpe uſurpari iſta vocabula. Vid. Blondell. *de Epiſcop. & presbyt. ſect 3. p. 248.* Martin. Azpilcuet. Navarr. *tom. 3. p. 590.* Z.

Objectio. (623) Ac ſi ipſe locus infectus eſſet: cum tamen infidelitas in mente hæreat, mens autem in cadavere nulla amplius ſit, nec per infidelitatem pollui poſſint parietes. Z.

De Eccleſiis in locis ubi ſe- (624) Imo in genere præcipit Gregorius I. Papa Epiſcopo Surren-

Digitized by Google

crationi apta videbitur, evulſis inde corporibus, (625) & raſis parietibus & tignis, conſecrari poterit.

Feſta dedicationum eccleſiarum debent celebrari.

§. 19.

---

rentino *l. 1. Epiſt. 52.* ut reliquias S. Agathæ in monaſterio S. Stephani tum demum reponat, ſi ibi nullum corpus conſtet humatum. Et *lib. 2. Epiſt. 9.* ſub eadem conditione jubet conſecrari oratorium a Timothea fœmina in civitate Ariminenſi ædificatum. Et circa annum 850. noluit Prudentius Epiſcopus Hiſpanus conſecrare Eccleſiam in qua præter alia, non infidelium, ſed Chriſtianorum cadavera, etiam Frodoberti Abbatis Cellenſis corpus ſepultum fuerat. Vid. autor vitæ Frodoberti editus a Nicolao Gamuzato *in promtuario antiquit. diœceſ. Tricaſſinæ.* Sed enim non abhorruiſſe olim in ſacris ſuis Chriſtianos veteres a cadaveribus, piorum, vel ex eo conſtat, quod ad ſepulchra ſuorum martyrum, quorum ſacroſancta erat memoria, frequentes convenire, ibique ſacra peragere conſueverunt, ita, ut aliquando cæmeteria Chriſtianis locum ordinarium conſtituerunt, in quo res divinas facerent. Unde & Imperatores quandoque, cum perſecutiones intenderent, cæmeteria adire prorſus prohibuerunt. *Nullatenus vobis nec quibuscunque aliis licebit conventus agere, aut ea, quæ vocantur, cæmeteria adire,* verba erant Æmiliani Præfecti, apud Euſeb. *lib. 7. c. 11.* De Maximino Imperatore refert idem Euſebius *lib. 9. c. 2.* quod Chriſtianos a conventibus, qui in cæmeteriis fiebant, arcere aggreſſus fuerit. Z. *III. 7. 17.*

pultura ſunt non ædificandæ.

(625) Inhumanum hoc eſt, ne dicam improbum. Ipſa humanæ & communis ſortis conſideratio mortuos nobis commendat. Atque idcirco ſcribit Euſebius *Eccleſ. hiſtor. lib. 8.* cum ingenti perſecutione a Maximino excitata, ſanctorum cadavera inſepulta abjicerentur, Ethnicorum ipſorum quam plurimis inhumanitatem iſtam fuiſſe improbatam, non quod eos miſereret Chriſtianorum, ſed quia communem ipſam mortalium omnium naturam violari exiſtimarent. Add. Hug. Grot. *de jur. bell. & pac. l. 2. c. 19.* Z.

Inhumanitas Juris Canonici.

a) c. ſolennitates. de conſec. diſt. 1.

§. 19. Solennitates *a*) quoque dedicationum (626) ipſarum eccleſiarum per ſingulos annos (627) erunt celebrandæ, (628) ipſo Domino exemplum dante, qui, dum ad feſtum dedicationis templi celebrandum cum reliquis

ad §. 19.

Feſtivitates antiquæ conſecrationum. (626) Quod ſolennitates conſecrationum attinet, ad eas invitabantur olim plurimi ex vicinia Epiſcopi, ut patet ex Euſebio *lib. 10. hiſt. c. 3.* & *de vita Conſtantini lib. 4. c. 43. ſeq.* Sozomeno *lib. 3. c. 13.* & *lib. 3. c. 5.* Socrate *lib. 2. c. 8.* Fulberto *Epiſt. 118.* Quin & Imperatorem aliquando invitatum docet Cedrenus *in Leone Philoſopho.* Et quia præter eos, qui ſpecialiter invitati erant, plurimi alii ad feſtivitatem iſtam magno numero convenire & ex variis locis undique convolare ſolebant, apparatu multiplici opus erat, ut digne exciperentur qui adeſſent, ſuaque præſentia feſtivitatem celebriorem redderent. Eo pertinent loca Apollinaris Sidonii *lib. 4. Epiſt. 15.* Gregorii Magni *lib. 1. ep. 54.* Sæpe etiam Principes & Magnates munificentiæ ſpecimen ediderunt, ut illuſtrior dedicationis actus fieret. Exempla ſuppeditant Theodoretus *lib. 1. c. 31.* Matthæus Weſtmonaſterienſis *ad annum 898.* de Kinulpho Rege Merciorum, Continuator Bedæ *lib. 2. c. 16.* Robertus de Monte *in append. ad Chron Sigiberti ann. 1165.* Ex quibus teſtimoniis ſimul conſtat, poſt conſecrationem factam ſolenne convivium exhibitum & opipare exceptos fuiſſe hoſpites. Z. *III. 7. 10. ſeq.*

Variæ obſervationes de encæniis. (627) Feſta illa quæ propter conſecrationem celebrabantur, Encænia dicebantur. Auguſtinus *in Hiob. cap. 48.* Invaluit autem conſuetudo, ut feſtivitas illa die ſtato quotannis celebraretur & primæ dedicationis memoria ſolenni cultu repeteretur; De encæniis templi Hieroſolymitani a Conſtantino extructi videatur Sozomenus *lib. 2. c. 26.* Z. *III. 7. 18.*

Moralitas Encæniorum (628) Poteſt iſtud admitti, ſi fiat in honorem DEI cum debita devotione & gratiarum actione, ſine mixtura ſuperſtitionis & ſine abuſibus

quis populis acceſſit, omnibus idem faciendi formam tribuit. (629)

Reparatio eccleſiæ pertinet ad poſſeſſorem beneficii, & Epiſcopus debet de ſua tertia contribuere.

§. 20. Hæc de ædificandis & conſecrandis eccleſiis, vel altaribus delibaſſe ſufficiat: nam ſi reparandæ ſunt, vel emendandæ, *b*) id oneris procul dubio ad eum, qui eccleſiaſticum poſſidet beneficium, (630) pertinebit.

b) *c. 1. & c. de his. de eccleſ. ædific.*

---

uſibus aliis, in ques admodum proni circa feſtivitates ſuas ſunt Pontificii. Vid. Chemnit. *in Exam. concil. Trid. part. 4. p. 811. ſeq.* Z.

Reſponſio ad exemplum Chriſti.

(629) Sed nullum hic produci poterit præceptum vel divinum vel eccleſiaſticum. Felicis IV. epiſtola, ex qua fragmentum inſeruit Gratianus *c. ſolennitas, de conſecr. diſt. 1.* tota ſpuria & adulterina eſt; nec verum eſt, quod in ea dicitur, Chriſtum exemplum & formam dediſſe encæniis. Legem enim dum implevit pro nobis factus ſub lege, haudquaquam formam dedit Chriſtianæ obſervantiæ. Neque ex eo, quod apud Judæos encænia per integros octo dies celebrata fuerunt, Chriſtianis, ut idem faciant, imponitur neceſſitas, cum ad Chriſtianos haudquaquam pertineant leges ceremoniales. Nec dubito tamen, Chriſtianos hac in re imitatos fuiſſe Iſraelitas, quod utique non potuit improbari. Erant autem tria apud Judæos encænia: Templi per Salomonem conditi: per Zorobabelem reſtaurati, & per Judam Maccabæum repurgati. Per menſem Tiſri primum celebrabant: menſe Adar ſecundum: Et menſe Casleu, Novembri, tertium. Et de hoc ſtatuit Judas & fratres ejus & univerſus populus Iſrael, *1. Maccab. IV.* ut ageretur dies dedicationis altaris in temporibus ſuis, ab anno in annum, per dies octo, a vigeſimo quinto menſis Casleu, cum lætitia & gaudio. Z. *III. 7. 18.*

ad §. 20.

Variatio conſuetudinum.

(630) Variant hac in parte conſuetudines & ſtatuta. Modo enim

Digitized by Google

bit. Sed & Epiſcopus tertiam partem ſibi obtingentem impendere debebit. Nunc de eccleſiarum unionibus, (631) paucis diſpiciamus.

DE

nim decimæ & fructus Eccleſiæ in refectionem impenduntur, modo ſpecialis aliqua portio in eam rem deputatur, modo Laicis id imponitur onus, de quibus omnibus videatur ſingularis tractatus Petri Peckii *de Eccleſiis reparand. per tot.* Carpzov. *l. 2. definit. Conſiſt. 334. & multis ſeqq.* Z.

Summa tractatus Hoſpiniani de templis. (631) Antequam ulterius progrediamur, credo nec ingratum Lectori nec inutile, ad cognoſcendam originem & progreſſum ſuperſtitionis intuitu templorum & rerum eo pertinentium, & ad intelligendas eo melius titulos hujus libri eo pertinentes, futurum, ſi ſummariam expoſitionem eorum, quæ Rudolphus Hoſpinianus *Libris quinque, de origine, progreſſu, uſu & abuſu templorum & rerum ad templa pertinentium* docuit, exhibuero. Liber *primus* agit de ipſis

Libri primi. locis ſacris: De loco in quo Patriarchæ ante exſtructum Tabernaculum familias ſuas inſtituerunt; & de Lucis, in quibus Gentiles primo convenerunt, & ſua ſacra tractarent. Refutatio argumentorum Anabaptiſtarum omnia templa improbantium, & Bellarmini ac Ubiquiſtarum calumniæ, qua Orthodoxos tanquam templorum hoſtes damnant: De Tabernaculo Judæorum: De Templo Hieroſolymitano priore & poſteriore. De Synagogis Judæorum eorumque origine: De Authoribus & prima origine Templorum apud Gentes: ubi de Lucis juxta Templa Ethnicorum. De Templorum Ethnicorum votione, loco, ſitu, forma & reſtauratione. De origine, autoribus & progreſſu Templorum apud Chriſtianos; ubi & de ſtudio ædificandi magnificentiſſima & ſumtuoſiſſima Templa. S. Patrum judicium quod Chriſtiani Templis non alligati eſſe debeant. Templa &c. non eſſe ædificanda abſque ſpeciali Principis licentia. De nominibus locorum, quæ a Chriſtianis ad conventus publicos celebrandos ſunt exſtructa. De titulis, paræciis & diaconiis Romæ. In cujus ho-

honorem Templa primitivæ Eccleſiæ fuerint erecta, in quem non diſſimulandum abuſum ea res abierit, ac Martyriis occaſionem dederit. De cauſis multitudinis Templorum apud Chriſtianos: De Miraculis falſis pro ædificatione Templorum: De ſuperſtitionibus variis circa templorum ædificia exortis: Deque Templis nullis prophanis uſibus deſtinandis. Bellarmini reſponſiones ad Patrum teſtimonia contra ſumtuoſiſſima templa, earundemque refutatio. Bellarmini argumenta pro ſanctitate Templorum, & quod in iis Deus magis quam alibi exaudiat, eorundemque confutatio: Ejusdem argumenta pro exſtructione & dedicatione Templorum in honorem Sanctorum, & eorum refutatio. De origine & progreſſu Aſylorum. Liber *ſecundus* *Libri ſecun-*
complectitur originem rerum quæ in templis continentur. De ori- *di.*
gine Presbyterii, ſeu Chori & Gremii Templorum. Bellarmini rationes pro prima parte Templorum verſus Orientem, earumque refutatio. De origine Cryptarum, Cathedræ Epiſcopi, quam alii Ambonem vocant, Baptiſterii, *ταμείων*, ſeu Ciboriorum, quæ vocantur Germanice Sacrament-Häußlein/ Altarium, & Ornamentorum altarium. De origine & progreſſu Translationis, Venerationis, Adorationis & cultus Reliquiarum Sanctorum in Templis aſſervatarum: Argumenta & rationes variæ contra translationes, &c. Reliquiarum. Reſponſiones Bellarmini ad Orthodoxorum argumenta contra translationem & cultum Reliquiarum: Solvuntur argumenta & rationes Bellarmini pro Sanctorum Reliquiis earumque cultu. De origine & progreſſu Imaginum vel Simulachrorum apud Gentes, Idolorum apud Judæos, Imaginum & adorationis earum apud Chriſtianos. De certamine propter Imagines & earum cultum inter Orientales & Occidentales exorto: & Synodis ea de re habitis: Ubi & de miraculis falſis ac mendacibus pro confirmatione cultus & adorationis Imaginum. De argumentis, quibus adoratio Imaginum partim defenditur, partim excuſatur, eorumque confutatione. De variis abuſibus circa Imagines ab ipſis quoque Pontificiis olim damnatis. De nominibus Imaginis, Simulachri, & Idoli, & quod Idoli nomen a Scriptoribus Eccleſiaſticis pro quavis imagine, quæ divino honore colitur,

tur, uſurpetur, ubi Orthodoxorum ſententia rationibus multis confirmatur, & Bellarmini argumenta contrarium adſtruentia, refelluntur. De Principibus Iconomachorum, falſa ſententia Bellarmini refutatur & vera confirmatur. Quod ſint prohibitæ Imagines DEI: ubi argumenta Bellarmini, quibus probat, licere pingere Imaginem DEI, refutantur, & Orthodoxorum confirmantur. Imagines in templis non recte collocari, multis argumentis probatur. Reſponſiones Bellarmini ad ea confutantur: Ejusdem rationes contrarium aſſerentes excutiuntur: & Epiphanii epiſtola ad Joannem Hieroſolymitanum Epiſcopum defenditur, de Imaginibus in Templis Chriſtianorum non habendis contra Sanderi & Bellarmini calumnias. Imagines in templis non eſſe utiles extra hiſtoriam contra Bellarminum probatur, ejusque argumenta refelluntur. Imagines Chriſti & Sanctorum non recte coli religioſe & adorari, argumentis multis probatur, & Bellarmini rationes contrarium defendentes confutantur. Nullo genere cultus Imagines adorandas eſſe, contra Bellarminum probatur. De cruce vera Chriſti, ejusque cultu & adoratione Orthodoxorum doctrina probatur, & contraria Bellarmini refutatur. De Imaginis & figuræ Crucis cultu Bellarmini argumenta examinantur. Argumenta Bellarmini quod ſignum Crucis ſit venerabile excutiuntur. Argumenta Orthodoxorum contra cultum & venerationem Crucis adverſus Bellarminum defenduntur. De origine Lucernarum ſeu luminum, cereorum & lampadum, Organorum muſicorum, Anathematum aliorumque ornamentorum in templis Chriſtianorum. Solutiones Bellarmini pro his Anathematis & ornamentis. De origine Aquæ luſtralis, & campanarum: ubi & de precibus ad earum pulſum matutinum, meridianum, & veſpertinum inſtitutis, & num ad eam ſuperſtitionem Chriſtianus cogi debeat. De crucibus, gallis gallinaceis & ſtellis in Templorum turribus ſeu pinnis. De origine & progreſſu proceſſionum ad templa & alia loca ſacra: ubi & de Stationibus, Litaniis, Rogationibus, & Supplicationibus: iis præſertim, quæ triduo illo, quod inter Aſcenſionem Chriſti, & Dominicum diem interjectum eſt: quæque in Feſto S. Marci quotannis celebrantur, quarum hæc Major illa Minor appellatur. De origine & progreſſu invocationis San-

Sanctorum in Litaniis & Supplicationibus: deque variis decretis de Litaniis & Supplicationibus: & quod Supplicationes & Proceſſiones a Pontificibus Romanis inſtitutæ, earumque ſuperſtitioſæ ceremoniæ ab Ethnicis maxima ex parte deſumtæ ſint. De Peregrinationibus ad templa & alia ſancta loca ex voto, & religionis ergo: Ubi de origine & progreſſu Peregrinationum in terram ſanctam, ad templa, ſepulchra, & reliquias Sanctorum, ad limina ſeu templa Apoſtolorum Romæ in Jubileo anno. De Peregrinationibus ad Sanctorum Imagines: ubi de origine & progreſſu Pereginationis Loretanæ in Italia, Eremitanæ in Helvetia, Ratisbonenſis in Germania: Item de origine & progreſſu quarti cujusdam peregrinationum generis Peregrinorum pauperum. Denique, Peregrinationes ad templa, ſepulchra, reliquias & imagines ſanctorum religionis ergo, a multis improbatas eſſe oſtenditur: & argumenta Bellarmini, quibus eas tanquam pias & religioſas defendere conatur, refutantur. Liber *tertius* ſiſtit res extra templa. De origine Cœmeteriorum, Sacellorum ſeu Capellarum, oſſariorum, quæ Germani vocant Bein-Häuſer/ ædium ſacerdotum juxta templa, & Carcerum Epiſcoporum. De origine & progreſſu Scholarum. Scholaſticæ Theologiæ primæ, mediæ, & ultimæ, Bibliothecarum, & typographicæ artis. Liber *quartus* exponit materiam conſecrationis. De origine & vero uſu Conſecrationum & dedicationum in genere. De origine dedicationum & conſecrationum templorum apud Chriſtianos: Ubi ſimul oſtenditur, a quibus juxta Pontificios templa dedicanda: quæ templa, & quibus ritibus conſecranda; quando item dedicationes iſtæ feſtivæ & anniverſariæ factæ: deque miraculis falſis pro dedicationibus templorum. De origine dedicationum altarium: Crucis & Imaginum: Calicis, Cerei Paſchalis: Frugum, Primitiarum, Aquæ luſtralis, Campanarum & Cœmeteriorum. De bonis Eccleſiaſticis tractat Liber *quintus*, nimirum de origine & progreſſu bonorum Eccleſiaſticorum: ubi agitur de conditione bonorum Eccleſiæ Chriſti in terris & Apoſtolorum ætate, ac inde usque ad Conſtantini Magni tempora: deinde de donationibus Conſtantini Magni temporibus factis, ac inde usque ad noſtram ætatem; ubi & de falſa & ſuppoſititia Conſtantini Magni donatione.

Libri tertii. *Libri quarti.* *Libri quinti.*

Ooo ooo De

Digitized by Google

DE UNIONIBUS ECCLESIARUM.

TITULUS XIX.

Quid ſit unio, & quotuplex.

§. 1.

UNio nihil eſt, quam duarum pluriumve eccleſiarum facta connexio: (632) dicta ab uniendo, ex eo, quod plures eccleſiæ in unum conjungantur. Unionum autem duæ ſunt ſpecies: aut enim perpetuæ ſunt, (633) aut temporales. Perpetuæ ſunt, quæ fiunt, ut ſine

---

De origine decimarum, & quo pacto eæ in manus laicorum pervenerint. De origine Oblationum & Primitiarum. In quorum fuerint poteſtate bona Eccleſiaſtica a Conſtantini Magni temporibus: ubi & de origine Advocatiarum ſeu Juris Patronatus, der Kaſt-Vogteyen. De uſu & abuſu Bonorum Eccleſiaſticorum, ubi ſimul de incorporationum voragine. De bonis, quod a Laicis absque Principis, aut Magiſtratus politici permiſſu, ad Perſonas Eccleſiaſticas, nulla alienatione transferri poſſunt. T.

TIT XIX.

ad §. 1.

Effectus Unionis. (632) Facit hæc connexio, ut unita Eccleſia mutet naturam priſtinam & ſequatur naturam Eccleſiæ, cui facta eſt unio. Et hinc non tantum omnia privilegia, ſed & omnia onera regulariter communicantur, quia participans de commodo etiam participat de incommodo. Debent tamen minores Eccleſiæ, tanquam filiæ, majoris veluti matris regi diſciplina. Finkelthaus *de jur. patron. cap. 5. n. 57. 60.* Z.

Perpetuæ uniones quan- (633) Perpetuæ uniones rariſſime locum habebunt, & non alio forte,

ne præfinitione temporis perdurent. Temporales ſunt quæ ad certum tempus, puta ad alicujus vitam inſtituuntur. (634)

Cauſa uniendi ſunt neceſſitas, & utilitas.

§. 2. Velut *) ergo ex cauſa una eccleſia vel Epiſcopătus in plures dividi permittitur, ſic etiam rebus ſuadentibus plures eccleſiæ in unam conjungi poſſunt. Cauſæ vero unionum ſunt, aut *a*) urgens neceſſitas, aut evidens utilitas. Neceſſitas, veluti cum duæ eccleſiæ adeo ſunt pauperes *b*) ut impoſſibile ſit earum proventus ad victum duorum ſacerdotum ſufficere: aut, ſi altera hoſtium *c*) immanitate deſolata ſit. Utilitas, *d*) ut cum locorum opportunitas id expoſcit, vel temporis qualitas: puta, quia in loco nunc Chriſtianorum dicatur imminutus numerus: aut, quia ob fructuum

*) *c. præcepimus 16. q. 1.*
a) *c. expoſuiſti. §. ſi evidens de præb.*
b) *c. eam te de ætat. & in qualit. inſin. & c. unio. 10. q. 3.*

c) *c. poſtquam hoſtilis. 16. q. 1.* *d*) *c. & temporis. 16. q. 1.*

forte, niſi eo tantum caſu, quando ob fructuum tenuitatem aut ſoli ſterilitatem miniſter Eccleſiæ alimenta ſua habere nequit. Alias enim tutius eſt, ad tempus unionem facere, ut Eccleſiæ unitæ facilior detur regreſſus ad ſeparationem, aut ſaltem perpetuitatem ita reſtringere, ut deſinat, ſicubi ceſſaverint cauſæ, propter quas facta fuit unio, uti autor ait infra §. 8. ſed quæ non tam perpetua dici poteſt, quam ad tempus indefinitum facta unio. Z. *do locum habeant?*

(634) Fieri id poteſt dupliciter, vel quam diu is, qui univit, vivit, vel quamdiu is, cui eſt conceſſa. Plerumque tamen in gratiam & favorem perſonarum uniones factæ reprobantur, quod ſpeciem negotiationis & lucrum turpe continere videantur. Cæterum unionis intentio primaria hæc eſſe debet, ut & miniſtris Eccleſiæ & plebibus conſultum ſit. Nec enim tenetur miniſter Eccleſiæ ſibi victum quærere aliunde, quam ex reditibus Eccleſiæ aut ex oblationibus Laico- *Explicatio temporalium*

 rum,

ctuum tenuitaten non perinde idonei (635) ſacerdotes ad beneficium procurandum inveniantur. His igitur caſibus, ne quid detrimenti divinus cultus & animarum cura patiatur, debent plura beneficia, vel eccleſiæ in unum conjungi. (636)

Sicut unire Epiſcopatus pertinet ad Romanum Pontificem, ſic minores Eccleſias ad Epiſcopum cui ſubſunt, inferiores vero non poſſunt unire.

§. 3.

rum, quibus ſervit, etiamſi maximus alioqui artifex ſit, poſſitque commode ex ea induſtria alimenta capere, uti volunt Canoniſtæ, Did. Covarruv. *L. 1. reſol. 17. n. 3.* Sed majore tamen laude dignus eſt ille, qui in levamentum Eccleſiæ ipſe quoque propria induſtria ſibi victum comparat exemplo Apoſtoli *Act. XX. 33. 34. 1. Cor. IV. 12. 2. Theſſal. III. 8.* Z.

ad §. 2.

Unionum abuſus. (635) I. Poſſet hoc exemplum ad caſum neceſſitatis referri. De cauſis ipſis ſingulatim & in ſpecie agit Petrus Gregorius *de benefic. cap. 20. n. 14.* qui *num. 12.* gravem movet querelam de unionibus in papatu vitioſe quæri ſolitis: *Sunt*, inquit, *Epiſcopi, qui interdum ob lucrum vel ambitionem, vel invidiam Eccleſiarum uniones permittunt. Et ſunt quædam collegia, quæ ita opipare vivere decreverunt, ut victum clericalem ſibi ſufficere non arbitrentur, niſi vocentur Rabini, & ea ratione vel per obreptionem vel ſubreptionem uniri ſibi procurant beneficia parum poſtea de cultu illarum Eccleſiarum ſolliciti. Non enim cultum augere, ſed culinam ſatagunt.* &c. Z.

II. Plura de hoc abuſu memorat Paulus Sarpius *de beneficiis §. 34. p. 207.* Confer etiam Hoſpinianum de templis *lib. 5. cap. 7. p. 423. ſeq.* T.

Alia obſervatio de illo abuſu. (636) De abuſu circa unionem beneficiorum, & quod ille in concilio

§. 3. Non tamen omnibus paſſim quaſcunque eccleſias uniendi poteſtas indiſtincte permittitur, ſed certis duntaxat ſervatis regulis. Et quidem, *e*) ſicut unire Epiſcopatus, atque poteſtati alienæ ſubjicere ad ſummum Pontificem pertinere noſcitur, (637) ſic ad Epiſcopum ſpectat eccleſiarum ſuæ diœceſis unio atque ſubjectio. Ab Epiſcopo itaque inferiores uniendi poteſtatem minime ſibi vendicare poterunt. (638) Ideoque

e) *c. ſicut unio. de exceſſ. prælat.*

lio Tridentino non abrogatus, ſed novis argutiis noviter palliatus fuerit, vid. Petr. Suav. *in hiſtor. Concil. Trid. l. 2. pag. 279.* Et profecto in gratiam perſonarum magis, quam Eccleſiæ beneficia coacervare, quamvis & genere & doctrina aliis antecellant, peſſimi res eſt exempli & antiquis canonibus omnino contraria. Quia tamen in Pontificis id eſt poteſtate, *c. 28. X. de præbend.* ſolent captatores beneficiorum Romam certatim curſitare, prætextu literaturæ aut nobilitatis veniam a Pontifice impetraturi, quæ nemini, quamlibet indigno nebuloni, modo is numeret, denegari conſuevit. Prodigioſa vero res eſt in Eccleſia hæc beneficiorum cumulatio, quæ ſine delectu paſſim recipitur: nec minus monſtroſi videntur, qui tot perſonas in Eccleſia ſuſtinent, quam Briareus ille, qui manus centum habuit, ut eſt in fabulis, aut Geryon, quem trium fuiſſe corporum perhibent. Duaren. *de SS. Eccleſ. miniſt. l. 8. c. 4.* Z.

ad §. 3.

(637) Imo potius ad patriarcham quemque in ſua diœceſi. Ut enim Epiſcopus Eccleſias parochiales ſibi ſubjectas unire poteſt, ſic & Patriarcha Epiſcopatus ſibi ſubjectos, poſito, quod ſubjecti ſint. In Galliis nulla omnino hic Papæ tribuitur prærogativa. Et annullata aliquando fuit unio a Pontifice facta, quæ jam per trecentos annos ſubſtiterat, referente Papon. *lib. 19. tit. 2. areſt. 8.* Z.

Contra Papæ poteſtatem uniendi.

(638) Ut decens in Eccleſia ordo ſervetur, & omnia κατά τάξιν

Praxis Proteſtantium.

que ſi Prior, vel Abbas (639) monaſterium monaſterio ſubjecerit, vel unierit, Epiſcopi conſenſu minime requiſito, quod inconſulto præſule fecerit, non ſubſiſtet, nec ſubjectionem, vel unionem Metropolitani conſenſus, vel confirmatio ſuſtinebit, cum is in diœceſi ſui ſuffraganei abſque ipſius aſſenſu non debeat aliquid contra conſtitutiones Canonicas attentare. (640)

Epiſcopus unire poteſt Eccleſiam alteri, vel loco religioſo donare, etiam non vocato Rectore, vel defenſoribus, ſed propriæ menſæ non poteſt.

§. 4.

ξιι peragantur, etiam in noſtris Eccleſiis ſoli Epiſcopo poteſtas ea tribuitur. Et quidem in provinciis Electoratus Saxonici hoc ſpecialiter diſpoſitum eſt, ut in ſolo Senatu Principis Eccleſiaſtico, non in Conſiſtoriis reliquis uniones Eccleſiarum peragantur. Carpzov. *l. 1. definit. Conſiſt. 155. n. 10.* Z.

Abbatum Synonyma. Differentia Prioris & Abbatis. (639) Qui monaſterio præeſt, & Græcis appellatur Archimandrita & Cœnobiarcha, communiter vero Abbas. Multiplicatis tamen Monachorum ordinibus, nomina etiam multiplicata ſunt. Unde apud Dominicanos vocatur Prior, apud Franciſcanos Guardianus, apud Trinitarios Miniſter. Barth. Carthagena *in expoſit. tit. jur. Canon. tit. de ſtat. monach. obſ. 1.* Communiter autem diſtinguunt priores in conventuales & clauſtrales. Illos per ſe cœnobio, in quo non eſt abbas, præeſſe; hos vero ſub abbate eſſe, & non niſi eo abſente præeſſe dicunt. Petr. Gregor. *de benefic. cap. 10. n. 22.* Z.

Illuſtratio a ſimili. (640) Ita etiam ad pleniſſimum effectum hypothecæ non ſufficere dicunt Doctores conſenſum judicis ſuperioris & mediati, ſed immediati conſenſum requirendum eſſe, Berlich. *2. concl. 25. n. 34.* Carpzov. *part. 2. conſt. 23. def. 20. 21.* & *lib. 4. reſponſ. 30. n. 11.* Z.

ad

§. 4. Usque adeo autem Epiſcopo in propria diœceſi facultas uniendi competit, ut ſi per eundem conſentiente capitulo, eccleſia eccleſiæ, *) dignitati, vel præbendæ uniatur, aut religioſo loco donetur, ex eo quod Rector ipſius ad hoc vocatus, vel ſi vacabat, defenſor (641) ei ſuper hoc datus non extitit, nequaquam impugnari valeat. Aliud tamen obtinet, ſi quam is eccleſiam menſæ ſuæ, vel capitulo uniendam duxerit: id enim (etſi capituli conſenſus acceſſerit, & loci conſuetudo ſuffragetur) irritum penitus erit: (642) cum unentium utilitas probabilem non recte factæ unionis ſuſpicionem ingerat.

*) *c. fin. de reb. Eccl. non alien. in 6.*

In unione facienda requiritur conſenſus non ſolum capituli, ſed etiam eorum qui lædi poſſent.

§. 5.

ad §. 4.

(641) I. Defenſores iſtos Eccleſiarum Laicos fuiſſe, eorumque officium conſtitiſſe in eo, ut vim omnem ac tumultum ab Eccleſia & paſtoribus arcerent, & operam darent, ne quid in Eccleſia per vim & ſordes fieret, oſtendit Hugo Grot. *de imper. ſumm. poteſt. circa ſacr. c. 11. n. 19.* Add. Mart. Mager. a Schönberg *de advocat. arm. c. 2.* Z. *Defenſores Eccleſiarum qui?*

II. Agit etiam de his defenſoribus Hoſpinianus *d. l. 5. c. 6. p. 416.* cujus rubrica eſt: *de origine Advocatorum ſeu juris Patronatus, Germanice* Kaſt-Vogtheyen. Quod tamen jus patronatus non confundendum eſt cum eo, de quo actum ſupra *lib. 1. tit. 28.* Adde Wehneri *obſervationes practicas*, Beſoldi *Theſaurum practicum*, Speidelii *Speculum Juridico-Politicum* voce Kaſten-Vogt. T. *Germanice* Kaſten-Vögte.

(642) Notant Doctores, in vetuſto exemplari *ad clem. 2. de reb. Eccl. non al.* addita fuiſſe verba: *niſi ad id ſuperioris ſui conſenſus accedat.* Poteſt enim Epiſcopus Eccleſiam Abbati ſubjectam *Limitatio.*

ejus

§. 5. Nec ſolum capituli (643) unientis Epiſcopi in unione conſenſus exigitur, ſed etiam illorum, qui ex unione lædi poſſent. *) Unde ſi aut collegiata, aut patronata, alicujus ſuffraganei eccleſia ſit unienda, collegii, patroni, (644) & ſuffraganei (645) aſſenſum intervenire oportebit.

**) c. inter dilectos in fin. de donation.*

Quis ſit unionis effectus.

§. 6. Secuta vero unione †) Canonica, ſtatim is, cujus eccleſiæ alia per unionem eſt applicata, eandem in unitam nanciſcitur poteſtatem, & Jus, quod in eam olim habebat, cui ab initio præfuit: ſtatimque unitæ eccleſiæ eadem privilegia competunt, quæ principali eccleſiæ competere comperiuntur. (646)

†) Gl. c. 1. ne ſede vacante.

Per

---

ejus conſenſu cum ſibi ſubjecta unire. Petr. Gregor. *de benefic. c. 20. n. 6.* Z.

ad. §. 5.

Quando capitulum compelli poſſit?

(643) Quod ſi capitulum nolit unioni ex juſta cauſa faciendæ conſentire, nec rationem contradicendi habeat, poterit ad id compelli. Petr. Gregor. *d. l.* Z.

Papa etiam invito Patrono.

(644) Epiſcopum non poſſe beneficium patronatum ſine patroni conſenſu alteri unire certum eſt. Sed ſummum tamen id poſſe Pontificem volunt Canoniſtæ, dum tamen in literis Apoſtolicis mentio fiat juris patronatus. Didac. Covarruv. *pract. quæſt. cap. 36. n. 11.* Z.

De conſenſu parochianorum.

(645) Et ipſorum etiam parochianorum, quippe qui & ipſi membra ſunt Eccleſiæ, & eorum maxime intereſt bonum habere Paſtorem. A. Barboſa *de offic. & pot. Epiſcopi p. 3. alleg. 66. n. 20.* Z.

ad §. 6.

Triplex genus unionis.

(646) Eccleſia enim unita, uti ſupra dixi, mutat priſtinam naturam, & ſequitur naturam Eccleſiæ, cui facta eſt unio, ex quo porro

Digitized by Google

Per unionem non præjudicatur Juribus Epiſcopalibus.

§. 7. Sed quæri poterit, *f*) ſi per Apoſtolicum ecclesia in certa diœceſi conſtituta, puta in Peruſina, eccleſiæ alterius diœceſis, veluti Tiphernatis, unita fuerit, an eccleſia per unionem alteri connexa, per hoc a jurisdictione præſulis Peruſini cenſeatur exempta, & Tiphernati ſubjecta? Et reſponſum eſt, a jurisdictione prioris Epiſcopi unitam eccleſiam non eximi, (647) cum Romanus Pontifex in hujusmodi unionibus ſingulis Epiſcopis jura ſua inviolata ſervari velit.

f) *can.* 1. *de relig. dom.*

Unio diſſolvitur temporis lapſu, & cauſæ ceſſatione, & ab his qui habent jus uniendi.

§. 8

ro omnia communicantur onera & incommoda, perinde ut & commoda. Sed hic tamen notandum eſt, triplicem vulgo ſtatui unionem. 1. Quando beneficia ita conjunguntur, ut ex duobus unum tantum & veluti tertium quoddam genus fiat, retentione facta in uno privilegiorum utriusque. 2. Quando Eccleſia una alteri ſubjicitur, in qua quæ jungitur non extinguitur, ſed amittit nomen ſuum, & accipit ejus, cui ſubjicitur, alias enim nuda ſubjectio non facit unionem. 3. Quando Eccleſiæ unitæ remanent quidem in ſuo ſtatu, ſed uni perſonæ ſubjiciuntur, ut tamen utraque maneat principalis. Primum genus unionis proprium, reliqua minus propria eſſe dicit Petrus Gregorius *d. l. n.* 2. Z.

ad §. 7.

(647) Intelligendum id eſt de ſpecie unionis tertia, quando duæ Eccleſiæ ita junguntur, ut non fiat confuſio. E g quando duo Epiſcopatus duorum ArchiEpiſcopatuum junguntur, remanent in ſuo jure Eccleſiæ ſingulæ, & unus Epiſcopus erit diverſorum ArchiEpiſcopatuum ſecundum Eccleſias ſibi ſubjectas, cum uterque metropoli-

De quo unionis genere hoc ſit intelligendum?

Ppp ppp

§. 8. Diſſolvetur autem unio, ſi temporalis ſit, temporis lapſu: quod ſi ſit perpetua, ceſſantibus eisdem cauſis, (648) ex quibus facta fuerit: ab iis itidem diſſolvi poterit, *) quorum conſenſu & authoritate olim fuerit inſtituta: nihil eſt enim tam rationi conſonum, quam ut is deſtruendi habeat poteſtatem, cui conſtruendi facultas conceditur.

*) *c. omnes de reg. jur.*

Licet vacans Eccleſia poſſit uniri, unio tamen Eccleſiarum vacantium diſſolvi non poteſt.

§. 9. Illud inter inſtituendam, & diſſolvendam unionem intereſt, quod licet etiam vacans eccleſia *) alteri

*) *c. 1. ne ſede vac.*

politanus retineat jus ſuum. Idem intelligendum eſt de Eccleſiis duorum Epiſcopatuum. Quod ſi vero tales Eccleſiæ primo aut ſecundo unionis genere uniri debent, neceſſe eſt, ut accedat autoriſatio & conſenſus ejus Diœceſani, ad quem Eccleſia uniẹnda ſpectat. Quia autem ex unione talium Eccleſiarum confuſio naſci ſolet, prohibuit Concilium Tridentinum *ſeſſ. 14. cap. 9. de reformat.* ne parochiales Eccleſiæ, Vicariæ perpetuæ, vel ſimplicia beneficia unius diœceſeos conjungantur aut uniantur perpetuo beneficiis, monaſteriis aut locis piis alterius diœceſeos etiam prætextu augmenti cultus divini, aut ratione augendi numerum beneficiatorum, aut qualibet ex cauſa. Z.

ad §. 8.

Variarum cauſarum unionis varii effectus.

(648) Supra dixi facere has cauſas quæ ceſſare poſſunt, unionem temporalem, licet tempus iſtud ſit incertum & indefinitum. Perpetuum enim, quando opponitur temporali, infinitum quid denotat, & continuum in ſæcula ſeculorum tractum. Petr. Paul. Pariſ. *vol. 2. conſil. 30. n. 24.* Quod ſi nulla plane appareat unionis cauſa, unio ipſa non valet, niſi ex præſcriptione a tanto tempore, cujus initii non extet memoria. Quod ſi falſa allegetur unionis cauſa, unio tamdiu ſubſiſtit, donec falſitas fuerit probata. Petr. Gregor. *de benefic. d. l. n. 13.* Z.

ad

Digitized by Google

teri poſſit uniri, ſi tamen eccleſias per unionem connexas vacare contigerit, unio interim vacantium eccleſiarum diſſolvi minime poterit. (649)

DE IMMUNITATE ECCLESIARUM, ET SUBJECTIONE.

TITULUS XX.

Immunitas in hoc titulo large ſumitur, & quid ſit immunitas.

§. 1.

IMmunitas, eſt a muneribus indulta exemptio. Sed hoc loco immunitatem large accipimus, (650) pro quolibet eccleſiarum favore, indulgentia, rigoris remiſſione, & privilegio.

Triplex eſt ſpecies immunitatis Eccleſiarum, localis, perſonalis & realis: & quod immunitas localis eſt, per quam profana in eccleſiis, & non conſecratis, vel oratoriis exerceri prohibentur.

§. 2.

---

ad §. 9.

(649) Rationem ego diverſitatis video omnino nullam, poſito *Objectio.*
ſc. ſuperioris immediati conſenſu & diſpoſitione id fieri. Quod enim dicitur, Eccleſia aut ſede vacante nihil eſſe innovandum, tam ad unionem, quam ad diſſolutionem pertinere videtur. Z.

TIT. XX.

ad §. 1.

(650) Ipſum etiam vocabulum muneris eſt πολύσημον, uti notat *Generalia de*
Paulus *l. 18 ff. de V. S.* & ibi Joh. Gœddæus. Omnis autem immuni- *immunitate*
tas eſt nota privilegii, uti eleganter dicitur in *l. 12. C. de decurion.* *Eccleſiarum.*
Cæterum, ut immunes Eccleſiæ haberentur, rerum divinarum ſuaſit

 reve-

§. 2. Eſt autem eccleſiarum immunitas triplex: localis, perſonalis, & realis. (651) Localis immunitas eſt, quæ ſacris ipſis domibus, (652) aut aliquibus ſacrarum ædium intuitu conceditur. Cum enim eccleſia *a*) ſecundum Evangelicam veritatem domus eſſe debeat orationis, merito a profanis uſibus (653) eſſe convenit alienam.

a) *c. cum Eccleſia. eod. tit.*

Proceſſus facti & ſententiæ latæ in Eccleſiis vel cœmeteriis ſunt nulli.

§. 3.

---

reverentia, quæ etiam hoſtes, ut parcerent, commovit frequentiſſime. Hug. Grot. *de jur. bell. & pac. l. 3. c. 12. num. 6.* Z.

ad §. 2.

Diviſio immunitatis emendata.

(651) Neſcio cur Canoniſtæ confuſe maluerint tradere diviſionem immunitatis, cum id fieri potuerit absque difficultate longe diſtinctius. Notum enim eſt, quod alias *perſonale* & *reale* ſibi invicem ut genera extrema medium non habentia opponi ſoleant; Unde non poteſt non lector confundi, ſi hic videat *locale* & perſonali & reali opponi, & tamen de utroque participare. Nam quatenus immunitas localis ſacris domibus conceditur, eatenus eſt realis, quatenus indulgetur aliquibus (id eſt perſonis per dicenda §. *6*) intuitu ſacrarum ædium, eatenus videtur eſſe vel perſonalis vel certe mixta. Diſtinctius igitur ſic dici poterat. Immunitas vel ſumitur proprie & ſtricte pro immunitate a muneribus, & hæc eſt aut perſonalis §. *11. ſeq.* aut realis §. *14.* vel laxius & abuſive pro quolibet eccleſiarum favore, indulgentia, rigoris remiſſione & privilegio, ut quæ hic dicitur localis §. *2. ad 10.* T.

Sacræ domus quæ?

(652) Loquitur in genere, ut non templa tantum, ſed monaſteria etiam, hoſpitalia, privata Oratoria ac ſacella autoritate Epiſcopi erecta comprehendat. Ad iſta ſcil. omnia immunitatem & privilegia extendit jus Pontificium. Panorm. *ad c. Eccleſiæ 9. X. h. t.* Z.

Æthiopum mores.

(653) Reverentiam Æthiopum, quam exhibent ædibus ſacris, refert Damianus a Goës *de Æthiop. morib. p. 431.* Z.

ad

§. 3. Seculares *b*) igitur judices cauſas, præcipue *b) c. cum*
ubi de ſanguinis agitur effuſione, & de pœna cor- *Eccleſia §.*
porali tractatur, in eccleſiis, vel earum cœmeteriis a- *ſeculares*
gere ſub anathematis interminatione (654) prohiben- *eod.*
tur. Abſurdum eſt enim ibi judicium ſanguinis exer-
ceri, ubi eſt tutela conſtituta refugii. (655) Proceſſus *c) c. 2. §.*
quoque, *c*) quos ibi legitima contempta prohibitione & *fin. eod. tit.*
ſpreta ultione divina faciendos duxerint, ac ſpecialiter *in 6.*
prolatæ ſententiæ, omni firmitatis robore carebunt.
(656)

Conſilia publica, nundinæ & negocia ſecularia non debent tractari in eccleſiis. §. 4.

---

ad §. 3.

(654) I. Durum id eſt, & nimium, præſertim ſi non deſtinato *Durities Ju-*
animo conventum ibi fuerit, ut ſententia ſanguinaria feratur, ſed in- *ris Canonici.*
cidenter ea de re colloquia habita fuerint. Poterit igitur ſufficere
pœna aliqua mitior. Z.

II. Eſt quidem adverſus regulas decori de cauſis ſanguinis age- *Adhuc alii*
re in Eccleſia, ſed tamen nec tantam pœnam meretur ex regulis pœnali- *defectus*
bus hujus decori transgreſſio; nec Clero competit pœnas dictare in his *ejusdem.*
caſibus, ſed ea poteſtas relinquenda magiſtratui Politico. Denique
ſublata tota poteſtate anathematizandi, de qua ſuo loco *libro 4.*
agemus, corruit etiam hæc exinde deducta concluſio. T.

(655) Hæc ratio nihil concludit, tum quod illi, qui alibi captivus *Ratio tripli-*
detinetur & de cujus capite forte agitur, templum de præſenti non *citer inepta.*
præſtet tutelam refugii, tum quod tutela iſta ex ipſorum Canoniſta-
rum mente non omnibus delinquentibus concedatur, ut eorum ſaltem
ratione judicium, ſi quod exerceatur, non poſſit dici invalidum, tum
denique quod tutela iſta etiam in aliis delictis permitti facile non de-
beat. Z.

(656) Excipiunt cauſas ſpirituales & Eccleſiaſticas, de quibus *Limitatio.*

 ſen-

d) c. 2. §. ceſſent eod. tit. in 6.

§. 4. Publicæ quoque *d*) quarumlibet ſocietatum, & univerſitatum conciones, & conſilia, nundinarum, aliorumque ſecularium (657) tractationes negociorum, (658) confabulationes, & profana colloquia ab his penitus amoveri debent.

Convivia non debent fieri in Eccleſiis, niſi ex neceſſitate: & quod dicitur de Eccleſiis, intelligitur etiam de non conſecratis & oratoriis.

§. 5.

ſententiam in Eccleſia latam validam eſſe dicunt, etſi in ea ferenda ipſe etiam peccet judex Eccleſiaſticus. Mart. ab Azpilcuet. Navarr. *tom. 3. cap. 6. n. 36. 37.* Z.

ad §. 4.

Declaratio & limitatio. (657) Contractus tamen in Eccleſia initos validos eſſe volunt, non ita judicia; cum tamen major ſanctitas in judiciis ſit, & plus placeat Deo judex condemnans, quam negociator non niſi lucrum intendens. Cæterum ſuperiore ſeculo ſevere apud Gallos prohibita fuit negociorum quorumcunque in Eccleſiis tractatio, referente Joh. Papon. *lib. 1. tit. 1. areſt. 11.* Excipiuntur a Canoniſtis ea, quæ ſunt voluntariæ jurisdictionis, ut ſunt manumiſſio, collatio Doctoratus, & ſimilia. Z.

Quæſtiones affines. (658) Repete ex *lib. 1. tit. 12. §. 8. notam 201. p. 186. ſeq* de negotiatione Clericis prohibita, & *tit. 25. §. 14. notam 349. p. 357. ſeq.* de iis, qui ſecularibus negotiis immixti ſunt, non promovendis. Edidit Renatus a Valle *anno 1642.* ſub titulo *Hipparchi* diſceptationem *de religioſo negotiatore*, ſeu, *quæ negotiatio a religioſo ſtatu abhorreat*, ubi quæſtio hæc prolixe ex Patribus, Conciliis, (pro more tamen Pontificiorum admixtis multis fabellis) in utramque partem diſceptatur ac definitur, & vitia Cleri ac Monachorum intuitu illius materiæ non occultantur. T.

ad

Digitized by Google

§. 5. Sed e) & convivia, (659) & hoſpitia, licet illa deſpicere non oporteat, in ſacris domibus celebrari, vel exerceri a laicis non poterunt, nec etiam a clericis, niſi forte tranſeuntes ob hoſpitiorum neceſſitatem (660) illic reficiantur: quod & in oratoriis *) obſervari conveniet, ut nomini opera jugiter impenſa concordet; & ne, ubi peccatorum eſt venia poſtulanda, ibi peccandi detur occaſio. Idem ſtatuitur & de eccleſia, †) in qua divina myſteria celebrantur, licet adhuc conſecrata non fuerit, (661) quæ cum obſequiis divinis ſit dedicata, nullius temerariis auſibus eſt profananda.

e) c. non oportet. & c. ſeq. 42. diſt.

**) c. fin. diſt. 42.*

†) c. penult. eod. tit.

Qui

ad §. 5.

(659) Veteres tamen Chriſtiani in Eccleſiis agapas ſuas habuerunt. Erant autem agapæ convivia, ut ita dicam, charitativa, Chriſtiani enim ad S. Cœnam acceſſuri cibos adferebant, ex quibus panis & vinum, quantum ſatis erat, ſeparabantur & accipiebantur ad Cœnæ dominicæ uſum, de reliquis vero apparabatur convivium, cui accumbebant nullo habito diſcrimine tam divites quam egeni, ibique piis colloquiis & hymnis ſe recreabant. Vid. Tertullian. *apologet. c. 39.* Joh a Wowern *in Minut. Felic. p. 164.* Gabriel. Albaſpinæ. *lib. 1. obſerv. 18.* Salmaſ. *ad jus Attic. p. 88. & p 148.* Didac. Covarruv. *ad cap. fin. X. de teſtam. n. 3.* Hæc cœna poſtea templis eſt ejecta, & tandem penitus ſublata. Caſaub. *exerc. 16. n. 31.* quod plurimi abuſus eam contaminaſſent. Succeſſitque bono conſilio mos colligendi inter ſacra eleemoſynas, qui etiamnum pie obſervatur. Z.

Agapa veterum & earum abuſus.

(660) Et hinc damnat Martinus Azpilcueta Navarrus *d. l. n. 30.* quod vidit fieri, adminiſtrari prandium amicis in Eccleſia, æſtate, eo quod eſſet ſubfrigida, & in hyeme, eo quod eſſet ſubcalida. Z.

Aliud neceſſitas, aliud commoditas.

(661) At ſupra *tit. 18. §. 12.* dixit, non debere myſteria in Eccleſia non conſecrata celebrari. Quid ergo hic movet dubium? Auguſtinus tamen Barboſa *ad. c. 9. X. h t.* immunitatem talem extendit

Objectio & reſponſio.

etiam

Digitized by Google

Qui invitum abſtrahit a ſacris locis, excommunicatur, & quaſi ſacrilegus punitur.

f) c. diffinivit. 17. q. 4. §. 6. Sacrorum *f*) locorum intuitu illis conceditur immunitas, (662) qui ad ipſam eccleſiam (663) confugiunt:

etiam ad eas Eccleſias, in quibus ſacra Officia nondum adminiſtrata ſunt, dum tamen illæ Epiſcopali autoritate exſtructæ fuerint; & verba, *in qua divina myſteria celebrantur*, hoc ſenſu explicat: in qua divina myſteria celebrari poſſunt. Sed hæc interpretatio violenta eſt, & a genuina verborum ſignificatione recedit. Z.

ad §. 6.

Excerpta ex Hoſpiniani tractatu de templis, de aſylorum origine & abuſu. (662) Id eſt immunitas a pœna. Extat in tractatu Hoſpiniani de templis peculiare *cap. ult. lib. 1.* de Aſylis, ubi agit de aſylorum origine in genere, & in ſpecie de eorum origine apud Romanos, Britannos, Iſraelitas, Chriſtianos jam Conſtantini M. & Valentis tempore: De aucto aſylorum numero ſub Theodoſio & Valentiniano, privilegia fanorum Gentilium ad templa Chriſtianorum transferentibus, & adeo de abuſu aſylorum, quod templa facta ſint ſpeluncæ furum & latronum: De limitatione & reſtrictione hujus licentiæ per Juſtinianum & Carolum Magnum, & aliis reſtrictionis exemplis, etiam ſub Ethnicis imperatoribus: De amplificatione immunitatis aſylorum per Pontifices Romanos: De damnatione immunitatis nimiæ per Auguſtinum, Patres in Concilio Colonienſi ſub Rudolpho I. Imperatore, & Polydorum Vergilium. Cum tamen Pontificii æque ac ſacerdotes Ethnici Laicis ratiocinantibus metum incuſſerint per miracula falſa, etiam in hac materia exempla profert Hoſpinianus in fine capitis. *Mauri*, inquit, *cujusdam ſervus, cum perpetrato ſcelere aufugiſſet in Templum Lupi Tricaſſinorum Epiſcopi, a Domino ſuo eſt deprehenſus. Cum autem ira commotus herus in hac prorumperet verba: En tu Lupe, non auferes mihi ſervum meum, nec manu tua iam proteges: mox lingua ejus ligatur, ac mugire inſtar vaccæ incipit, & die tertia poſt moritur, ſi verum eſt quod* Grego-

Digitized by Google

giunt: nam ſi eos qui ad ſtatuam Principis ſe proripiunt, (664) ab omni violentia leges ſeculares vindicant, quan-

Gregorius Turonenſis refert. Hujusmodi miracula etiam apud Ethnicos inveniuntur. Quum enim Athenienſium Magiſtratus in eos ſæviſſent, qui cum Cydone in arcem Minervæ confugerant, & ipſi, & omnes eorum poſteri violatæ Religionis Minervæ pœnas dederunt. Sic Lacedemonii quum violaſſent, eos, qui ſupplices in templum Neptuni confugerant, tam ingentibus, tamque crebris terræ motibus Sparta concuſſa eſt, ut nulla prope domus expers tanta ruinæ fuerit. T.

(663) *Ego dico*, inquit Petrus de Ferrariis *in prax. tit. 52. n. 47. quod hæc jura facta ſunt ſine ratione & ad beneplacitum, imo & contra jus divinum. --- Si enim DEUS noluit tolerare ementes & vendentes in* Eccleſia, *ſed eos ejecit, quanto magis non vult recepiari in ejus Eccleſia latrones & homicidas & ſimiles &c.* Et ſane ſtatuta primitus fuere aſyla, ut reciperentur, qui non tam ſcelere noxii, quam humana imbecillitate lapſi veniam & miſerationem quam pœnam merebantur. *Novell. 17 c. 7. Nov. 37.* ubi non τοῖς ἀδικοῦσιν ἀλλὰ τοῖς ἀδικουμένοις jus aſyli dari debere conſtitutum, quemadmodum & jus divinum *Exod. XXI. 13. ſeq. Num. XXXV. 11.* iis ſolum aſyliam dari jubet, qui ἀκουσίως ſanguinem effuderunt. Vid. Selden. *de jur. nat. & gent. lib. 4. c. 2.* Sed Jure Canonico, remotis ſolis nocturnis populatoribus agrorum & publicis latronibus cæteris, cujuscunque facinoris rei immunitate Eccleſiarum gaudent. Vid. Didac. Covarruv. *2. var. reſol. c. 20. n. 8.* Panorm. *ad c. 6. X. de immun. Eccleſ. n. 14. ſeq.* Anton. Perez. *ad tit. C. de his qui ad Eccleſ. conf. n. 6.* Z.

Alia obſervatio de aſylorum abuſu.

(664) I. Vid. Briſſon. *l. 4. ant. c. 11.* Emund. Figrelius *de ſtat. illuſtr. Rom. & Dd. commun. ad tit. C. de his qui ad ſtat. princ. conf.* Z.

Remiſſio de ſtatuis Principum.

II. Sed & hic abuſus notandus eſt circa aſyla iis præſtita, qui ad ſtatuas Principum confugerant. Quam in rem multa ſuppedita-

Abuſus varii intuitu harum ſtatuarum.

quanto magis convenit (665) ad templum Domini confugientes, loci ſancti reverentia, & authoritate defendi? (666) Quicunque igitur inde hominem reluctantem recla-

bit Zieglerus *in diſſertationibus Majeſtatis lib. 1. cap. 2. §. 13. ſeq.* v. g. quod impietatis accuſatus fuerit, qui ſervum ſuum verberarat, cum is drachmam Tiberii imagine ſignatam teneret; quod criminis læſæ majeſtatis damnatus fuerit, qui circa Principis ſimulacrum ſervum ceciderat, veſtimenta mutaverat, nummo vel annulo effigiem impreſſam latrinæ aut lupanari intulerat, aut urinam fecerat eo loco, in quo ſtatuæ & imagines Principum eſſent, &c. T.

Abuſus aſylorum origo & progreſſus

(665) Non fuit tamen hæc ab initio, nec omnibus Eccleſiis data immunitas, etſi hoc poſt alios ſtatuat Aug. Barboſa *de jur. Eccl. l. 2. c. 3. n. 37.* Sed videtur ea ſenſim, & uſu invaluiſſe. Nec pro ea quicquam ſtatuit Lex Theodoſii, Arcadii, & Honorii *in l. 1. C. Theod. de his qui ad Eccleſ. conf.* niſi quod pravam conſuetudinem debitorum publicorum ad Eccleſiam ſe recipientium tollat. Nec videtur ſine conceſſione Imperatorum talis immunitas olim locum habuiſſe. In Concilio enim Carthaginenſi anno CCCIX. decreverunt Patres Africani legationem mittere ad Imperatores, ut pro confugientibus ad Eccleſiam quocunque reatu involutis legem de glorioſiſſimis principibus mererentur, ne quis eos auderet abſtrahere, uti extat *in Cod. Can. Eccl. African.* a Chriſtoph. Juſtell. edito. Add. Petr. Sarp. *de jur. aſyl. c. 1.* Et proinde jure ſuo aſyla ſuſtulit Franciſcus I. Rex Galliæ. Vid. notat. ad Papon. *l. 1. tit. 1. areſt. 16.* imitatus exemplum Arcadii Imp *in l. 3. Cod. Theod. de his qui ad Eccl. conf.* ad quam videri poteſt Jacobus Gothofredus. Z.

Locus Juris Canonici corruptus.

(666) Gratianus *c. reos 23. qu. 5.* ex Gregorio papa hanc ſententiam refert: *Reos ſanguinis defendat Eccleſia, ne effuſione ſanguinis particeps fiat.* At Burchardus & Ivo, ille *decret. l. 19. c. 109.* hic *decret. part. 15. c. 121.* velut ex Auguſtini dictis totidem afferunt verba, ſed negative concepta: *Reos ſanguinis non defendat Eccleſia, ne effuſionis ſanguinis particeps fiat.* Z.

(667)

Digitized by Google

clamantemque violenter abſtraxerit, tam aliis pœnis pro ſacrilegio, quod admiſit, (667) quam Eccleſiaſticæ ſubjacebit excommunicationi.

Non poteſt quis invitus abſtrahi a domo Epiſcopi, vel ab eccleſiæ circuitu, intra triginta paſſus.

§. 7. Nec *g*) ab atriis tantum eccleſiæ quemquam invitum abſtrahere non licebit, verum etiam nec a domo Epiſcopi, (668) & ab eccleſiæ circuitu intra triginta paſſus ab oſtio: (669) quod ſpacium eccleſiæ reverentia defendi ſacri Canones voluerunt.

g) *can. id conſtituimus 17. q. 4.*

Li-

(667) Sacrilegium vulgo definitur quod ſit furtum rei ſacræ e loco ſacro. At talis res ſacra non eſt delinquens, niſi ſacrum accipias pro eo, qui eſt κατάρατος, execrandus & deteſtabilis. Vid. Marcell. Donat. *in Liv. lib.* 2. *p.* 6. in quo tamen ſacrilegium committi non arbitror. Jure civili autem majeſtatis crimine tenetur, qui confugientes ad Eccleſias abſtraxerit, *l.* 2. *C. de his qui ad Eccleſ. conſ.* Z. *Sacrilegii inepta applicatio.*

ad §. 7.

(668) Non Epiſcopi tantum, ſed alia quavis, quæ intra triginta paſſus exiſtit Tib. Decian. *tr. crim. lib.* 6. *c.* 25. *n.* 16. quod tamen reſtringunt nonnulli ad caſum eum, quando in illa domo habitant religioſi. Aug. Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 40. Sed benigniores fuerunt Theodoſius & Valentinianus Impp. qui a templi Conſtantinopolitani parietibus ad extremas usque fores omnibus interjacentibus locis ſive cellulis, ſive domibus, hortulis, balneis atque porticibus eandem immunitatem conceſſerunt, *l.* 4. *Cod. Theod. de his qui ad Eccleſ. confug.* Z. *Alia extenſio aſylorum.*

(669) De confugientibus ad Epiſcopum confer Hoſpinianum *d. l.* 1. *c. ult. p.* 72. ubi etiam memorat, quod aſylum inveniat qui apud Pontificios ſe ſacerdoti jungat, Deum panaceum vel pompa vel ad ægrotos circumferenti. T.

punitatem ſuorum exceſſuum obtinere ſperantes, homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis eccleſiis, (672) vel ipſarum cœmeteriis committere non verentur, quæ niſi per eccleſiam crederent ſe defendi, nullo pacto commiſſuri fuerant: tales enim, cum in eo, in quo quis deliquit, puniri debeat, & fruſtra legis invocet auxilium, qui in ipſam legem committit, immunitatis privilegio, quo ſe fecerunt indignos, minime gaudebunt.

Dominus præſtito juramento de impunitate, poteſt ſervum ſuum etiam invitum ab Eccleſia abducere.

§. 10. Quod ſi ſervus ſit, k) qui ad eccleſiam confugerit, poſtquam de impunitate Dominus clericis juramentum præſtiterit, ad ſervitium domini ſui redire compelletur: (673) alioqui ſi redire nolit, a domino occupa-

k) *c. inter alia §. fin. eod.*

---

(672) Quærit Antonius Eſcobarius *Theol. moral. tract. 17. c. 3.* Num qui ſagitta vel plumbea glande in loco ſacro exiſtens alium extra locum ſacrum occidit, privilegium amittat immunitatis? & negat, quia, licet homicidium fuiſſet in Eccleſia inchoatum, fuiſſet tamen extra Eccleſiam perfectum. Quod annon diſerte contra mentem & intentionem Canonum adſeratur, judicet, qui cerebrum habet, & conferat reclamantem Panormitanum *in c. fin. X. h. t.* Id vero inſuper notandum eſt, quod in Gallia Clericus in Eccleſia delinquens non poſſit capi ab Epiſcopo aut judice Eccleſiaſtico, ſed a judice ſeculari. Vid. Car. Molinæ. *ad conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 41. n. 66.* Z. *Notatur Eſcobarius.*

ad §. 10.

(673) Benigniora hic ſunt jura civilia, quæ, ſi intolerabilis videatur ſævitia dominorum, cogunt ſervos ſuos bonis conditionibus vendere §. *1. Inſt. de his qui ſui vel al.* Sane, ſi nimia fuerit domini ſævitia, juramento ea parum temperabitur. Modica enim dominis *Aptior cautela juris Civilis.*

 dum

§. 12. Viduarum *m*) autem & orphanorum curam ſuſcipere non prohibentur clerici, ſed etiam jubentur, cum ipſis cupiditatis negotia, (675) non pietatis interdicantur. *m*) *diſt. 87. in ſumm. & diſt. 88. in ſumm.*

Ad murorum coſtodiam etiam clerici tenentur, tempore neceſſitatis.

§. 13.

---

3. Concilii Chalcedonenſis, quem refert Gratianus *c. ult. diſt. 86.* Poſt concilium Chalcedonenſe Juſtinianus Imperator *in l. 52. C. de Epiſc.* ab omni tutela, ſive teſtamentaria ea fuerit, ſive legitima, ſive dativa, liberos eos fecit, quod intelligunt interpretes, niſi ipſi immunitate hac uti nolint, ſed tutelam potius ſubire animum induxerint. Rittershuſ. *ad Novell. part. 8. c. 1. n. 7.* Poſtea vero idem Juſtinianus *in Novell. 123. c. 5.* de Epiſcopis & monachis hoc conſtituit, ut ne volentes quidem ad tutelam admittantur; de presbyteris autem, diaconis & ſubdiaconis, ut, ſi velint tutelam legitimam ſubire, ipſis hoc liberum ſit, & permiſſum. Cæterum quia de presbyteris, diaconis & ſubdiaconis tantum loquuntur Canones, non inſubide inde colligitur, Clericos eos, qui in ſacris non ſunt conſtituti, invitos ad tutelam cogi poſſe. Vid. Gutierez *de tutel. & cur. part. 1. c. 1. n. 26.* Anton. Piagg. *de tut. & cur. q. 3. n. 1. 2. 3.* Poſt Juſtiniani tempora videtur indiſtincte ſancitum fuiſſe, ne monachi, aut quoscunque ſacer ordo devinctos habet, tutorum officio fungantur. Idque colligere licet ex *novell. Leonis 68.* qui & ipſe ab omni tutela eos arcet, ſola executione teſtamentorum, propter quam tum tutores dicebantur, permiſſa. Z.

ad §. 12.

(675) Tutela cum ſit onus exactiſſimis rationibus obnoxium, ipſa quoque inter pietatis opera erit referenda, præſertim, ubi nemo alias fuerit, qui tutelam eam in ſe ſuſcipere promtus ſit. Unde ſæpius tutores Curatoresque vel juſta excuſatione hoc onere non liberantur, uti conſtat ex *tit. ff. de excuſ. tut.* Sed quia Tutor ea, quæ pupilli ſunt, cuſtodire, nomina exigere, & ubique commodum & *Quid hic denotet cupiditas?*

utili-

n) c. 2. eod. tit.

§. 13. Excipitur *n*) etiam ab his muneribus murorum cuſtodia: (676) a qua ſi magna immineat neceſſitas, neminem excuſari conſtitutum eſt, ut cunctis vigilantibus melius valeat civitas cuſtodiri.

Perſonæ Eccleſiaſticæ non poſſunt a ſecularibus poteſtatibus collectari.

o) c. 1. §. volentes eod. tit. in 6. & §. perſonalis d. tit.

§. 14. Realis immunitas eſt, per quam res eccleſiaſticæ a cenſu, vel collectis poteſtatum ſecularium liberæ redduntur. Siquidem *o*) tam profanis legibus, quam ſacris Canonibus ſub excommunicationis & interdicti pœna conſtitutum eſt, ne quis eorum, qui jurisdictionem temporalem obtinent, poſſit tributa, collectas, ſeu quaſcunque exactiones, ſub quovis titulo, vel colore, imponere eccleſiis, vel perſonis eccleſiaſticis, pro domibus, prædiis, vel quibuscunque poſſeſſionibus (677) legiti-

---

utilitatem ejus quærere tenetur, cupiditatis id videtur negocium, h. e. tale, quod pro meo & tuo rigide jura examinat, & in divitiis hujus ſeculi occupatur. Z.

ad §. 13.

An etiam defenſio?

(676) Et defenſio, uti conſtat ex praxi pontificiorum. Sic enim noſtra ætate Muchavecius Jeſuita in obſidione Zbaraſiana ad 200. Coſakos e ſclopeto interfeciſſe dicitur. Joach. Paſtorius *de bello Coſac. p. 48.* Id vero num conveniat præcepto generali, quo ab omni cauſa ſanguinis abſtinere jubentur clerici, videant ipſi. Z.

ad §. 14.

Declaratio, limitatio, notati abuſus varii.

(677) Si domus, prædia & poſſeſſiones acquiſitæ fuerint Eccleſiis, merito a vectigalibus & tributis redduntur immunes, in tantum, ut nec conductores quidem prædiorum Eccleſiaſticorum, utcunque Laici ſint, collectas ſolvere teneantur, Carpzov. *l. 2. definit. Conſiſt. 310*, quanquam, ſi nimium excreſcant bona Eccleſiæ, Laicorumque hinc

Digitized by Google

gitime acquiſitis, etiamſi ipſæ Eccleſiæ, vel perſonæ, vel res ſint intra illorum territorium conſtitutæ. (678)

Ob

hinc bona decreſcant, æquum ſit ut fiſcales tributorum penſitationes una cum plebe iſtiusmodi oneribus maxime afflicta, etiam ab Eccleſia ſolvantur, de qua re in utramque partem diſputat, in contrariam tamen ſententiam propenſior Annæus Robert. *rer. jud. lib. 2. cap. 2.* Quia vero Clerici præter bona Eccleſiaſtica alia quandoque habent privata, quæ patrimonialia dicuntur, & quorum intuitu pro Laicis & civibus habentur, utique de his tributa & collectas ſolvere obligantur. Carpz. *d l. def. 311.* Unde etiam ratione horum bonorum, ſi qua actione reali conveniuntur, coram Judice ſeculari, ſub quo res ſitæ ſunt, reſpondere tenentur. Carpzov. *l. 3. def. Conſiſt. 7.* Carol. Molinæus *ad conſuet. Pariſ. §. 46. n 20.* Mynſing. *1. Obſ. 22. & 2. Obſ. 67.* Gail. *1. obſ. 37. n. 4.* Tunc enim res ipſa quaſi in judicium trahitur, & Rei partes ſuſtinet magis, quam ipſa perſona conventi. Male igitur tum jurisdictione tum jure collectandi circa ejusmodi bona privantur Magiſtratus Civiles; aut ſaltem vitio non erit vertendum Gallis, Britannis, Venetis, quod prædia & bona immobilia Eccleſiæ aut Ordini Eccleſiaſtico dare & elargiri aliquando prohibuerint. Bodin. *de Rep. l. 5. c. 2.* Goldaſt. *tom. 3. de monarch.* Add. epitome ſcripti a civitatibus Germaniæ in comitiis Spirenſibus exhibiti apud Sleidan. *lib. 6. pag. 149.* Carol. Molinæ. *ad conſtitut. Friderici poſt l. 12. C. de SS. Eccleſ. & ad conſuetud. Pariſ. §. 41 n 90 94.* Z.

(678) Autor hoc vult, bona Eccleſiaſtica, aut etiam privata Clericorum eſſe quidem in territorio, non tamen eſſe de territorio, h. e. non ſubjacere jurisdictioni civili. Quam diſtinctionem etſi alias non improbemus, cum non panci Comites, Barones, Nobiles in alicujus Principis diſtrictu villas & caſtra habeant, quæ tamen quoad jurisdictionem illi ſubjecta non ſunt; in præſenti tamen materia ideo eam admittere non poſſumus, quia Pontificii & Canoniſtæ nonnulli illico jurisdictione Principis exempta dicunt prædia quāprimum in Eccleſiam vel Clericum transferuntur, quod falſum eſt. Vid. Auguſtin Barboſ. *de jur. Eccleſ. l. 1. c. 39.* *Varia de amortizatione bonorum.*

Rrr rrr §. 5. n.

Digitized by Google

Ob magnam neceſſitatem, vel utilitatem, conſulto pontifice, poſſunt clerici, ſine tamen coactione, laicis ſubvenire.

p) c. adverſus §. verum eod. tit.

§. 15. Si tanta *p*) tamen ſit in republica neceſſitas, aut utilitas, ut Epiſcopus cum clero ſuo laicorum non ſuppetentibus facultatibus, communes utilitates, (679) per ſubſidia eccleſiaſtica ſublevandas ducant, Romano prius conſulto Pontifice, (680) omni penitus ceſſante coactione, poterunt aliquid in commune conferre, & laici humiliter ac devote cum gratiarum actione ſuſcipere.

Eccleſiæ Epiſcopo omnimodam ſubjectionem debent.

§. 16.

---

§. *5. n. 35.* Et in Gallia optime conſtitutum eſt ad ſolum Regem pertinere jus amortizandi. Joh. Papon. *lib. 1. tit. 14. areſt. 1.* Jacob. Gothofred *ad l. 4. Cod. Theodoſ. de Epiſcop.* quæ tamen amortizatio propterea non eximit bona ſuprema jurisdictione regia. Carol. Molinæ. *ad conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 30. n. 26.* Si tamen prædia quædam debito modo & conſenſu Principis ita exempta fuerint, neque Clericis neq; Eccleſiis ea invidebimus. Interim negamus, bona data Eccleſiæ aut relicta, in manum mortuam ſeu Eccleſiaſticam jurisdictionem ita tranſire aut tranſire debere, ut a ſuperioritate Principis prorſus eximantur, quod poſt Petrum Peckium *in tract. de amortizat. bonor.* contendit Antonius Perez *C. de SS. Eccleſ. n. 11.* Aliud oſtendit *l. 14. C. de SS. Eccleſ. l. 23. eod. Novell. 7. Novell. 120.* & aliæ Imperatorum Conſtitutiones plures. Add. Jac. Alemann *conſult. 5. per tot* Duaren. *de ſacr. Eccl. miniſt. l. 5. c. 10.* Car. Molinæ. *ad conſuet. Pariſ. §. 41. n. 89.* Z.

ad §. 15.

Ratio. (679) In quibus ipſius etiam Eccleſiæ, Eccleſiaſticorumque hominum utilitas verſatur, ne alioqui perforari ſinant navem, in qua ipſi navigant. Z.

Nullitas prætenſionis Pontificis. (680) Pontifici Romano in alienis territoriis nihil omnino juris

§. 16. Quemadmodum autem ſacroſanctis domibus ſecularium poteſtatum intuitu omnimoda debetur immunitas, tam locorum ratione, quam perſonarum & rerum: ſic eisdem rationibus ab illis proprio Epiſcopo omnimoda ſubjectio (681) debetur. *q*) Nam quantum ad ipſa loca pertinet (ut paulo ante diximus) nemo eccleſiam in diœceſi ædificare poterit, aut conſecrare, præter ſui præſulis conſcientiam. Quoad perſonas eccleſiaſticas, (682) ipſi debetur Canonica obedientia, *r*) ſubjectio, reverentia: ad eundem ſpectat inſtitutio, deſtitutio, correctio, reformatio, cauſarum omnium ad forum eccleſiaſticum de jure ſpectantium juris-

q) *c. de Xenodochiis de religioſ. domibus.*

r) *c. conquerente § nos de offic. ord.*

ris competit. Quisque princeps in ſuis provinciis & ſacra & profana ordinandi liberam habet poteſtatem, eamque ſibi bono Eccleſiæ ſucceſſu maſculoſe jampridem aſſeruerunt Principes proteſtantes. Exemplo ſcil. Honorii & Theodoſii Imperatorum qui ad inſtructiones itinerum pontiumque etiam divinas domus & venerabiles Eccleſias contribuere voluerunt *L. 7. C. de SS. Eccleſ. & l. 4. Cod. de privil. dom Aug lib. 11.* Z.

ad. §. 16.

(681) I. Imo omnimoda debetur Principi, qui ſummum habet in perſonas & res Eccleſiaſticas imperium. Aliqualis autem debetur Epiſcopo, qualem ſc. & quantam unusquisque Princeps in ſua provincia voluit. Z. *Vindicata jura Principum.*

II. Vindicatio jurium principis adverſus exemtionem & tyrannidem Cleri ſic levi pede non eſt tangenda, ſed monita diſtinctiora ea de re erunt proponenda, quod tamen fiet in loco ad iſtam disquiſitionem aptiore, ſcilicet ad *libri tertii tit. 1. §. 2.* T. *Remiſſio ad ſuum locum.*

(682) Pleraque quæ hic recenſentur, in noſtris Eccleſiis a Conſiſtoriis, quæ principis ſuſtinent vicem, expediuntur. In delictis tamen *Praxis noſtrorum Conſiſtoriorum.*

riſdictio, eccleſiaſticarum cenſurarum promulgatio, Sacramentorum exhibitio. Si res eccleſiaſticas ſpectes, ipſi cenſus (683) debetur, ipſi cathedraticum, ſive ſynodaticum, ipſi procuratio annua, ipſi mortuariorum & decimarum quarta.

Ad Epiſcopum quædam pertinent Jure ordinationis, quædam lege jurisdictionis, quædam lege Diœceſana.

§. 17. Sed hæc omnis paſtoralis poteſtas in tria principalia membra (684) contrahitur: quædam enim ad

men puniendis ultra ſuſpenſionem, remotionem, carcerem, aut mulctam pecuniariam Conſiſtoria non procedunt, Carpzov. *in jurispr. Conſiſtor. l. 3. def. 5,* Quorum igitur delictorum pœna eſt capitalis aut corporis afflictiva, aut etiam relegatio ſaltem, illorum cognitio & punitio ad Magiſtratum ſpectat civilem. *Novell. 83, l. 23, C. Theodoſ. de Epiſc. Eccleſ. & Cler.* Z.

(683) De his videndi ſunt tituli ſequentes. Z.

ad §. 17.

Poteſtas Eccleſiaſtica vel interna vel externa.

(684) I. De poteſtate ordinis & jurisdictionis dixi ſupra *ad lib. 1. tit. 9.* Cæterum cum poteſtas Eccleſiaſtica ſit duplex, interna & externa, & ex utraque jura Epiſcopalia deriventur, exercitium eorum Principes ac Status Evangelici ita temperant, ut poteſtatem internam plane non attingant, ſed eam ſolis Epiſcopis & aliis Eccleſiæ miniſtris relinquant. Dicitur autem poteſtas interna, quæ circa Eccleſiaſtica verſatur eccleſiaſtice, ſcil. prædicando & interpretando verbum divinum, adminiſtrando Sacramenta, remittendo & retinendo peccata &c. Quæ vero ad externam poteſtatem Eccleſiaſticam pertinent, ut ſunt alia omnia, quæ non competunt miniſtris Eccleſiæ ut talibus, ea vel ab ipſis Principibus immediate vel mediate per Conſiſtoria & Superintendentes peraguntur. Ad illa referuntur Conſtitutionum Eccleſiaſticarum promulgatio, Synodorum convocatio &c. Ad hæc viſitatio Eccleſiarum, cauſarum Eccleſiaſticarum dijudicatio &c, Carpz. *in Jurispr.* Con-

Digitized by Google

ad Epiſcopum *) ſpectant jure ordinis, (685) ut clericorum ordinatio, virginum benedictio, (686) altarium & eccleſiæ conſecratio: quædam lege juriſdictionis, ut corrigendi, conferendi, excommunicandi, & inſtituendi poteſtas: quædam lege Diœceſana, ut jus cenſus & cathedraticum exigendi, decimam percipiendi, jus hoſpitii indicendi, & his ſimilia. Sed cum tam de locali, quam de perſonali ſubjectione, deque his, quæ ad Epiſcopos tam jure ordinis, quam lege juriſdictionis pertinent,

*) *c. dilectas de off. ordin. per gloſſ.*

---

* *Conſiſt. l. 1. def. 11. & lib. 3. def. 2.* Conf. Petrus de Marca *de concord. ſacerd. & Imper. l. 2. c. 4. & ſeq.* qui tamen multum detrahit poteſtati principis, quam nos latius expoſuimus *exercitat. 5. de jurib. majeſt.* Z.

II. Jus internum, poteſtatem internam ſano ſenſu nemo negabit miniſtris Eccleſiæ, ſed tamen diſtinctio ipſa inter poteſtatem internam & externam, quam etiam moderatiores ex Pontificiis uſurpare ſolent, & qua communiter noſtrates etiam utuntur in diſcernendis juribus Principis & miniſtrorum Eccleſiæ, non eſſe ita perſpicuam, ut apta ſit ad definiendas controverſias circa hoc doctrinæ caput frequentiſſimas, latius docui *in notis ad Huberum de jure civitatis lib. 1. ſect. 5. cap. 2. p. 176. ſeq.* & in locis aliis ibidem allegatis. T. *Monita circa hanc diſtinctionem.*

(685) Quod confuſiſſima ſit doctrina Canoniſtarum in explicanda diſtinctione jurium Epiſcopalium, in ea, quæ ſunt ordinis, juriſdictionis & legis Diœceſanæ, & quæ arcana Politica ſub illa lateant, latius oſtendi jam ſupra *ad lib. 1. tit. 5. §. 3. nota 60. ſect. 2. p. 47. ſeq.* T. *Cenſura diſtinctionis hic allata remiſſive.*

(686) I. Vid. Blondell. *apolog. de Epiſcop. & presbyt. p. 152. & 287.* ubi & optimo conſilio in Eccleſiis reformatis ritum hunc abrogatum eſſe, & Epiſcopis olim jus tale non ex apoſtolico ſed eccleſiaſtico inſtituto competiiſſe, oſtendit. Z. *Abrogatio hujus ritus apud Proteſtantes.*

Digitized by Google

tinent, ſupra locis congruis locuti fuerimus; tranſeamus nunc ad eam ſubjectionem, quæ cognoſcitur ex ſolutione cenſus, & rerum, quæ lege Diœceſana ad ordinarium pertinent.

DE CENSIBUS, EXACTIONIBUS, ET PROCURATIONIBUS.

TITULUS XXI.

Cenſus generaliter ſumptus continet omnem penſionem: ſpecialiter vero tantum cathedraticum.

§. I.

*) *c. omnis anima h. t.*

CEnſus appellatio generalis eſt, ſumiturque pro omni (687) penſione, *) quæ prælatis de eccleſiaſticis proventibus ſingulis annis in ſignum ſubjectionis, vel alte-

---

Plura de hoc ritu remiſſive.

II. Adde omnino quæ in tractatu *de Epiſcopis libro tertio cap. 9.* de jure Epiſcoporum conſecrandi virgines, quoad originem, progreſſum, abuſum, & varias inde ortas controverſias latius exponit Zieglerus, & quæ paſſim circa hanc materiam adducit Hoſpinianus *de Monachis p. 5. 147. 150. 192. 194. 197. 245.* T.

TIT XXI.

ad §. I.

Subſidium charitativum.

(687) Præter ordinaria, quæ hic & in ſequentibus titulis recenſentur Epiſcoporum compendia, fuit adhuc aliud extraordinarium, quod ſubſidium charitativum vocant. Id vero nonniſi propter gravem & urgentem neceſſitatem experi poſſe ſtatuunt, quam tamen viciſſim tam amplam faciunt, ut ſub neceſſitatis nomine varia Epiſcoporum deſideria facillime comprehendi queant. Huc enim referunt, quando Epiſco-

Digitized by Google

Epiſcopus Romam proficiſcitur; quando iter facit ad Regem aliquem aut Principem: quando excipit Regem in diœceſi ſua: quando nuncii apoſtolici excipiendi ſunt: quando ære alieno graviter oppreſſus eſt: quando vocatur ad Concilium: quando alias tenues ſunt ejus reditus: quando ipſe provinciam primum ingreditur, pro jucundo adventu, & ejusmodi plura alia, quæ difficulter ad neceſſitatis urgentis ſpecies referri poterunt. Nec fruſtra igitur oppoſuerunt ſeſe Canonici & Clerici nonnulli, cum ArchiEpiſcopus Burdegalenſis, in ſuo jucundo adventu charitativum ſubſidium ad ſummam quater mille & quingentarum librarum Turonenſium impoſuiſſet, uti refert Nicolaus Boërus *deciſ. 133.* Etſi vero admodum delicatum ſit nomen & vocabulum ſubſidii charitativi, ut videatur non niſi liberalitati cujusque commiſſum eſſe, unde & doni gratuiti, conceſſionis liberalis & ejusmodi titulis aliis inſigniri ſolet; noviorum tamem Canoniſtarum ſententia hæc eſt, precibus ab initio expetendum eſſe ſubſidium hoc charitativum, verum adverſus renitentes & refractarios jus poteſtatis ordinariæ exercendum, ut etiam inviti ſolvere cogantur; neque id iniquum eſſe, cum unicuique inopia laboranti ſubveniendum ſit. Et fateor, rationem hanc valde ſpecioſam videri, quippe propter quam cogi etiam poſſunt cives, ut eleemoſynas faciant, & pauperibus ſuccurrant uti pluribus id deducit G. Franzkius *lib. 2. reſol.* 7. Et ſic recte ſtatuitur, cogi poſſe parochianos, ut facultatibus ſuis ſubveniant parocho & paſtori ſuo, diœceſanos, ut auxilium præſtent Epiſcopo ſuo, poſito, quod paſtor & Epiſcopus extrema inopia laborent. Sed quia in hunc modum reſtringitur aſſertio de coactione ad eleemoſynas præſtandas, ut intelligenda ſit de extremo paupertatis gradu, quando pauperibus ſine hujusmodi ſubſidio aut penitus pereundum, aut cum gravi jactura valetudinis confligendum fuerit, (Gregorius de Valentia *tom. 3. comment. Theol. diſp. 3. q. 9. puncto 4.*) videant Canoniſtæ, utrum aſſertio iſta ita limitata applicari poſſit ad omnes charitativi ſubſidii ſpecies, quas fingunt, præſertim cum ſtatuant, jus exigendi ſubſidium charitativum eſſe ex parte petentis Epiſcopi rem meræ facultatis. Remig. Gonni *de charitat. ſubſid. q. 60.* Z. *III. 27. 15. & 16.* Confer infra *notam 714.*

Preces cogentes.

(688)

Digitized by Google

alterius juris penditur. (688) Speciali tamen nomine cenſus, qui Epiſcopo ab Eccleſiis in argumentum ſubjectionis tribuitur, *Cathedraticum* appellatur: eo quod ob honorem cathedræ perſolvatur. (689)

Quibus temporibus, & quibus cauſis poteſt cenſus conſtitui in eccleſiis.

§. 2.

Status antiquus Eccleſiæ Chriſtianæ. (688) I. Antiquitus reditus Eccleſiæ communes erant, & miniſtris Eccleſiarum, quorum erat utplurimum communis vita & converſatio, maxime vero pauperibus diſtribuebantur. Poſtea ſingulis miniſteriis certi reditus fuerunt aſſignati, quibus miniſtri tanquam re propria fruerentur. Et tum quoque Epiſcopi ab inferioribus Eccleſiis vectigal quoddam exigere cœperunt. Z.

Remiſſio. II. Repete notam 434. *ad lib. 1. tit. 26.* T.

Cathedraticum, Synodaticum, Inthroniſticum (689) I. Ab aliis dicitur Synodaticum, quia in Synodo ſingulis annis celebranda ab omnibus vocatis ad illam præſtari conſuevit, ad hoc ſc. ut Epiſcopi ad ſynodum celebrandam allicerentur. Solvi autem in eam rem debent duo ſolidi, niſi conſuetudine plus vel minus fuerit introductum. Auguſtin. Barboſa *de jur. Eccleſ. part. 2. lib. 3. c. 20.* Cathedra autem in jure Pontificio pro honore ac munere Epiſcopali ſæpe accipitur, propterea quod olim Epiſcopi, quorum munus proprium ac præcipuum eſt docere, ſedentes in ſolio & cathedra docebant ac quoties Epiſcopus aliquis creabatur, collocari in eo ſolio atque throno ſolebat, veluti poſſeſſionis cujusdam adprehendendæ gratia. Duaren. *de SS. Eccleſ. min. l. 7. c. 5.* Ab hoc cathedratico aliud eſt, quod inthroniſticum dicitur Juſtiniano Imperatori *Novell. 123. c. 3.* ab Interprete itidem cathedraticum appellatum. Et eſt portio pecuniæ, quam Epiſcopi, poſtquam conſecrati fuerant, pro inthroniſatione, ſive ut nos loquimur, inſtallatione Epiſcopis, Clericis & Notariis, qui in conſecratione aderant, dare ſolebant. De qua re videri poterit Petrus de Marca *de concord. ſacerd. & imp. l. 6. c. 10. n. 3.* Z.

II. De

§. 2. Conſtituitur autem cenſus, aut fundationis tempore, aut conſecrationis, aut tempore immunitatis indultæ. Fundationis, aut conſecrationis tempore cenſus imponitur, quia veluti præter ordinarii conſenſum, nec fundari, nec dedicari poteſt Eccleſia: †) ita eodem tempore certum cenſum Epiſcopis, in ſubjectionis ſignum conſtituere poterit. Sed nec illud inſolitum, aut

†) *d. cap.*

II. De inthroniſtici & cathedratici differentia & aliis ad illuſtrationem notæ præcedentis facientibus vide eundem Ziegl. *de Epiſc. l. 3. c. 27. §. 3. 4. 5. 6.* De prima origine cathedratici ita ſcribit Sarpius *in tractatu de beneſic. §. 10. p. m. 52.* „ Il n'eſt pas hors du ſujet, que nous traitons, de ſavoir en detail les choſes, qui ſe paſſerent, pendant que les biens eccleſiaſtiques reſterent tous en un corps, & ſous un meme gouvernement, quoique les revenus fuſſent diviſez; ce qui ne put pas durer long tems, a cauſe des diferends, qui naiſſoient entre ceux, à qui en apartenoit l' adminiſtration, & ceux, qui etoient à leur merci. De ſorte que pour tout expedient chaque Miniſtre commença à retenir pour ſoi les ofrandes, qu' on faiſoit dans ſon temple, au lieu qu' auparavant elles ſe portoient à l' Evêque, pour en faire le partage: mais pour reconnoitre la ſuperiorité de l' Evêque, chaque Miniſtre lui donnoit la troiſiéme partie de ces oblations, & quelque choſe de plus par honneur, ce qui fut appellé depuis le *Catedral,* comme étant donné pour montrer ſon reſpect envers la Chaire Epiſcopale. Ils partagérent auſſi les fonds, & aſſignérent à chacum ſa portion. Mais ces changemens ne furent pas faits, ni en tous lieux, ni tout à la fois, ni par un decret public, mais de la maniére, que s' introduiſent tous les uſages, qui après avoir commencé dans un lieu, ſe communiquent ſucceſſivement aux autres, principalement les mauvais, qui courent plus vîte, & trouvent moins de reſiſtence. „ T. *Illuſtratio dictorum.*

Digitized by Google

fundationis tempore poterit Epiſcopus moderatos ſumptus conſtituere. (693)

Simplices ſacerdotes non poſſunt proprias eccleſias facere cenſuales: & qui de facto id fecerit, ab eccleſia removebitur.

§. 3. Simplices autem ſacerdotes, vel clerici non poſſunt eccleſias, quibus præſunt, propria authoritate, præſertim poſt eorum deceſſum, (694) cenſuales efficere. Ideoque *b*) qui ab eisdem quadam colluſione penſionem annuam de eccleſiis receperint, illis defunctis ſuper penſionis receptione audiendi non erunt, ſi Rom. *b) c. præterea eod. tit.*

cenſum, ſi nulla cauſaretur obligatio? cum ſufficeret alias in Eccleſiæ, quæ cenſum obtulit, memoriam conſignare. Et profecto ea eſt praxis Pontificum Romanorum, ut ex benevolentia & beneficentia hominum facile induant obligationem. Z.

(693) Colligunt inde, ſine Epiſcopi autoritate non poſſe Patronum tempore fundationis aliquid ſibi reſervare, quod iniquum videtur; Sicut enim liberum eſt alicui fundare & non fundare Eccleſiam, ita liberum etiam eſt fundare Eccleſiam cum onere, dum tamen alias congrua dos conſtituatur. Antequam igitur fundus exeat ex meo patrimonio, non poſſum prohiberi, ne cum onere eum dimittam, cum eo tempore nullæ adhuc in eo ſint partes Epiſcopi. Z. *Falſa collectio Canonistarum.*

ad §. 3.

(694) Ergone poterunt Clerici ad dies vitæ Eccleſiam cenſualem efficere? Non videtur. Vocabulum enim PRÆSERTIM exprimit caſum minus dubitabilem & implicat magis dubitabilem, & hinc denotat hæc dictio, idem juris eſſe in caſu contrario. Obligare tamen ſe poterit Clericus perſonaliter ad penſionem annuam per dies vitæ ſolvendam. Panorm. *ad c. 8. X. h. t.* Sed videndum tamen, ne & iſta obligatio in Simoniæ crimen incidat, ſi præſertim promiſſa fuerit penſio Patrono. Z. *Vox præſertim quid hic denotet?*

Rom. pontificis, aut alterius, (695) qui de jure id facere potuerit, authoritatem ſuper hoc non interveniſſe conſtiterit. Quin potius, ſi qui per colluſionem *c*) talia facere comperti fuerint, ab ipſis eccleſiis removendi erunt.

c) *c. cum clerici eod. tit.*

Epiſcopus non poteſt novum cenſum imponere, vel veterem augere, præter cathedraticum.

§. 4. Sed *d*) nec Epiſcopus ipſe, aut quilibet alius eccleſiis novos cenſus imponere, (696) aut veterem augere, aut partem proventuum ſuis uſibus vendicare poterit: idque adeo obtinet, ut etiam ſi juramentum *e*) de novo cenſu perſolvendo quis ſuſceperit, non propterea ſolvere, ſed abſolvi ab illicito jurejurando debeat. (697)

d) *c. prohibemus. eod. tit.*

e) *c. ſignificavit. d. tit.*

Differentia inter cenſenſum Papæ & Epiſcopi.

(695) Qualis eſt Epiſcopus. Et hinc ſequitur, accedente ſuperioris conſenſu, conſtitutionem cenſus etiam ſuceſſores obligare. Sed eſt tamen adhuc diverſitas inter ſuperiores. Epiſcopi enim & alii inferiores non poſſunt imponere cenſum in perpetuum, ſed ſolus Papa. Illi autem imponere poſſunt tantum ad vitam penſionarii, ſed ita tamen, ut non ſolum præſens poſſeſſor eum ſolvere teneatur, ſed etiam ejus ſucceſſores, quoad penſionarius vixerit. Auguſtin. Barboſ. *de offic. & pot. Epiſcop. part. 3. alleg. 85. num. 1. 3.* Z.

ad §. 4.

Rationes variæ.

(696) Eſt enim cenſus impoſitio quædam alienatio, & quædam ſervitus, qua Eccleſia gravatur Joh. Bapt. Vivian. *ad c. 7. X. h. t.* Cum ergo nulla alienatio nec ſervitutis impoſitio fieri ab Epiſcopo ſine ſolennitate poſſit, multo minus fieri poterit in Epiſcopi ipſius utilitatem. Sed nec vitio Simoniæ caret, ſi Epiſcopus ab eo, cui Eccleſiam committit, requirat aliquid ſibi exhiberi de fructibus illius Eccleſiæ, Gulielm. Redoan. *de Simon. part. 2. c. 21. n. 29.* Z.

Digitized by Google

(667) Nec quicquam profuerit, quod Epiſcopus, vel quilibet de novo *f*) illas de manibus laicorum (698) eripuerit: nam nec eo caſu præter cathedraticum, & quæ cæteris imponuntur, aliquid exigi poterit.

f) *c. eccleſ. extrav. eod. tit.*

Ex cauſa & non in propriam utilitatem poteſt Epiſcopus novum cenſum conſtituere, vel augere veterem, accedente conſenſu capituli.

§. 5. Quod autem diximus, Epiſcopum nec novum poſſe cenſum imponere, nec augere veterem, ita intelligi oportet, ſi in propriam velit utilitatem convertere. Cæterum, ſi non in ſuum, ſed in alterius (699) ſibi ſubjectæ eccleſiæ commodum, ex juſta cauſa, vel novum cenſum conſtituere, vel veterem augere, vel

(697) At quid opus eſt abſolutione, cum omnino non obliget juramentum illicitum? *c. 18. & 21. X. de jurejur.* Nec igitur ſervari debet, etiamſi nulla plane intervenerit abſolutio. Z. *Abſolutione non eſſe opus.*

(698) Veluti ſi decimæ alicujus Eccleſiæ in feudum a Laicis detineantur, vel jus patronatus in eadem habeatur, vel ſi quocunque modo Laicis aliquid inde debeatur. Nec intereſt, juſte an injuſte Laici poſſideant, quia Epiſcopus in omni caſu obligatur ad procurandam Eccleſiæ utilitatem. Barboſ. *d. l. n. 12.* Z. *Exempla varia.*

ad §. 5.

(699) Tria requiruntur ut cenſum augere vel novum imponere liceat Epiſcopo 1. ut id fiat in alterius Eccleſiæ, non propriam Epiſcopi utilitatem. 2. Ex juſta cauſa & 3. cum conſenſu capituli. Primum requiſitum etiam ad alias perſonas quandoq; ex juſta cauſa extenditur. Inter juſtas cauſas refert Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. tom 4. cap. 617. n. 5. 6.* ſi reſervetur penſio pro bono pacis, pro ſtudio alicujus ſcholaris pauperis, vel in utilitatem Eccleſiæ, pro concordia litis, pro pauperib9 & egenis, pro benemeritis, pro uſu pio, pro renunciantib9 *Requiſita nova impoſitionis cenſus.*

 ex

vel etiam minuere (700) velit, Capituli accedente conſenſu, id ſibi minime interdicitur.

Provinciæ & eccleſiæ de novo converſæ in perſolvendis cenſibus ſervabunt conſuetudinem vicinarum.

§. 6. Sed quis erit modus obſequiorum (701) Metropolitano exhibendorum, ſi qua de novo g) converſa provincia, ad alicujus eccleſiæ jurisdictionem acceſſerit? Et ex facto reſponſum eſt, id obſervari debere

g) *c. ſuper eo. cod. tit.*

ex cauſa renunciationis loco alimentorum &c. De penſione loquitur, quæ differt quidem a cenſu quandoque, ſed ejus tamen non melior debet eſſe conditio, quam cenſus, unde & cenſus nomine venit uti notat Andr. Valleuſ. *tit. de cenſib. n. 1.* & promiſcue plerumque hæc vocabula a Doctoribus accipiuntur. Z.

Objectio. (700) I. Caſum talem refert Cardin. Seraphinus *part. 2. deciſ. 1109.* Sed de hoc tamen dubitare quis poſſet, utrum hoc caſu capituli conſenſus ſit neceſſarius. Sane dum melior ſit conditio Eccleſiæ, quando cenſus minuitur, non præſumitur Capitulum velle diſſentire, ut neceſſario conſenſus ejus ſit requirendus. Sic & pupillus meliorem ſuam conditionem ſine tutoris autoritate facere poteſt, *pr. Inſt. de auctor. tut.* Z.

Reſponſio. II. Sed ad iſtud dubium facilis videtur reſponſio. Epiſcopus minuendo cenſum meliorem quidem facit conditionem eorum qui cenſum pendunt, ſed non meliorem facit conditionem ſedis Epiſcopalis, adeoque intereſt Capituli, ut ſine ejus conſenſu & hoc non fiat, cum ex eo ſumantur ſucceſſores in Epiſcopatu. T.

ad §. 6.

Obſequia quid? (701) Hoc nomine venit omne id, quod ab Eccleſia ſubjecta debetur Epiſcopo, ſive quoad cenſum, qui ſubjectionis indicium eſt, ſive quoad procurationes, & iſtiusmodi alia. Z.

(702)

Digitized by Google

re quod in vicinis provinciis (702) obſervatum reperitur.

Epiſcopis viſitantibus debetur procuratio.

§. 7. ULterius prælatis (703) diœceſim viſitantibus,

(702) Dum tamen conſuetudo in vicinis provinciis non ſit nimium oneroſa, nec pœnam aliquam contineat. Et generale hoc eſt, ut in juribus realibus perpetuis conſuetudo vicinorum locorum attendatur. Nic. Boër. *deciſ. 263. n. 9.* ut ſic aliorum ſimili exemplo lubentiores efficiantur ſubditi. Z. *Limitatio & ratio.*

ad §. 7.

(703) I. Viſitationes olim per Miſſos regios cum adjunctis Epiſcopis perficiebantur. Vid. M. A. de Dominis *lib. 6. de Rep. Eccleſ. c. 5. n. 131. ſeq.* Et omnino iſtud negotium ad Principes ſpectat, qui tamen in Eccleſiis reformatis per Conſiſtoria & Superintendentes id expedire ſolent. Z. *Viſitationes olim a quibus factæ?*

II. Ad hunc §. 7. & *ſeqq.* & ad notas Zieglerianas conferri omnino meretur integrum *caput 26. libri 3. de Epiſcopis* ut quod multa ſuppeditabit non vulgaria & ad illuſtrationem notarum illarum facientia. Summa eorum eo redit. De viſitationibus agit *a §. 1. ad §. 23.* de procurationibus *a § 24. ad finem capitis.* Utilitatem viſitationum exponit (§. 1.) Viſitatores olim dicebantur qui Eccleſiam viduatam, ſive dum in reatu eſſet, regebant, & in Eccleſiis Africanis interceſſores aut interventores dicebantur. (§. 2.) Viſitatores illi & periodeutæ videntur primum in partem ſolicitudinis ab Epiſcopis adſciti fuiſſe, ſi vel ampla nimis eſſet diœceſis, vel Epiſcopus ipſe ob valetudinem aut pigritiam viſitare non poſſet aut nollet. (§. 3.) Regulariter autem Epiſcopus ipſe viſitandi id munus ſuſtinere aut expedire debebat, cum id ad munus paſcendi oves pertineat (§. 4.) Si autem Epiſcopus ipſe viſitationis actum expedire non poſſet, non prohibebatur, poteſtatem eam alteri mandare, ſcilicet vel ob alios inſigniores labores, vel ob infirmitatem (§. 5.) vel etiam ob imperitiam *c. 15. de* *Summa dictorum alibi a Zieglero.* *De viſitationibus.*

de offic. jud. ordin. (§. 6.) Quodſi ſine legitimis cauſis vicaria poteſtate uteretur Epiſcopus, procuratoris præmium nullatenus ei debebatur *c. procurationum de cenſibus* (§. 7) Poterant etiam Archi Epiſcopi jure proprio provinciam ſuam & ſingulas Epiſcoporum diœceſes in ea contentas viſitare (quanquam ſequioribus temporibus etiam Pontificiam autoritatem adjungere placuit) ſive negligens fuerit Epiſcopus, ſive non negligens *c. fin. eod. in 6.* (§. 8.) quod inſigni exemplo viſitationis in Anglia ab Archi-Epiſcopo Cantuarienſi ſeculo 14. inſtitutæ ex Franciſci Godevini commentario *de Præſulibus Angliæ* declarat (§. 9. & 10.) Patriarchalium viſitationum rariora occurrunt exempla, nec alia, niſi quæ in particularibus quibusdam Eccleſiis aut provinciis factæ fuerunt, quia pene impoſſibile fuit Patriarchæ univerſam ſuam diœceſin peragrare. Potuit tamen Patriarcha ad quamcunque ſibi ſubjectam provinciam excurrere, aut ad ſingularem cujusque Epiſcopi diſtrictum, & ibi, quæ emendanda fuerint corrigere & emendare. (§. 11) Cæterum Epiſcopi omnes ſuo nomine & jure proprio viſitationis munus expediunt, Archidiaconi nomine vicario Epiſcopi, propriam vero parochiam quandocunque libuerit, ſed ſemel tamen in anno. Deficiente Archidiacono munus viſitandi committere poterat Epiſcopus presbytero vel diacono, (§. 12.) Viſitationis objectum ſunt primo perſonæ, eæque non Eccleſiaſticæ tantum ſed & ſeculares, ideo quia membra ſunt Eccleſiæ; Dum enim per viſitationem ſalus Eccleſiæ intenditur, non poteſt ea obtineri, niſi membra ejus, ſaltem quoad externam converſationem ſalva ſiut. Debet igitur Epiſcopus, ut bonus paſtor oves ſuas luſtrare, & de earum qualitatibus, morbis & vitiis inquirere, num qua ſit, quæ in manifeſtis & miſerandis errorum atque criminum fluctibus volutetur, quæ devium iter inſiſtat, quæ reduci nolit, quæque cæteris exitio aut abominationi ſit. Repertam talem corrigat, emendet, admoneat, reſecet etiam & a grege ſeparet, ſi de ſalute ejus deſperet. Hoc enim eſt boni paſtoris officium, hoc ejus munus & miniſterium. (§. 13.) Quod res attinet, viſitari debent loca qualiacunque cultui divino & religioni deſtinata, templa, ſacella, cœmiteria, Hoſpitalia, vaſa itidem ſacra, veſtes ſacræ, & quicquid denique vel ad devotionem vel ad pium conſortium in-

Digitized by Google

inſtitutum & deputatum fuit. Omnia ejusmodi loca ſub ejus Epiſcopi poteſtate ſunt, in cujus territorio ſita ſunt. Etiam monaſteria (§. 14) Etiam de his quæ contra regulam monaſticam acta ſunt. (§. 15.) Etiamſi monaſteria exemta ſint, niſi exemptio ab ipſa etiam viſitatione ſpecialiter facta fuerit &c. (§. 16.) Qua occaſione agit (§. 17. & 18.) de antiquis cauſis exemtionum. Modus viſitandi exponitur *ex can. placuit C. 10. q. 1.* (§. 19.) In ſpecie circa quæ capita tam intuitu doctrinæ quam vitæ, tam ratione Doctorum, quam auditorum inquiſitio in viſitationibus inſtituenda ſit; quænam ſit ratio inquirendi in ſcholis, tum quod præceptores, tum quod diſcipulos concernit: item quænam ſit ratio inquirendi circa reſtaurationem ædificiorum, adminiſtrationem bonorum Eccleaſiſticorum, & ſalaria miniſtrorum Eccleſiæ. (§. 20.) In omnibus tamen his non aliæ ſunt Epiſcopi viſitatoris partes, niſi quas patitur ejus officium. Quodſi igitur repertus fuerit flagitioſus aliquis & valde atroci crimine notatus, nihil aliud tamen poterit Epiſcopus, niſi monendo, corripiendo, & excommunicando tandem, ſi incorrigibilis ille fuerit, officio ſuo defungi. Hucusque enim progredi poteſt Epiſcopus, cum ejus officium totum ſpirituale ſit, cui proinde non aliæ quam ſpirituales pœnæ conveniunt. (§. 21.) Quod tempus attinet, debebat fieri viſitatio ſingulis annis, quandoque etiam bis in anno (§. 22.) Finis viſitationum fuit, ut ſana & orthodoxa doctrina expulſis hæreſibus inducatur & conſervetur, honeſta diſciplina & boni mores atque ritus retineantur, pravi corrigantur, populus cohortationibus & repetitis admonitionibus ad religionem, pacem, concordiam, & innocentiam accendatur, cæteraque omnia prout locus, tempus & occaſio fert, ex viſitantium prudentia ad fidelium ſalutarem uſum conſtituantur. (§. 23.) Ne autem Epiſcopus officium hoc viſitationis cum damno ſuo expediat, jamdiu obtinuit, ut neceſſarii ſumtus & alimenta ei exhibeantur (§. 24.) Quæ exhibitio procurationis & olim circadæ nomine venit, (§. 25) Neceſſarii debent eſſe ſumtus, non ſuperflui. De abuſu tamen ſumtuum intuitu Epiſcoporum jam conqueſti ſunt Claudius Eſpencæus (§. 26.) & Carolus Sigonius *de regn. Ital. l. 5* (§. 27.) Nec vero ab Epiſcopis tantum crudelis illa avaritia exercita fuit, ſed

Et de procurationibus.

 etiam

etiam a Nunciis & Legatis Apoſtolicis, quibus commiſſa erat talis viſitatio. Imo ſolebant illi aliquando viſitationes prorſus intermittere & procurationes nihilominus exigere. (§. *28.*) Ad compeſcendam hanc avaritiam & luxuriam variæ editæ ſunt conſtitutiones Eccleſiaſticæ. 1. Non rejici ab Epiſcopis, nec dari a parochianis debere procurationes in pecunia ſed in victualibus & cibariis, non in veſtiariis. (§. *29*) 2. Ne nimium graventur parochiani evectionibus, id eſt equis (§. *30.*) 3. Ipſa tandem cibaria & quantum Epiſcopo dari oporteret præſcripta fuerunt: Panes 100. friſchingæ 4 vini ſextaria 50. pulli 7. ova 50. agnus unus, modii 6. annonæ ad caballos, fœni corbes 3. mel, oleum, cera, quod ſufficit (§. *31.*) *Non puto*, inquit Zieglerus, *Petrum & Paulum Apoſtolos viſitantes, procuratos ita fuiſſe.* Sed poſtquam Epiſcopi ad normam principum ſecularium mores ſuos ac vivendi rationem inſtituerunt, majore etiam apparatu opus fuit, quorſum pertinet *cap. 6. de cenſibus* (§. *32. & 33.*) 4. Munera viſitatoribus & eorum familiæ dari prohibuit jus Canonicum (§. *34.*) 5. Ne plures procurationes una die recipiantur, ſive ut numerus procurationum non excedat numerum dierum. (§. 35.) 6. Etiam hoc peſſimo ſeculi uſu aliquando introductum fuit ut Epiſcopus viſitationem prorſus nullam inſtitueret, & quotannis tamen procurationes exigeret, quod prohibuit *c. relata C. 10. q. 1.* (§. *36.*) Horum abuſuum fontes & prima quaſi principia qui inveſtigare velit, facile deprehendet, ex avaritia partim eos, partim ex ſuperſtitione, oriri. Familiaria enim hæc ſunt Epiſcoporum vitia, quibus extirpandis nulla unquam ſufficiens fuit lex Eccleſiaſtica. Et ea in tantam ſæpe excreverunt proterviam ut non ad contentionem tantum, ſed ad vim, ad manus, ad cædem etiam propenſiſſimi exiſterent antiſtites, Apoſtolorum ſi diis placet, ſucceſſores. Quod iterum exemplo ex Franciſco Godevino de Bonifacio Archi-Epiſcopo Cantuarienſi declarat. (§. *37.*) Neque tamen ulla adverſus præſtationem procurationis allegari poteſt præſcriptio. (§. *38.*) In terris Proteſtantium Principi viſitandi hoc jus competit, non ex ſpeciali conceſſione & privilegio, ſed ideo, quia Princeps eſt in Republica, in qua etiam eſt Eccleſia. (§. *39.*) Male igitur, ut alia jura, quæ Epiſcopalia abuſive dicuntur, ita etiam jus viſitandi Principibus ademerunt, ſibique

que

Digitized by Google

bus, *b*) etiam procuratio (704) debetur. Eſt autem pro-

b) *ext conſ. vaſ. eod. tit. & c. cum Apoſtolus. extrav. eod. tit. & per totum tit. & in 6.*

---

que vindicarunt Epiſcopi. Et recte proinde ſibi id aſſeruerunt Principes proteſtantes, & quaſi poſtliminio revocarunt. Nec verum proinde eſt, quod putant nonnulli, Principes in hiſce talibus duplicem gerere perſonam, Eccleſiaſticam & politicam. (§. *40.*) Nec vero neceſſe eſt, ut Principes ipſi munus iſtud viſitationis expediant, cum & in aliis regalibus exercendis plerumque utantur ſuorum miniſterio. Et quia diverſa in ejusmodi actibus occurrere ſolent negotia, quæ interdum judiciali disquiſitione & deciſione dirimenda veniunt, utiliter eam in rem adhibentur perſonæ, tum Eccleſiaſticæ, tum Politicæ in rebus agendis exercitatæ. (§. *41.*) Ut jam brevibus etiam judicium noſtrum de viſitationibus hisce ſubjungamus, ſi viſitationes iſtæ inſtituantur juſſu Principis adhibitis ad eas perſonis pariter Eccleſiaſticis & Politicis in rebus agendis exercitatis, earum uſum inſignem eſſe non diffitemur, & optandum eſſet, ut frequentiora apud nos ejusmodi viſitationum extarent exempla. At vero, quatenus, ut apud Pontificios fit, remotis Laicis ſolus Clerus hoc jus viſitandi ad ſe traxit, viſitationes hæ non aliter conſiderandæ ſunt, quam arcana politica ſub prætextu pietatis vel orthodoxiæ tyrannidem exercendi in clerum de damno Joſephi ſollicitum & innocentem, & in Laicos etiam, ac in ipſos adeo Principes aut Principum miniſtros, jurium Principalium vindices, item pecunia emungendi tam Clerum, quam Laicos. Quibus præſuppoſitis varia monenda eſſent circa ea, quæ ſupra ex Ziegleri §. *13. 14. 20. 21. 23.* excerpſimus, potiſſimum, quod putat excommunicationem eſſe pœnam ſpiritualem, adeoque pertinere ad officium ſpirituale Epiſcoporum. Sed ea de re aptior erit locus diſſerendi ad *libri 4. titulum 1. 12. & 13.* T.

Judicium noſtrum de viſitationibus & arcanis ibi latentibus.

(704) Dicitur procuratio, quia Eccleſiæ Epiſcopum procurant, i. e. curant, alunt, ac tuentur: ſicut pueri dicuntur procurari a nutricibus,

Procurationes & harum abuſus.

procuratio neceſſariorum ſumptuum (705) exhibitio. Nam cum Apoſtolico teſtimonio ſuffragante congruum

cibus, & equus a domino. Duaren. *de SS. Eccleſ. miniſt. l. 7. c. 5.* Procurationem autem iſtam in paſtu deberi, ſive in ipſis ſpeciebus, non in adæratione aut pecunia, tradit Joh. Papon. *lib. 1. tit. 11. in append. areſt. 1.* Sed id forte parum obſervatur. Quantus enim iſtiusmodi procurationibus verſetur abuſus, docet Claudius Eſpencæus *in Epiſt. ad Tit. c. 1. pag. 479. Minores*, inquit, *non tantum Epiſcopi, ſed & Archi-Diaconi eorumque male officioſi, eorum, inquam, officiales & vicarii plerumque dum diœceſes & parœcias obequitant, non tam facinoroſos, & criminum reos pœnis & correctionibus a vitiis deterrent, quo fine peregrinationes hujusmodi olim jam fuerunt jure Canonico ordinatæ, quam pecunia præſenti & numerata titulo procurationis, ne dicam, fictitia jurisdictionis, emungunt & exſugunt tum Clericos, tum laicos.* &c. Z.

Neceſſarii ſumtus, qui (705) Neceſſarii eſſe debent, non ſuperflui, quos damnat Hieronymus apud Gratianum *c. 4. diſt. 35.* Sumptuum autem mentionem facit autor, ut ſimul comprehendat eos, qui in pecunia numerata conſiſtunt, ſecutus Pontificem Bonifacium VIII. qui procurationem in pecunia permiſit *c. 3. h. t. in 6.* quam tamen nec a volente quidem Eccleſia recipi debere, ſtatuerat Gregorius X *c. 2. eod.* ut mirum ſit, pugnantes iſtas Pontificum ſententias in eodem juris Canonici contextu connexas fuiſſe. Cæterum quantitas ſumptuum faciendorum definiri in genere nequit, ſed & facultates Eccleſiæ & perſonæ viſitantium attendi debent. Et quanquam in Concilio Lateranenſi certus equorum numerus, qui viſitatoribus permitti debeat, determinatus ſit, *cap. 6. X. h. t.* non poſſe tamen ubique eundem numerum locum habere *in fin. cap.* aſſeritur. Prohibitio tamen, quæ illic habetur, ne aves & canes venatorios ſecum ferant Viſitatores, perpetua eſt, & nullam patitur exceptionem, cum iniquum ſit, ut Eccleſiæ bona voluptatibus hominum inſerviant. Z.

(706)

Digitized by Google

um ſit, ut a quibus ſpiritualia recipimus, eisdem etiam temporalia noſtra communicemus: rectiſſime conſtitutum eſt, ut cum prælati diœceſim peragrando divina nobis exhibent, illis etiam a nobis (706) temporalia exhibeantur. (707)

Epiſcopus remittens eccleſiæ ſervitia, non cenſetur remittere procurationem, ſed illam dare detrectantes poteſt excommunicare, & procurationi non præſcribitur.

§. 8. Et adeo viſitationi annexa eſt procuratio, ut ſi Epiſcopus *i*) alicui eccleſiæ omnia ſervitia remiſerit, (708) eidem viſitanti nihilominus moderata debeatur procuratio: (709) quam ſi viſitati exhibere negave-

i) *cap. cum venerabilis eod.*

---

(706) Ita ut Laici etiam ad procurationem iſtam contribuere teneantur, quanquam id non obſervari tradat Aug Barboſa *de offic. Epiſc. part. 3. alleg. 73. num. 43. & de jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 22. n. 14.* Z. *An etiam Laici hic contribuant.*

(707) Non obſtante, quod Viſitator ex ſuis reditibus tantum habeat, quantum ſufficere poſſit ad expediendam viſitationem. Inſtitutæ enim ſunt procurationes, ut, dum de alimentis comparandis minus ſollicitis eſſe licet viſitatoribus, eo magis illi attenti ſint rebus Eccleſiaſticis conſervandis aut emendandis. Quæ autem obſervare debeat viſitator ante actum & in ipſo actu viſitationis, tradit Barboſa *de offic. Epiſc. d. l. num. 57. ſeq.* Z. *Extenſio.*

ad §. 8.

(708) Plurima tamen eſſe, quæ remitti non poſſint, tradit Nicolaus Boërius *deciſ. 133. n. 6. 7. 8.* videlicet reverentiam, charitativum ſubſidium, cathedraticum, correctionem &c. Joh. Franc. Balbus *de præſcript. part. 1. part. princ. V. qu. 12.* Z. *Quæ remitti non poſſunt.*

(709) Niſi & hæc remiſſa fuerit. Poſſe enim ab hac Eccleſiam per ſpeciale privilegium eximi ſtatuit Barboſa de Jur. Eccleſ *d. l. n. 27.* *Quid ſi ipſa procuratio remiſſa?*

verint, *k*) ſi quam in contumaces rite tulerit ſententiam, erit inviolabiliter obſervanda, cum nec ullam adverſus procurationem, quæ ratione viſitationis competit, præſcriptionem currere (710) dignoſcatur. *l*)

k) *c. cum nuper eod. tit.*

l) *c. accedentes ext. de præſcr.*

Qui viſitare poſſint, & quod Archiepiſc. poteſt viſitare provinciam, etiam cum ſuffraganei non ſint negligentes.

§. 9. Viſitandi *m*) vero ſolicitudo non modo incumbit Epiſcopis, Patriarchis, ſedis Apoſtolicæ legatis, nunciis, Archidiaconis, & Decanis: qui quidem ne non tam divina, quam propria quæſiviſſe videri poſſint, caute proſpicient, ut ea quæ tam generali, *n*) quam Lateranenſi concilio *o*) continentur, & quæ Innocentiana *p*) conſtitutione, atque aliis Canonibus ſalubriter conſtituta comperiuntur, inviolabiliter obſervent. Quod autem diximus, Archiepiſcopis viſitare licere provinciam

m) *c. felicis. eod. tit. in 6. & clement. 1. d. tit. & c. ſopitæ. & c. cum inſtantia eod. tit.*

n) *c. 2. eod. tit. in 6.*

o) *c. cum Apoſtolus. eod.* *p*) *c. 1. eod. tit. in. 6.*

---

n. 27. Poſito hoc, neceſſe eſt, ut ſtatuat, etiam a viſitatione immunem reddi poſſe Eccleſiam, quod videtur eſſe contra bonos mores, niſi immunitatem iſtam reſtringas ad viſitationem Epiſcopi, ut tamen alii viſitatio competat. Z.

De præſcriptione procurationum.

(710) Quia præſcriptio tollens viſitationem jure communi inductam non valet. Et talis eſt præſcriptio adverſus procurationem, ita ut ne quidem in parte procurationis locum habeat. Ratione modi tamen & rerum procurandarum, quemadmodum etiam ratione procurationum præteritarum præſcriptionem admittunt Doctores. Barboſ. *d. l. n. 24. 25.* Neutrum ſolido cum fundamento. Primum enim ideo non placet, quia ex conſtitutione Gregorii X. prohibitum omnino erat, pecuniam etiam a volente accipere. Præſcribi ergo tum modus ille non poterat. Bonifacii vero conſtitutio permittit a volen-

Digitized by Google

am,(711)ac procurationes a locis recipere viſitatis, tunc etiam ſibi locum vendicat, cum ejus ſuffraganei argui negligentiæ nomine non poſſunt: nec enim propterea minus ſuam libere viſitare provinciam poterunt. (712)

Ob oratorium non eſt exigenda procuratio, & ob urgentem neceſſitatem poteſt Epiſcopus exigere charitativum ſubſidium.

§. 10. Poſtremo q) admonendi ſumus, propter privatum oratorium, in quo quis interdum celebrat, pro- *q) c. fin. eod. tit.*

---

volente accipere pecuniam; ſed tum res iſta eſt meræ facultatis, cui præſcribi nullo modo poteſt. *l. 2. ff. de via publ.* Menoch. *de A. J. Q. caſ. 160. n. 5. ſeq.* Ant. Gomez. *tom. 1. reſol. 9. n. 27.* Coraſ. 6. *miſcell. 21.* Alterum vero ideo rejici poteſt, quia videntur præſcribentes, quibus non poteſt ignota eſſe procuratio præterita, bona fide deſtituti. Z.

ad §. 9.

(711) Archi-Epiſcopis hanc viſitandi facultatem ex vetuſtiſſimis juribus Eccleſiaſticis & jure quodam ſuo competere, nemo olim dubitavit. At Concilium Tridentinum *ſeſſ. 23. c. 3.* facultatem hanc Metropolitanis auferre voluit, ſtatuendo, ut ipſi Metropolitani non poſſint provincias ſuas viſitare, niſi cauſa cognita & probata in concilio provinciali. *Quis vero non videt,* inquit Marcus Anton. de Dominis *l. 3. de Rep Eccleſ. cap. 9. n. 16. Epiſcopos ſuffraganeos nunquam conſenſuros, ut a ſuo viſitentur ArchiEpiſcopo, ideoq; cauſam nunquam probaturos?* Sed jamdiu Papatus imminutione poteſtatis Metropolitanorum & Epiſcoporum ſua molitur incrementa. Z. *Ademta poteſtas hec Archi-Epiſcopis a Concilio Tridentino.*

(712) Videtur tamen talis viſitatio ad lucrum potius & quæſtum inſtitui, præſertim cum ArchiEpiſcopis viſitantibus etiam confeſſiones ſubditorum ſui ſuffraganei audire & eosdem abſolvere permittatur, *c. fin. hoc. tit. in 6.* Z. *Objectio.*

ad

procurationes, quæ viſitationis ratione debentur, a quoquam exigi, vel extorqueri non poſſe: ſed nec aliis exactionibus ſubditos ſuos Epiſcopi gravare debent, *r*) niſi quandoque eidem multæ ſuperveniant neceſſitates: (713) quibus caſibus, ſi manifeſta ac probabilis cauſa extiterit, cum charitate moderatum ab eis poſtulare ſubſidium (714) ſubſtinendi erunt.

r) *c. cum apoſtolus §. prohibemus eod. tit.*

DE

ad §. 10.

Remiſſio. (713) Quænam ſint illæ neceſſitates jam ſupra fuit indicatum *nota 687.* quæ etiam cum nota jam ſequente conjungenda eſt. T.

De ſubſidio charitativo. (714) Non igitur pro poteſtate & imperio indici poterat olim, ſed precibus ac ſuaſionibus impetrabant Epiſcopi, non tanquam dominantes. Hodie autem cogere poſſunt Epiſcopi ſubditos per cenſuras ad tale ſubſidium ſolvendum. Thom. Grammat. *deciſ. 88.* Boër. *deciſ. 136.* Claud. Tutius *allegat. jur. 47.* Barboſ. *de pot. Epiſc. p. 3. all. 87.* & ex hoc charitativum amplius dici nequit. De hoc ſubſidio charitativo prolixe agit Petrus Binsfeld. *de injur. & damn. dat. c. 7. q. 1. concl. 12. dub. 5. p. m. 422. ſeq.* Cæterum, quod de coactione dixi, eam in omnibus charitatis officiis locum habere contendunt Canoniſtæ, non obſtante regula, quod ultro aut ſponte & ex libero arbitrio data, obligationem neceſſariam non producant. Eam enim non obtinere in iis, quæ ex officio charitatis procedunt. Et ideo volunt, Abbates, Priores, Commendatores & cæteros ad easdem eleemoſynas teneri & cogi poſſe, quæ ab eorum prædeceſſoribus annuatim factæ ſunt, parochianos etiam cogi poſſe ad laudabilem conſuetudinem charitativam obſervandam. Vid. Joh. Papon. *l. 1. tit. 12. areſt. 1.* At vero quod ita in debitum degenerat, vix poterit amplius ad charitatis officium referri. Sed ita mos eſt apud Pontificios, & ad conſuetudinem talem inducendam ſufficere volunt præſtationem decennalem. Didac. Covarruv. *lib. 1. reſol. 17. n. 3.* Z. Repete *notam 687.*

TIT.

DE CAPELLIS MONACHORUM.

TITULUS XXII.

Omnes eccleſiæ poſitæ in diœceſi ſubſunt epiſcopo, etiam monaſteria, & monachorum capellæ, niſi defendantur privilegio, vel præſcriptione.

§. I.

USque adeo autem omnes baſilicæ *a*) per diverſa loca conſtructæ in epiſcopi, in cujus territorio poſitæ ſunt, poteſtate conſiſtunt, (715) ut ſi eccleſia *b*) ubi monachi habitant, populi curam habeat, cum per monachum plebs regi non debeat, (716) Capellanus (717)

a) *can. omnes baſilicæ 16 q. 7*
b) *c. 2. eod. & c. 1. eod. tit. in 6.*

TIT. XXII.

ad §. I.

(715) I. Et hoc quidem inſtitutum eſt, maxima cum Eccleſiæ utilitate. Sed Pontifices, ut tyrannidem ſuam ſtabilirent, Clericos nonnullos, & ipſa tota aliquot monaſteria Epiſcoporum diſciplinæ & inſpectioni ſubduxerunt, de qua re videri poterit Jacob. Wimphelingius *in Epiſtol. pecul.* Z.

Utilitas poteſtatis Epiſcopalis in monachos.

II Dum Zieglerus hic dicit, maxima cum utilitate Eccleſiæ inſtitutum eſſe, ut monachi ſint in poteſtate Epiſcoporum, id intelligendum eſt, poſito, quod monaſteria ſint utilia Eccleſiæ, & poſito, quod Epiſcoporum poteſtas ſit dependens non a Papa ſed a Principe. Uti vero de priori præſuppoſito repetenda ſunt ea quæ annotata jam ſunt ad *lib. 1. tit. 30.* ita de poteſtate Epiſcoporum in monachos & monaſteria latius egit idem Zieglerus de Epiſcopis *lib. 3. c. 24.* T.

Declaratio illius aſſerti.

(716) I. Putida hæc eſt ordinatio juris pontificii, de qua prolixe egit Gratianus *cauſ. 17. qu. 1.* cum ita olim in monaſteriis vixerint

Objectio.

 mona-

(717) ad conſilium monachorum ab epiſcopo ſit inſtituendus

monachi, ut Clerici eſſe meruerint, uti ſuum inſtruit Ruſticum Hieronymus *in Epiſt*. Et Poſſidonius *in vit. Auguſtini* teſtatur, proficiente doctrina divina ſub ſancto & cum ſancto Auguſtino, in monaſterio DEO ſervientes, Eccleſiæ Hipponenſi Clericos ordinari cœpiſſe. Commendat etiam Juſtinianus Imperator Monachos ſui temporis, quod cultui divino vacantes ſacris ſcripturis incubuerint, & ſupervenientes allocuti de divinis eloquiis diſputarint, *Novell. 133. cap. 2.* Quod ſi igitur inter monachos idoneus quis repertus fuerit, cur ſacra peragere ei non liceat, nulla ratio ſubeſt ſufficiens. Nec vero pugnare ſtatum clericalem cum monachatu, patet exinde, quia tempore neceſſitatis monachum Eccleſiæ præfici poſſe ipſi admittunt Pontificii. Vid. Aug. Barboſa *ad c. 1. X. h. t. 2.* Sed tamen quamplurimæ inter Monachos & Clericos a Canoniſtis ſtatuuntur differentiæ, quas veluti in compendio videre licet apud Cujacium *ad c. 2. X. de condit. appoſ.* Z.

Reſponſio. II. Sed vereor ut objectio Ziegleri dicta hic a Lancelotto feriat. Neque enim ille negat, quod ex Monacho Clericus fieri poſſit, ſed dicit ſaltem, quod Monachus qua talis, non debeat plebem ſeu Laicos regere, quia videlicet hoc regimen repugnat fini & ſcopo monachiſmi. T.

Capella unde dicatur & quid denotet? (717) I. Capella in genere dicitur Eccleſia minus principalis majori ſubjecta. Ejus vocabuli varias reddunt notationes. Alii a cappa Martini deducunt, quam Franciæ Reges expeditionem ſuſcipientes ſecum portaverint, & ſub quodam tentorio reſervaverint. Alii rationem denominationis inde petunt, quod bellicis in expeditionibus olim domunculæ pellibus caprarum tectæ & in iis miſſæ celebratæ fuerint. Alii capellæ nomen dicunt eſſe Francicum, eoque ſignificari tegumen ſeu tentorium in caſtris militaribus, in quibus ſacrum audire ſoliti fuerunt Reges. Quicquid hujus ſit, id certum eſt, capellam uſitatiſſime ſolere denotare Eccleſiam, quæ non eſt per ſe, ſed intra

Digitized by Google

tra Eccleſiam aliam fundata & conſtructa, quomodo etiam oratoria non conſecrata dicta fuerunt capellæ. Beſold. *in theſaur. pract. vocab.* Capell. Videtur autem nomen iſtud Græcis maxime uſitatum fuiſſe, qui Heſychio autore Eccleſiam, templa, ſacella vocant σηκὰς καπέλλας. Add. Frid Lindenbrogg *in Gloſſar. ad Cod. Leg. antiq.* Id obiter noto, in Synodo Senonenſi habita anno 1518. prohibitum, ne in capellis ab antiquo etiam Epiſcoporum autoritate fundatis aliæ miſſæ celebrentur, quam illæ quæ de fundatione extiterint, ut ſcil. eo magis frequentarentur miſſæ in Eccleſiis matricibus. Z.

II. Antequam in honorem ſanctorum templa extructa & dedicata fuiſſent, parochiales tantum Eccleſiæ & cathedralia templa extiterunt, nulla capella. Primus Hilarius Pontifex circa annum 465. Baſilicas Romæ novo & hactenus inuſitato genere ædificiorum exornare cœpit, additis nimirum ſacellis, quæ Platina *in vita ejus* Oratoria vocat, tribus ſanctis dedicata Johanni Baptiſtæ, Johanni Evangeliſtæ & S. Cruci. Hujusmodi Oratoria ſeu ſacella progreſſu temporis Capellæ vocari conſueverunt, ideo quod olim in Oratoriis Regum Franciæ Cappa S. Martini aſſervaretur. Hæ capellæ temporibus poſterioribus non ad Baſilicas & majora templa tantum, ſed etiam extra urbes, & præſertim in minoribus vicis ſeu pagis extrui cœperunt, ab Eccleſia parochiali in urbe longius diſſitis, ut incolæ diebus dominicis orationis gratia ibi convenire poſſent, ea tamen conditione, ut majora feſta & ſolennitates in civitatibus aut parochiis celebrentur. Sed hæ Capellæ olim non habebant Sacerdotes, qui Miſſas ibi celebrarent. &c. Hoſpinianus *lib. 3. de templis c. 2. p. 243. ſeq.* Capellæ Palatinæ dicebantur ſacella regis in Palatiis, quæ fere in ſingulis provinciis habebat in quibus ſacra divorum lipſana, quæ ſecum deferri a Capellanis curabantur, reconderent, & aſſervarent. De his capellis Carolus M. conſtituit, ne capellæ in Palatiis vel alibi ſine permiſſu Epiſcopi Parochiæ illius fiant; conquerentibus videlicet Epiſcopis, quod honor eorum vilior efficiatur, rege cum Proceribus & miniſtris Palatinis in illis capellis cultum divinum celebrantibus, nec ad Miſſarum celebrationem in Eccleſias cathedrales aut parochiales procedentibus. Ea vero erat Capellarum Palatinarum

Capellarum origo.

Capella Palatina.

Uuu uuu 2 præ-

Digitized by Google

endus, (718) ita ut conſuetudine, aut quovis ſtatuto contrario non obſtante, ex ſolius epiſcopi arbitrio, tam ordinatio ejus, quam depoſitio, & totius vitæ pendeat converſatio. Nec id mirum videri debet, cum *c*) monaſteria ipſa, & monachorum diſciplina, ſi nec privilegio, nec legitima præſcriptione doceantur exempta, ad eum

c) *c. pen. de relig. dom & c. 2. eod. tit.*

prærogativa, ut ferme ſemper ab Epiſcoporum juriſdictione & exactionibus eximerentur, ſoli ſedi Apoſtolicæ nullo medio ſubditæ; & ideo etiam interdictum ab Epiſcopis in eas promulgari non poterat. Capella etiam de cancellaria dicitur, quia in Capella Principis ſeu oratorio archivum, diplomata & regni monumenta olim ut & hodie aſſervabantur. Capellæ poſtmodum dictæ quævis ædiculæ ſacræ quæ proprios ſacerdotes non habebant, ſeu ædes ſacræ, quæ non erant baptiſmales. Capella etiam dicitur cœtus clericorum, quos vulgo Capellanos vocant, qui Epiſcopis inſerviunt, eorumque adſunt miniſterio. Du Freſnius *in Gloſſario voce Capella*. Cum igitur Eccleſiæ Monachorum eſſent oratoria in uſum monachorum extructa, in quibus miſſa non celebraretur, quæque adeo inter Eccleſias parochiales aut baptiſmales referri non poſſent, dicebantur Capellæ. **T.**

Capella pro Cancellaria.

Alia ſignificationes.

Eccleſia Monachorum cur capella.

(718) Capellani primitus dicti qui Capam ſeu capellam S. Martini vel in Regum Palatiis aſſervabant, vel in præliis cum cæteris Sanctorum reliquiis deferebant. (Quæ aſſervandarum ſacrarum reliquiarum cura capellanos inferioris ordinis & eos, qui epiſcopis adſunt, etiam poſtea ſpectavit, qui & propterea cuſtodes Capellæ aut cuſtodes ſimpliciter appellantur.) Itaque id primum & præcipuum Capellanorum Palatinorum munus fuit, quos deinceps in Palatiorum ſacellis ſacris peragendis officiis operam dediſſe conſtat, Clerumque effeciſſe Palatinum, cui qui præerat Capellanus κατ' ἐξοχήν, poſtea Archicapellanus dictus eſt. Miniſtrabant vero in Regum capellis viri dignitate illuſtres, ut Epiſcopi & Abbates. Et primitus ſummi iſti Capellani, qui Palatinis Oratoriis ac Sacellis præfecti erant, Abba-

Capellani qui & quotuplices?

tes

Digitized by Google

eum pertineant epiſcopum, in cujus ſunt territorio conſtituta. (719)

DE

---

tes dicebantur. Porro ArchiCapellani & ſummi Cancellarii in Aula Palatina dignitates muneris & officii affinitate conjunctiſſimæ erant ita ut non in prima duntaxat ſed etiam ſub tertia Regum Francorum ſtirpe Archi-Capellani & Archi-Cancellarii tanquam eodem munere functi promiſcue ſe ſubſcriberent. Capellani vero dicti ſcribæ, ſecretarii & amanuenſes Regii. Ad Archi-Capellanum etiam ſpectabat regiæ menſæ benedictio. Erant porro Capellani Principum ſeu Laicorum, qui in domibus ſuis capellas Epiſcoporum conſenſu habebant. Sunt etiam Capellani Rectores Eccleſiarum, item Sub-Capellani Presbyteri, quos rectores Eccleſiarum Parochialium vel religioſi ſibi aſſociant ad regimen animarum, & quibus poteſtatem concedunt abſolvendi & adminiſtrandi ſacramenta Eccleſiæ & ea quæ ad curam pertinent animarum committunt, Du Fresnius *d. l. voce Capellanus*. Hic ultimus ſignificatus eſt hujus loci. Apud nos Diaconi etiam ſolent vulgariter dici Capellani, cujus denominationis ratio ex modo dictis facile patet. T.

(719) De exemtionibus monaſteriorum jam ſupra dictum *ad libr. 1. tit. 19. nota 279. p. 251. & ad tit. 30. not. 597. p. 538. & not. 625. ſect. 2. p. 571.* Ex Baronio Urbani II. verba refert Zieglerus *de Epiſcop. lib. 3. c. 24. §. 20. Statuimus, ne in parochialibus Eccleſiis, quas tenent, absque Epiſcoporum conſilio presbyteros collocent. Sed Epiſcopi parochiæ curam cum abbatum conſenſu Sacerdoti committunt: Ut ejusmodi ſacerdotes de populi quidem cura Epiſcopis rationem reddant: Abbati vero pro rebus temporalibus ad monaſterium pertinentibus debitam ſubjectionem exhibeant.* Addit Zieglerus: Inde autem optima ratione conficitur, non eſſe exemtas paræcias monaſterii, licet ipſum monaſterium, cujus in diſtrictu illæ continentur, exemtum ſit. Non enim eadem eſt ratio capitis & reliquorum omnium membrorum; *Remiſſio.* *Exemtio alia monaſterii, alia paræciarum.*

DE RELIGIOSIS DOMIBUS. (720)

TITULUS XXIII.

Xenodochia, Orphanotrophia, & loca ſimilia epiſcopis ſubſunt, qui providere debent, ne illorum res diſſipentur.

§. I.

XEnodochia quoque, (721) Orphanotrophia, Brephotrophia, Noſocomia, Gerontocomia, aliaque ſimi-

---

quanquam fieri poſſit, ut & hæc certo modo eximantur, & iisdem immunitatis privilegiis muniantur tum monaſteria ipſa, tum Eccleſiæ illis ſubjectæ. T.

TIT. XXIII.

Cur domus hæ dicantur religioſæ? (720) Quid deſiderem in diviſione Canoniſtarum in res ſacras, ſanctas & religioſas, & quantum arcanum Politicum hic lateat, jam ſupra dixi *annot. 16. & 570.* Hic novum arcanum Politicum notandum. Sepulturas eſſe religioſas res, & divini juris, etiam ex jure Juſtinianeo conſtat, at hoſpitalia non ſunt loca religioſa in ſignificatu juris civilis. Ut tamen & illa poſſint rebus divini juris accenſeri, & ita ſucceſſu temporis ſub prætextu, quod res religioſæ ſint ſpirituales, jurisdictioni Laicorum eximi, dicta fuerunt ejusmodi loca domus religioſæ. Unde vero ratio denominandi ſumta ſit, jam non inquiremus cum ipſum religionis vocabulum, per diligentiam Canoniſtarum multis novis ſignificatibus oneratum fuerit. De homonymia religioſitatis, quando de hominibus ea uſurpatur, dictum eſt *ad librum 1. nota 381. ſect. 1. p. 346.* T.

ad §. I.

Varia de locis & cauſis piis. (721) Iſta omnia in genere veniunt nomine Hoſpitalium. Talia autem ſi non ſint autoritate ſuperioris erecta, non haberi debere pro

ſimilia loca, (722) ad epiſcoporum, *a*) in quorum ſunt dioe- *a) c. de Xenodochiis eod. tit.*

pro locis piis, poſt alios tenet Antonius Gabrielius *lib. 6. tit. de pia cauſa concluſ. 2.* Verum cum locus pius proprie dicatur ille, in quo pietas & pietatis opera exercentur, dum tamen illa verbo DEI non repugnent, etiam absque autoritate ſuperioris pietatem exerceri & hinc locum pium dici poſſe, negandum non eſt. Dicitur tamen ita hoc caſu inprimis a fine, qua ratione etiam ſacra privata erant apud Romanos *l. 1. ff. de rit. nupt. 9. §. 1. ad L. Jul. pec.* quæ tamen proprie ſacra illis non erant, quat. ſacra tantum ea vere dicebantur, quæ publice talia erant *§. 8. J. de R. D.* propter formam dedicandi aut perſonas dedicantium. Qua ratione etiam hodie, ut privilegia locorum piorum obtineantur, publica quadam ſolennitate opus eſt. Id non nego, etiam in piis cauſis locum habere leges publicas, adeo ut ſi in teſtamento inter liberos absque teſtibus ſola Patris ſcriptura confecto, legatum inveniatur ad pias cauſas, legatum iſtud non valeat. Carpz. *lib. 6. reſp. 33.* Z.

(712) Cum cauſarum piarum & locorum piorum mentio fiat, ante omnia videndum, quousque ſe extendat cauſæ piæ appellatio. Et reſpondet B. Stryck. *ad Brunnem. p. 502. Hic non illa tantum quæ Eccleſiæ relinquuntur, ſed reliqua omnia, ad quæ relinquenda ſingulari pietate commotus fuit teſtator, referenda erunt. Exempli cauſa, quæ ſcholis, Gymnaſiis, Academiis, quæ Noſocomiis & Orphanotrophiis, quæ ad ſtudia, ad dotem, ad alimenta, ad redemtionem captivorum, ad refectionem pontium & viarum, & in genere ad publicam ſalutem promovendam relinquuntur, de quibus omnibus & ſingulis vid. Reuſner.* de Teſtam. P. 4. c. 11. tot. *Tiraquell.* de Privil. piæ cauſſ. in Præfat. tot. Unde vero locus pius nominetur, reſpondet Zieglerus de Epiſcopis *lib. 3. cap. 22. §. 1.* id fieri vel a pietate fundatorum, vel eorum, qui in iis miniſtrant. Porro quid ſit vera pietas & quomodo a pietate fucata differat, oſtenſum *in cap. 1. diſſertationis de vera pietate juridica.* Scilicet veram pietatem con- *Diſtinctio de piis cauſis & locis meditatio.*

diœceſi, ſolicitudinem pertinent, (723) per eosdemque ad eas utilitates, quibus conſtituta ſunt, ordinanda ac dirigenda erunt: nec poſtquam hujusmodi loca ad hoſpitalitatis uſum, *b)* & pauperum proviſionem, Pontifi-

b) c. ad hæc eod.

cis

---

conſiſtere in amore rationali ſive in officiis humanitatis ex amore profluentibus. Quod abuſum illius vocis attinet, de eo ita docetur *ibid.* *§. 37. Quantum ad Conſtitutiones Imperatorum Chriſtianorum in Codicem relatas attinet, non quidem negabimus, vocem Pietatis aliquando eodem ſenſu accipi, quem veteres JCti ei attribuerunt. Quemadmodum autem jam ſupra oſtendimus, a temporibus Conſtantini M. verum cultum divinum in meram ſuperſtitionem converſum fuiſſe: ita quoque Pietati nova ſignificatio ſuperaddita & per eam omne id, quod ad ſuperſtitionem faciebat, denotatum eſt. Clamant id infinitæ Leges Codicis, ex quibus ſpecimis loco in præſenti allegaſſe ſufficiat* L. 42. C. de Epiſc. & Clericis, *quæ eſt Juſtiniani, ubi Pietati adſcribitur. ſi quis* pro ſalute animæ ſuæ, ut eidem conſulat, illamque, ſalvam faciat, *Ecleſiis aliquid largitur. Stabilita eſt hæc Pietatis ſignificatio per jus Canonicum, eaque ipſa tantas Clero in papatu divitias peperit, quibus adhuc hodie gaudet, ipſisque Principibus formadibilis haud raro exiſtit. Unde forſan phraſis;* pia fraus, *originem duxit, cujus ſenſus hic eſt, quod Clero quocunque modo per fas & nefas ſibi aliquid arrogare liceat. Nata quoque exinde doctrina* de piis cauſis *eorumque privilegiis & juribus, quæ a JCtis Proteſtantibus improvide admodum in Commentarios ſuos illata eſt, quod ipſum in aliis etiam materiis factum.* Cum vero prætexta & fucata pietas revera ſit impietas, hinc dictum *ibid. §. ult.* quod materia de impietate piarum cauſarum peculiarem diſcurſum requirat. Egit de ea D. Rechenberg. *in diſſertatione inaugurali Witteberga habita.* T.

Remiſſio. (723) De hac Epiſcoporum cura egit Zieglerus de Epiſcopis *lib. 3. cap. 22. integro.* Confer etiam *cap. 25.* T.

(724)

cis ordinatione deputata fuerint, ad profanos uſus (724) con-

(724) I. Ne quidem ſi negotium ſuperſtitionem admixtam habuerit. Tunc enim tollendus potius eſt abuſus, & in pium uſum convertendus, nec ſuperſtitio cum ſacrilegio permutanda *arg. l. 16. ff. de uſu & uſufr. leg.* Matth. Stephan. *diſcurſ. academ. 7. vol. 2.* Sim. Grœnewegen *de LL. abrog. ad l. 15. C. de SS. Eccleſ.* Cothmann. *conſ. 100. n. 34.* Finkelthaus *Obſ. 97.* Rouſner *lib. 4. deciſ. 7.* Schneidewein *ad §. ſacra. n. 10. J. de R. D.* Coler. *de proceſſ. Execut. part. 2. c. 3. n. 181.* Ludovic. de Monteſperat. *in vindic. pacif. Osnabrüg. n 24* Joh. Hoornbek *in diſſ. ad bull. Innocentii X. p. 64. ſeqq.* Z. *Quid ſuperſtitio admixta ſit?*

II. Ex iſto fundamento impedita fuit a Pontificiis non ſolum ſed & a Dd. Evangelicis ſeculariſatio bonorum Eccleſiaſticorum, quam quidem peculiaribus diſſertationibus defendere voluerunt Rhetius & Mauritius, ſed ita tamen fecerunt, ut multa dubia remanſerint. Quare tentavi defectus illos ſupplere in diſſertatione de natura bonorum ſeculariſatorum, ſequenti methodo: Ad arcana Politica ſacerdotum Ethnicorum pertinet hypotheſis de rebus nullius divini juris: Hoc arcanum in augmenta ſua convertit Clerus Pontificius (§. 2. & 3. qui ſupra *nota 16.* jam ſunt deſcripti) In ſpecie vero hoc doctrinæ caput Francis poſt eorum converſionem ad Chriſtianiſmum diligenter eſt inculcatum tanquam plane ſalutare, quod, qui det Eccleſiæ & donet, per has donationes ſalvus fiat, contra, qui alienet bona Eccleſiæ, aut in uſus profanos convertat, inferni pœnas evadere non poſſit, imo ſi vel minimam partem, etiam in neceſſitate publica repetiiſſent a Clero, hic per mendacia craſſiſſima perſuadebat populo, ipſos principes ad æternos cruciatus ob hanc ſolam cauſam eſſe damnatos. (§. 4) Cur vero hæc arcana a primis reformatoribus & eorum ſucceſſoribus non fuerint detecta, variæ cauſæ ſunt. Partim quod agnitio veritatis habet ſuos gradus & moras; partim, quod ſeculariſationes ſæpius imprudenter fierent; partim neglectus & ignorantia genuinæ doctrinæ moralis & Politices. (§. 5.) Tempore pacis Oſnabrugenſis Pontificii quaſcun- *Reſpondetur & oſtenditur ſummatim juſtitia ſeculariſationis.*

 que

que rationes conquirebant oppugnandi ſecularifationem bonorum Eccleſiaſticorum; (§. *6.*) non omnes tamen; imo & proteſtantes ſcriptis adverſariorum ſe oppoſuerunt. (§. *7.*) Et quamvis ab utraque ſecularifationem defendentium parte rationes proferreutur dictamini rectæ rationis ſubinde parum convenientes, proteſtantes tamen nonnuuquam hic gravius impegerunt, quam ſaniores illi ex Pontificiis. (§. *8.*) Quare nec aliter fieri potuit, quam ut poſt inſtrumentum pacis antiquus error arcani Papiſtici de prohibita ſecularifatione bonorum Eccleſiaſticorum ut axioma æternæ veritatis fuerit juvenibus in Academiis inculcatus & in ſcriptis unanimiter defenſus, excepto ſolo Conringio, qui ſapere incepit poſitis tribus hypotheſibus & inde deductis novem concluſionibus. *Hypoth. 1.* Bona DEO dicata reapſe non ſunt nullius, ſed in privata ſunt poſſeſſione non minus atque profana quævis bona. *Hyp. 2.* Bona ſacra alia ſunt vero Deo, alia falſo numini conſecrata. Illa vel in vere ſacrum, vel in ſuperſtitioſum uſum ſunt dicata. Horum priora vel adhuc durant, vel pridem aliis uſibus adhiberi conſueverunt. Sunt etiam priora vel ad cultum divinum plane neceſſaria, vel utilia ſaltem ad bene eſſe, vel commoda duntaxat ad elegantiam aliquam & ſplendorem, vel plane ſuperflua. *Hypoth. 3.* Omnis mutatio prioris uſus fieri poteſt aut in æque bonum, aut in æque malum, aut in meliorem, aut in pejorem. *Concluſ. 1.* Non eſt fas bona ſacra qualiacunque etiam fuerint, in malos uſus vertere. *Concl. 2.* Bona, quæ falſo numini aut ſuperſtitioſo cultui etiam veri numinis ſunt dicata, licet in profanos uſus vertere, modo illi non ſint mali. *Concl. 3.* Bona talia ſi nequeant verti vel in profanos haud malos uſus, debent plane tolli e medio. *Concl. 4.* Bona quæ pridem fuere verſa contra conſecrantium ſententiam in non ſacros uſus, illa licet aut in æque bonos, aut in non deteriores uſus profanos commutare. *Concl. 5.* Bona ſacra ſuperflua debent verti in uſus profanos civiles bonos. *Concl. 6.* Bona ſacra, quæ tantum ſunt utilia, aut faciunt nonniſi ad elegantiam, poſſunt & debent verti in uſus, quamvis profanos meliores, quales ſunt, quos exigit ſive totius Reipublicæ ſive multorum hominum neceſſitas. *Concl. 7.* Bona plane neceſſaria ſacro uſui nefas eſt profanare. *Concl. 8.* Ne utilia quidem, aut ad elegantiam facientia, licet profanare, niſi majore

exi-

converti poterunt: cum ea, quæ ad certum uſum largitione fidelium ſunt deſtinata, ad alium, (725) ſalva ſedis apo-

exiſtente neceſſitate. *Concl. 9.* Intra hosce limites, ſi contineat ſeſe is, in cujus dominio ſive eminente, ſive magis proprio, continentur bona ſacra, non peccat, neque hactenus profanatio bonorum ſacrorum quicquam habet vitii, imo interdum omnino eſt inſtituenda. (*§. 9.*) His meditationibus Conringii addidi obſervationes ſequentes. *I.* Totam hanc controverſiam de poteſtate magiſtratus politici circa ſecularisationem bonorum eccleſiaſticorum, non definiendam eſſe ex jure Juſtinianeo vel Canonico, ſed ex ſolo jure Naturæ & Gentium. II. Ne quidem intuitu Imperii Romani momentum facere hoc loco receſſus Imperii, inſtrumentum pacis Osnabrugenſe præcedentes. III. Intuitu juris naturæ & gentium non confundendas eſſe regulas juſtitiæ cum regulis decori, aut ſtilo Illuſtris Cocceji præcepta virtutum & juſtitiæ, vel juxta communem loquendi modum forum internum & externum. (§. *10.*) His obſervationibus Conringii & noſtris ſeculariſatio bonorum felicius defendi poterit, quam diſtinctionibus aliorum 1) inter alienationem licitam & illicitam ſed propter neceſſitatem excuſandam; 2) inter religionem veram & falſam, 3) inter jus Gentium & uſum gentium. (§. *11.*) Tum reſpondetur ad rationes diſſentientium, 1) quod prohibita alienatio bonorum Eccleſiæ ſit juris divini immutabilis; eam negando. (§. *12.*) *2)* Quod ſeculariſatio repugnet intentioni teſtatorum, at juris naturalis eſſe ut teſtatorum voluntas obſervetur; Partim negando, teſtamenti factionem eſſe juris naturæ, partim negando, heredes obligari ad ſervandas teſtatorum voluntates impias aut ſtultas, partim negando, quod princeps obligetur ex voluntate ultima ſubditorum: (§. *13.*) Ubi obiter notatur, quid juris ſit circa execrationes teſtatorum. (§. *14.*) 3) Quod bona Eccleſiaſtica ſint res nullius & ſpirituales, negando aſſertum ex variis rationibus. (§. *15.*) Singula hæc in d. diſſertatione latius ſunt expoſita. T.

(725) Sufficit tamen interdum reductive & mediate uſum illum deſtinatum intendi. E. g. ſi aliquis ad luminaria legaverit centum, *Limitatio Canoniſtarum.*

apoſtolicæ authoritate, (726) converti non valeant.

Ordinarii loca pia & religioſa poſſunt reformare authoritate apoſtolica, ſi opus ſit reformatione.

c) cl. 2. in princ. eod. tit. §. 2. Quinimo, c) ſi talium locorum Rectores exempti ſint, ſi tamen illorum cura poſtpoſita, bona & jura ipſorum ab uſurpatorum manibus vendicare negligant, aut quoquo modo res illorum collabi ſinant, poterunt ordinarii (227) authoritate apoſtolica ſibi ex Vien-

---

& ex quinquaginta redimi poſſet Eccleſia tempore hoſtilitatis, ne combureretur, quinquaginta illa, utcunq; determinate ad luminaria legata fuerint, in redemptionem Eccleſiæ tuto erogari poterunt, quia ſc. Eccleſia combuſta aut diruta, nec luminarium in ea amplius uſus eſſet. Vid. M. Ant. de Dominis *l. 9. de Rep. Eccl. ſ. c. 6. n. 12.* Panormitan. & Covarruv. *in c. nos quidem X. de teſtam.* Tiraquell. *de privil. piæ cauſ. priv. 38.* Z.

Novum argumentum pro ſeculariſatione. (726) Si igitur Papa diſpenſare poteſt ex hypotheſi Pontificiorum, inde novum accedit argumentum ex hypotheſi Proteſtantium, quod Princeps ex juſta cauſa poſſit ad alios uſus convertere bona Eccleſiaſtica. T.

ad §. 2.

Obſervatio: Praxis noſtra. (727) Id eſt Epiſcopi illius diœceſeos. Atque id ex utilitate videtur cauſæ piæ, ut inſpectorem habeat Epiſcopum aut Superintendentem, ut tamen id fiat autoritate Epiſcopi Romani, in noſtris Eccleſiis non attenditur. Poterit igitur quisque Princeps in ſuo territorio committere iſtud negotium, cuicunque libuerit, quemadmodum etiam circa Scholas in noſtris hiſce provinciis ita conſtitutum eſt, ut Superintendens non in eos tantum pædagogos, qui trivialibus ſcholis præficiuntur, ſed alios etiam quosvis præceptores, qui privatim educandis inſtituendisque pueris operam impendunt, inſpectionem habeat. Vid. Ordinat. Eccleſ. tit. von Winckel-Schulen. Z.

ad

Viennenſi concilio præſtita, loca ipſa ſalubriter reformare, & occupata, alienata, deperdita, ut in ſtatum priſtinum redigantur, procurare: contradictoresque quoscunque per cenſuram eccleſiaſticam & aliis juris remediis compeſcere, licet nullum per hoc exemptionibus, ſeu privilegiis, quoad alia, præjudicium generari debeat.

Xenodochia, & loca ſimilia non poſſunt in beneficium conferri, niſi certis caſibus.

§. 3. Eodem cavetur Concilio, d) ut nullus ex hujusmodi locis ſecularibus clericis (728) in beneficium conferatur, etiamſi conſuetudine (729) id fuerit alias obſervatum, niſi in illorum fundatione aliter conſtitutum fuerit, ſive per electionem ſit de Rectore hujusmodi locis providendum: ſed quod eorum gubernatio viris providis.

d) *clem. 2. §. ut autem eod. tit.*

ad §. 3.

Seculares Clerici. (728) Qui contradiſtinguuntur regularibus, & ſunt omnes illi, qui genus aliquod monaſticæ vitæ non ſunt profeſſi. Petr. Gregor. *de benefic. cap. 36. n. 4.* Sed enim monſtri quid alit iſta appellatio, & ſequioris Eccleſiæ inventum denotat. Dixi ea de re alias. Z.

Reſponſio ad objectionem. (729) I. Videri hic poſſet conſuetudo eundem effectum producere; quam habet fundatio expreſſa, cum & alias conſuetudo legem imitetur. Sed quo minus id hoc loco poſſit conſuetudo, facit uſus ex prima inſtitutione intentus, qui interverti per conſuetudinem nec poteſt nec debet, cum alias facile poſſent piæ cauſæ contra intentionem fundantium confundi, & quandoque prorſus extingui. Z.

Monita ad illam. II. Vereor, ne quis acutius cernens iſtam reſponſionem Ziegleri relaturus ſit ad impietatem piarum cauſarum, ſi ſola ratio ſingularitatis quæratur in illa prætenſa pietate. Sed tamen non deerunt

vidis, ac boni teſtimonii committatur, (730) quos bona prædicta in alios uſus convertere, præſumptio veriſimilis non exiſtat.

Adminiſtratores hoſpitalium æquiparantur tutoribus.

e) d. clem. 2. §. 1. verſ. illi etiam. eod. tit.

§. 4. Ut autem *e*) hi demandatæ ſibi curæ diligentius inſiſtant, inſtar tutorum & curatorum debent juramentum præſtare, (731) ac de bonis inventaria conficere: & ordinariis, ſeu aliis, quibus loca hujusmodi ſubſunt, vel deputandis ab eis, ſingulis annis de adminiſtratione ſua rationem reddere: (732) quod ſi ſecus a quoquam fuerit attentatum, proviſio, ſeu ordinatio minime valebit.

Supra

aliæ reſponſiones ad illam objectionem, petendæ ex diſſertatione de jure conſuetudinis & obſervantiæ. Si nulla alia adeſſet, ſufficeret, quod ex principiis communibus conſuetudo poſſit tolli per legem expreſſam. T.

Alia objectio.

(730) Sed & hoc caſu aliqua, neceſſe eſt, ut interveniat electio, & illis etiam ſalarium aliquod deſtinandum eſt, quod beneficii inſtar haberi poteſt. Verum enim vero nec ſolennis eſt illa electio, nec beneficium in ſenſu Canonico proprie dictum. Neutrubi regulæ illæ applicari poterunt, quæ jure Pontificio introductæ & præſcriptæ ſunt. Et forte nec ſalarium ſemper dari aut definiri debet. Z.

ad §. 4.

Praxis noſtra.

(731) In noſtris hiſce terris ſufficit, ſi præſtent cautionem. Carpzov. *in Juriſpr. Conſiſt. l. 1. def. 92.* Z.

Ratio.

(732) Quilibet enim adminiſtrator rei alienæ rationem adminiſtrationis reddere tenetur. Menoch. *de A. J. Q. caſ. 209.* Joh. Guttierrez *de tutel. part. 3. c. 1. n. 31.* Et ſic olim conſtitutum eſt in Synodo Antiochena *can. 25.* ut Epiſcopi, quibus rerum Eccleſiaſticarum

Digitized by Google

Supra dicta non habent locum in hoſpitalibus militarium ordinum, aut religioſorum.

§. 5. Prædicta *f*) vero ad hospitalia (733) militarium ordinum, (734) vel aliorum religioſorum minime extenduntur. Hi enim ſuorum ordinum inſtitutiones & conſuetudines obſervare cogendi erunt. *f*) *clem. 2. §. permiſſ. eod. tit.*

Hospitalibus circa ſacramentorum ex[illegible]tionem ſervanda eſt antiqua conſuetudo.

§. 6.

---

carum adminiſtratio conceſſa eſt, rationes reddant Synodo provinciæ, ac veluti quodam repetundarum judicio teneantur. Vid. Chriſtoph. Juſtell. *ad cod. can. Eccleſ. univerſ. p. 188.* Z.

ad §. 5.

(733) Hoſpitalia iſta eum in finem ædificata fuerunt, ut Chriſtiani milites ac præcipue morbis & vulneribus confecti reciperentur. De ordinibus ipſis & prima eorum integritate atque pietate videri poſſunt Marth. Stephan. *vol. 2. diſcurſ. Academ. 4.* & prolixius *diſcurſ 18.* Limnæ. *de jur. publ, lib. 6. c. 2.* Ad iſtiusmodi hoſpitalia extendi noluit conſtitutionem ſuam Pontifex. Id tamen ex antedictis extendi fortaſſe debet, quod Rectores talium hospitalium, non minus, quam alii adminiſtratores inventaria conficere & rationes reddere teneantur. Z. *Explicatio.*

(734) De origine & progreſſu horum ordinum militarium vide Hospinianum de Monachis *lib. 5. c. 19. ſeq.* Arcana Politica Papatus ſub cruciatis & inſtitutione horum ordinum latentia jam ſummatim expoſuit ex Pontificiis Paulus Sarpius *de beneficiis* §. 27 *p. m. 165.* Alios autores huc ſpectantes citavi *in notis ad Pufendorffium de monarchia Papali* §. 17. *p. 107.* Quibus adde omnino ea quæ diſſerit vir πολιτικώτατος Larreus *Tom. I. generali Hiſtoriæ Anglicana p. 361. ſeq. & p. 528.* T. *Arcana Politica cruciatarum & ordinum militarium.*

ad

g) *clem. 2 §. fin. eod.* §. 6. Sed *g*) & ſi qua ſint hoſpitalia, altaria & cœmeterium (735) ab antiquo habentia, & presbyteros celebrantes & ſacramenta eccleſiaſtica pauperibus miniſtrantes, quoad exercenda & miniſtranda ſpiritualia prædicta, antiquam conſuetudinem Viennenſe concilium obſervari voluit.

DE SEPULTURIS.

TITULUS XXIV.

Cur in eccleſiis & locis ſacris ſepulturæ conſtituantur.

§. I.

TRactemus nunc de ſepulturis, quæ quidem per fideles, non niſi in ſacris (736) & religioſis locis, (737)

ad §. 6.

Origo coemeteriorum. (735) Ordinarie in templis conferuntur. & adminiſtrantur ſacramenta. Sed pontificii etiam extra templa loca faciunt ordinaria, præter neceſſitatem, & plerumque cum ſuperſtitione, quia non alium locum huic rei æſtimant idoneum, niſi reliquiis alicujus Sancti, ſæpe falſis & fictitiis, fuerit inſtructus. Data fuit olim martyribus hæc reverentia, ut ad ſepulchra eorum convenirent, & ibi ſacra celebrarent. Itaque hæc cœmeteria erant ipſis veluti templa, quæ & templis originem dederunt. Sic & templorum apud gentiles originem referunt patres ad ſepulchra defunctorum. Vid. Chriſt. Juſtell *ad cod. can. Eccleſ. univerſ. p. 200.* Sed ille ritus apud pontificios degeneravit in ſuperſtitionem. Z.

TIT. XXIV.

Origo ſepulturæ in urbe & Eccleſiis. (736) Sepulchra olim plerumque extra urbes, idque non tantum Romæ lege XII. tabularum, ſed etiam in municipiis, lege Diocletiani & Maximiniani *in l. 12. C. de religioſ.* & in ipſa denique urbe Conſtantinopolitana, *per l. 6. C. Theodoſ. de ſepulchr. viol.* ut obſervetur,

Digitized by Google

(737) ideo conſtituuntur: & quod minus ibi ſpiritibus vexantur immundis, (738) & quod ſanctorum illorum com-

ſervetur, ſancte fuit conſtitutum. Poſtea etiam intra civitatis muros ſepelire permiſit imperator Leo in *Novell. 53.* ſed rationibus non usque adeo prægnantibus. Carpzov. *in Juriſpr. Conſiſt. l. 2. def. 389. num. 2.* Intra Eccleſiam vero ſepelire mortuos eo tempore nondum videtur permiſſum. Pedetentim tamen morem illum irrepſiſſe colligi poteſt ex *can. 18. Concilii Bracarenſis I.* ubi ſtatutum fuit, ut corpora defunctorum nullo modo in baſilica Sanctorum ſepelirentur, ſed ſi neceſſe eſt, de foris circa murum baſilicæ. Concilium Triburienſe *c. 17.* Laicorum corpora in Eccleſia ſepeliri prohibet, & addit tamen: *Nemo in Eccleſia ſepeliatur, niſi forte talis ſit perſona Sacerdotis aut cujuslibet juſti hominis, qui per vitæ meritum talem vivendo ſuo corpori defuncto locum acquiſivit.* Proceſſit vero ſuperbia hominum ulterius, & ſequioribus temporibus etiam milites, & qui peſſime vitam egerunt, in Eccleſiis ſepeliri cœperunt. Vid. Franciſc. Long. a Coriolan. *in ſumma. Concil. not. ad c. 18. Concil. Bracar.* Didac. Spino a Caceres *in ſpec. teſtam gloſſ. 2. n. 30. ſeqq.* Frid. Lindenbrogg. *in Gloſſar. ad Cod. leg. antiqu. vocab. mortuos.* Z.

(737) Olim ſepultura mortui faciebat ex loco humani juris religioſum & juris divini. Sed jus Canonicum omnes vocum ſignificationes ad intereſſe Cleri corrumpens loci religioſi voce in alio plane ſignificatu utitur. Repete *ſupra notam 720.* Diſtinctius quam Zieglerus de origine & progreſſu cœmeteriorum & morum ſepeliendi mortuos in urbe & Eccleſiis, & de arcanis politicis ibi latentibus egit Hoſpinianus *de Templis lib. 3. cap. 1.* Adde *diſſertat. de natura bonorum ſeculariſatorum §. 2. & 3.* & inde relata ſuperius *nota 16.* T. *Arcana Politica hic latentia.*

(738) Totus hic in gentiliſmum prolabitur autor. Mire enim timebant gentiles & averſabantur luctuoſa & buſta, quod in iis oberrare umbras mortuorum exiſtimabant, & proinde frequentata *Ethnicismus Juris Canonici.*

Yyy yyy magis

commendantur patrociniis, (739) quorum nomini (740)

magis ad animarum evocationes & incantationes, dæmoneſque circa ſepulchra, ut defunctos vexarent, obſervari credebant. Joh. a Wowern *in Minut. Felic. p. 120.* At vero de animabus & corporibus pie denatorum melius ſperare jubet fides Chriſtiana. Corpora enim in ſepulchris ſuis in perpetua quiete usque ad diem reſuſcitationis ſine omni dolore, vexatione & cruciatu ſecure dormiunt; & exinde merito mortui dicuntur ſecuri. Deſid. Herald. *l. 1. digreſſ. 18.* Animæ autem in manu DEI ſunt, expectantes glorioſam corporis reſurrectionem & plenariam glorificationem. Atque hinc mortui, qui in Chriſto moriuntur, beati eſſe dicuntur, & requieſcere a laboribus ſuis in luce, pace & conſolatione. *Apoc. 14, 13. Col. 1, 12. Luc. 16, 25. Matth 19, 8.* Sed cur, inquis, in ſepulchris verſantur dæmones? diſerte enim id legitur *Marc. 5, 1.* Reſpondet Johannes Chryſoſtomus *homil. 29. in Matth.* quia videlicet *pernicioſam opinionem ingerere hominibus conantur, quod hominum, qui obierunt, anima dæmones fiant.* Paulo poſt objicit ſibi: *Ipſos dæmoniacos clamare nonnunquam, audiſti: Anima talis ego ſum. Verum hæc quoque oratio,* inquit, *a fraude atque deceptione diabolica eſt. Non anima defuncti eſt, quæ dicit: anima talis ego ſum, ſed dæmon, qui hæc, ut audientes decipiat, fingit.* Add. eund. *concion. 2. & conc. 4. de Lazaro.* Auguſtin. *lib. de cura pro mortuis c. 10.* Theophylact. *in c. 8. Matth.* Thomas *part. 1. quæſt. 117. art. 4. ad 2.* Maldonat. *in Luc. XVI, 28.* Z.

Fabula de ſpectris. II. Dicitur quidem *Marc. V.* quod dæmoniacus verſatus fuerit in ſepulcris, non vero, quod Dæmones, ſeu ut vulgo dicuntur, ſpectra ibi verſentur. Unde fruſtranea eſt ratiocinatio Chryſoſtomi. Cæterum multa arcana politica, jam in vulgus nota occultavit Clerus Pontificius in fabulis de ſpectris. Vide *diſſert. de reſciſſ. locat. conduct. ob metum ſpectrorum.* T.

Contra invocationem ſanctorum. (739) Invocatio ſanctorum & interceſſio pro defunctis nullum habet in ſcriptura ſacra præceptum, nullum promiſſum, nullum legi-

(740) eccleſia, in qua corpora conquieſcunt, eſt conſecrata. Accedit, a) quod defunctorum proximi ad ſacra loca venientes, ſepulturamque conſpicientes, ſuorum recordantur, & pro eis pias preces fundunt. (741) Unde b) mortuorum ſepultura, & cœmeteria apud illas

a) can. cum gravia 13. q. 2.

b) c. fraternita-

legitimum exemplum. Sancti enim in Scriptura honorantur, nuſpiam religioſe adorantur. Mortui vero, ſi beati, preces noſtras non requirunt, ſi damnati, iisdem juvari nequeunt. Z.

(740) Superſtitioſum id eſſe dixi ſupr. *ad tit. 18. verb. munus conſecrationis acceperit.* Z. *Remiſſio.*

(741) In tertio, quartoque ſeculo & deinceps mos iſte obtinuit in Eccleſia, ut non in funeratione ſolum, ſed anniverſaria etiam die orationes & oblationes pro mortuis fierent. Nec improbari poteſt iſte ritus, dum tamen recte inſtituatur, nec alium habeat finem, niſi (1) congratulationem de feliciore ſtatu, (2) deſiderium ultimæ conſummationis, ut talium demortuorum corpora liberentur ex ignominia, (3) ut alii ſuperſtites incitentur ad ſimilem pietatem & conſtantiam imitandam, (4) ut DEUS laudetur, qui defunctum hunc vel illum liberavit, ex hac miſeriarum valle. Formula igitur conſueta, *DEUS illi eſto propitius*, non mala eſt, ſi dextre explicetur. Duo enim divinæ miſericordiæ intendi per eam poſſunt actus, alter, qui ſpectat remiſſionem peccatorum, alter, qui reſpectum habet ad futuram reſuſcitationem corporis & redunitionem ejusdem cum anima. Priori ſenſu vitioſa eſt iſta formula, in poſteriore autem ſatis bona, nec Chriſtiano homine indigna. Add. Joh. Davenant. *determinat. quæſt. 2.* Non inficiandum tamen, veteres interdum in precibus pro defunctis lineas ſupra dictas tranſiliiſſe, & remiſſionem peccatorum venialium mortuis impetrare voluiſſe. Sed quid mirum, eos ita morem exceſſiſſe, cum etiam damnatis pœnas per vivorum preces mitigari putarint, teſte Chryſoſt. *ad Philipp. hom. 3. &* Damaſceno *ſerm. de mort. juvand.* Z. *Preces & oblationes pro mortuis quatenus tolerari queant.*

Digitized by Google

tem in princ. extr. eod. las eccleſias, & monaſteria ex antiquo diſpoſita eſſe comperiuntur, in quibus religioſorum conventus ſunt conſtituti, ubi orationes, & miſſarum ſolennia, tam pro vivis, quam pro defunctis, (742) frequentius celebrantur. (743)

Unus-

Abuſus Miſſa pro mortuis. (742) Miſſa hæc pontificia multis modis abit & contrariatur inſtituto Salvatoris. Hic enim nuſpiam legitur in actione Cœnæ obtuliſſe DEO Patri corpus & ſanguinem ſuum, ſed dediſſe & diſpenſaſſe diſcipulis; Sacrificuli vero in miſſa Sacramentum hoc mutant in Sacrificium, & ſtatuunt oblationem corporis & ſanguinis Chriſti, quæ fiat non communicantibus, ſed DEO. Et ita quidem, ut ſoli edant, ſoli bibant, reliquis omnibus, ſi qui adſint, excluſis. Deinde Salvator præcepit fieri actionem hanc ſacramentalem in ſui commemorationem, qua redemptionis beneficium cum πληροφορίᾳ fiduciæ apprehenditur, atque hinc vivis tantum conducere voluit hoc Sacramentum, illis ſcilicet, qui manducare & bibere & mortem Domini annunciare poſſunt. At Romanenſes Miſſæ ſuæ ſacrificium ad mortuos usque extendunt, quibus illud ſeſe applicare jactitant: haud penſi habentes, quod Pſaltes canit: *Mortui non laudabunt Te, Domine, neque qui deſcendunt in ſepulchrum, Pſal. 115, 17. & in morte non eſt, qui memor ſit Tui, in inferno autem quis confitebitur tibi? Pſal. 6, 6.* Z.

Origo illorum abuſuum. (743) Memorabilis eſt obſervatio Burneti de origine precum & miſſarum pro mortuis *Hiſt. de la Reform. en Angleterre Parte 2, lib. 1. p. 20.* „JEſus Chriſt a inſtitué l' Euchariſtie, pour nous engager a celebrer la memoire de ſa mort; tellement, que la Communion ne ſçauroit eſtre un Sacrement, que pour ceux, qui y participent. Que du reſte, ce ſacrement ſoit de quelque utilité aux ames de ceux, qui ſont morts, c' eſt ce qui eſt preſque inconcevable. Et certainement, ſi ces ſont les priéres des vivans, qui procurent du ſoulagement aux morts, ces priéres peuvent avoir le même effet, quand meſme on n' y joindroit point la Meſſe. Mais comme le

peu-

Unusquisque habet liberam facultatem ſepulturam eligendi, & ſi quis non eligat, in parochiali Eccleſia, aut maiorum ſepulchris eſt ſepeliendus.

§. 2. Regulariter igitur in parochiali eccleſia, aut ibi quis ſepeliendus erit, ubi majorum c) ſuorum ſepul- *c) c. 1. &c. fraternitat. eod.*

peuple n' auroit, ni eſtimé ſuffiſament, ni payé aſſez liberalement, de ſimples priéres, il y a lieu de ſe perſuader, que dans la celebration des Meſſes pour les morts, on a eu deſſein ſur tout d' enrichir les Eccleſiaſtiques, & de les rendre plus conſiderables. Veritablement, lorſque l' Egliſe primitive celebroit le *Sacrifice de tous les jours*, c' eſt á dire la Communion, elle faiſoit la commemoration des fidelles, qui eſtoient ſortis de cette vie: & quand quelqu' un eſtoit mort, ayant cauſé du ſcandale, on ne mettoit point ſon nom dans la liſte. Une offenſe peu conſiderable ſuffiſoit, pour exclure de cet avantage; témoin ce qui arriva du temps de St. Cyprien, oú on en priva un homme, de qui tout le crime eſtoit d' avoir nommé en mourant un Preſtre, pour Touteur de ſes enfans: Or la faute eſtant au fond trés-legére, quoy qu' elle détournaſt le Preſtre de ſes fonctions eccleſiaſtiques, la punition en auroit eſté outreé dans le dernier point, ſi on eut crû de ce temps-la, qu' une ſemblable commemoration eſtoit neceſſaire, ou utile aux Trépaſſez. Il ne s' agiſſoit donc nullement des Meſſes pour les morts: Elles n' eſtoient qu' une ſimple ceremonie, dans laquelle on celebroit la memoire de ceux, qui eſtoient morts en la foy. D' ailleurs, la plus-part du monde croyant alors, qu' il y auroit un vray regne temporel, durant l' eſpace de mille ans, & que les Saints reſuſciteroient, les uns plûtoſt, les autres plus tard, afin d' en eſtre participans, on faiſoit des priéres generales, pour leur repos, & pour leur prompte reſurrection. Dans la ſuite, lors qu' on voulut examiner ces priéres de plus prés, comme les coûtumes ſuperſtitieuſes ont toûjours des Protecteurs, celle-là ne manqua pas d' en trouver. Quand l' opinion des Millenaires ceſſa d' eſtre bien reçüe, on chercha un autre

Digitized by Google

d) c. in noſtra eod. ſepulchra conſtituta reperiuntur: nulli *d*) tamen propterea propriam, ſi contemptus abſit, (744) negatur eligere ſepulturam: (745) quod usque adeo obtinet, *e) c. 2. §. 1. eod. in 6.* *e*) ut antiqua dimiſſa, novam poſſit quis etiam in loco minus religioſo (746) ſibi deligere: nec propterea poterit hodie electio talis impugnari, licet antiqua jura ſupra hoc diverſa eſſe videantur.

Uxor

tre appuy aux prières pour les morts: Ce fut du temps de St. Auguſtin, qu' on commença d' enſeigner, qu' aprés la mort, les Fidelles eſtoient punis de leurs péchez; & qu' ils demeuroient, plus ou moins, dans cet eſtat de punition, a proportion du plus ou du moins d' actes de pénitence, qu' ils avoient faits en cette vie. Mais St. Auguſtin nous apprend luy-meſme, que cette opinion fut embraſſée ſans fondement, & qu' elle eſtoit ſaus certitude. Néanmoins, des ſonges, des hiſtoires fabuleuſes, & des viſions la firent en fin recevoir, par la plus-part de Chrétiens de ſiécle ſuivant. Ainſi, comme on enſeignoit au peuple, que les Saints intercédoient pour luy, on ajouta, que chacun pouvoit auſſi interceder pour ſes amis trépaſſez. Ce fut là le fondement du grand trafic des obits, & des Meſſes pour les morts. „ T.

ad §. 2.

Objectio. (744) At ſi liberum eſt, eligere ſibi, ubicunque libuerit, ſepulturam, quis definiet, num ex contemptu id fiat, ſi quis apud majores ſuos ſepeliri nolit, an ex alia aliqua cauſa? Z.

Caſus chimaricus. (745) Ex hac libertate inferunt Canoniſtæ, ſubſiſtere diſpoſitionem teſtamentariam, ſi quis ex priore ſepulchro poſt annum elapſum in aliud transferri cadaver ſuum juſſerit, & huic voluntati heredem parere debere. Didac. Spin. a Caceres *in ſpec. teſt. gloſſ. 2. n. 8.* Id vero levitatis aliquam videtur gerere ſpeciem, & hinc ut bonis moribus adverſum minime probandum erit. Z.

Limitatio ex principiis Papiſmi. (746) Si ſcilicet acceſſerit conſenſus ſuperioris, ut hic Pontificis, ex conſtitutione quæ eſt *in c. 2. de ſepult. in 6.* Quia enim hodie

Uxor non tenetur ſequi ſepulturam viri, ſi velit aliam eligere.

§. 3. Nec *f*) ulla ſuper hoc inter virum & mulierem facienda eſt diſtinctio, quaſi uxor capitis ſui ſequi judicium & ſepulturam ſit compellenda: (747) ſed utrique æqualis erit eligendi facultas, cum hujuſmodi electio ad eum ſtatum pertineat, (748) quo mulier a lege viri ſolvitur. (749) *f) c. de uxore vero eod.*

Si uxor ſepulturam non eligat, tenetur ſequi ſepulturam ultimi viri, ſi plures habuerit.

§. 4.

die ſepulturæ jus publici juris eſt, id ſibi privatus vindicare nequit. Cum igitur cœmiteria autoritate publica ſint conſtituta, licitum quidem eſt in alterius parochiæ cœmiterio ſepulchrum eligere *c. 1. 3. 4. 10. X. de ſepultur.* non tamen in loco plane non religioſo & extra cœmiterium aliquod, *c. fraternitatem 3. X. eod.* niſi ſuperioris acceſſerit autoritas. Hujus enim officium eſt diſpicere, numquid locus electus rationabilem cauſam habeat; & num concedi ille poſſit aut debeat ſine ſcandalo, cum fieri poſſit, ut locus eligatur plane inſolitus & honeſtati Chriſtianæ minime conveniens. Z.

ad §. 3.

(747) Si tamen uxor non elegerit, recte ea ſepelietur in ſepulchro mariti. Aymo Gravett. *conſil. 19. n. 6.* Z. *Limitatio.*

(748) Quoad executionem ſcilicet. Ipſa enim, dum eligit, adhuc ſubeſſe poteſt marito; nec tamen propterea tenetur ejus aut voluntati parere, aut conſenſum petere. Z. *Declaratio.*

(749) Sed obſtat tamen *cap. 2. C. 13. q. 2. Quos conjunxit unum conjugium, conjungat ſepulcrum, quia una caro eſt, & quod Deus conjunxit, homo non ſeparet.* Reſpondeo illum canonem aperte torquere ſenſum ſcripturæ. Vide ſupra dicta *annot. 505. circa finem.* T. *Reſponſio ad objectionem.*

ad

§. 4. Si tamen ipſa ſibi ſepulturam non eligat & plures forte viros habuerit, *g*) cum viro ultimo, cujus domicilium retinet, (750) tumulanda erit.

g) *c is qui. §. 1. eod. tit. in 6.*

Filiusfamilias licet non poſſit aliquid relinquere pro anima, ſi careat caſtrenſi peculio, vel quaſi, tamen poteſt ſibi eligere ſepulturam, niſi ſit impubes: quo caſu poterit pater ſepelire illum, ubi voluerit, niſi ſit conſuetudo in contrarium.

§. 5. De filiofamilias, an ſibi ſepulturam eligere valeat, dubitari poterit, & multum intereſt, an ejus ætas intra pubertatis annos contineatur, an vero pubertatem exceſſerit: primo enim caſu ſepulturam eligere non poterit: (751) permittendum *h*) tamen erit patri, ſi id loci conſuetudo patiatur; ubicunque voluerit, illum ſepelire: quod ſi conſuetudo id non habeat, *i*) cum ſuis majoribus, vel in parochiali eccleſia tumulandus erit. Secundo vero caſu, cum pubertatem attigit, libere abſque patris aſſenſu ſibi ſepulturam eligere poterit, quanquam pro anima ſua præter patris

h) *c. de uxore. §. fin. eod. tit.*

i) *c. pen. eod. tit. in 6.*

ad §. 4.

Limitatio. (750) Quamdiu ſtatum vidualem ſervat. Quod ſi alterius ordinis virum poſtea ſortita fuerit, priore dignitate privata, poſterioris mariti ſequitur conditionem *l. 10. C. de incol. lib. X. l. 13. C. de dignitat. lib. XII.* Z.

ad §. 5.

Objectio. (751) Rationem, cur præciſe pubertatis anni expleti eſſe debeant, ut quis eligere poſſit ſepulturam, non ſatis capio. Nec enim ad electionem ejusmodi tale judicium mentis requiritur, quale ad confectionem teſtamenti. Z.

(752)

tris aſſenſum (752) aliquid judicare non poſſit, (753) niſi *k*) caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe peculium habuerit.

k) *d. c. pen. in fin. in 6.*

Reli-

Differentia Juris Civilis & Canonici.

(752) Diſcedit hic jus Canonicum Jure Civili. De jure enim civili non permiſſum eſt filiofamilias, facere teſtamentum, ne conſentiente quidem patre, *pr. Juſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſt. l. 6. ff. eod.* Sed de Jure Canonico conſentiente patre, legatum relinquere poterit filiusfamilias piæ cauſæ. Jul. Clar. *l. recept. ſentent. §. teſtamentum. quæſt. 5. n. 7.* Didac. Spino a Caceres *in ſpecul. teſtam. gloſſ. rubric. part. 4. n. 11.* Rutger. Ruland. *de commiſſar. part. 4. lib. 5. c. 1. n. 16.* Legatum tamen iſtud non debetur legati jure, ſed donationis cauſa mortis, licet nihil valeat ex cæteris, quæ teſtamento continentur, Anton. Faber *Cod. l. 1. tit. 2. def. 40.* Z.

Arcana acquiſitionis Clericalis per ultimas voluntates.

(753) I. Maximum arcanum Papatus fuit, perſuadere Laicis, ut ſi vellent ſalvari, deberent cœca obedientia facere juſſa Cleri, & bona ſua illis donare tam inter vivos quam per ultimam voluntatem: Quod ſi hæc facerent, nulla crimina eſſe tam gravia, quæ non illis remitterentur, adeoque hæc duo eſſe pene, ſi non unicum, ſaltem præcipuum remedium promovendi ſalutem æternam. Eaque duo ſub titulo bonorum operum potiſſimum intellexerunt. Hinc perſuadebant Laicis, ut pro ſalute animæ ſuæ ſervos ſuos manumitterent. Et quodnam arcanum hic latuerit expoſui in *diſput. de jure dandi civit. & de hominib. propr.* Sed ultimæ voluntates i. e. teſtamenta, legata, & fideicommiſſa, erant potiſſimus hamus acquirendi divitias Clericales, cum facilius quis poſt mortem ſuam quam vivus donet. Accedit peculiaritas temperamenti eorum, qui præ reliquis inclinant ad teſtamenti factionem. Inepti plerumque ad hoc voluptati dediti: quorum Symbolum: alles verthan vor ſeinem End/ machet ein richtig Teſtament. Ambitioſi dum vivunt, divitiis ſuis amicos ſibi parant, neque tamen inepti ſunt ad

Religioſi non poſſunt ſibi ſepulturam eligere.

§. 6. Impuberi ſimiles religioſi habentur: hi enim,

parandam ſibi benevolentiam Cleri per legata ad pias cauſas, utpote gloriæ etiam poſt mortem cupidi. Avari omnium aptiſſimi ad intentionem Cleri. Dum vivunt, tenaciſſimi & omnibus exoſi, tempore mortis, ut omnium ſuperſtitioſiſſimi & ſtulta ac irrationali cupiditate honoris laborantes, maxime præ aliis purgatorium timent, laudari poſt mortem cupiunt, heredibus legitimis bona ſua invident, & ne hi lætentur poſt eorum mortem, non melius medium eos contriſtandi ſe invenire poſſe arbitrantur, quam ſi omnia bona ſua relinquant piis cauſis &c. Sed maximum tamen arcanum conſiſtit in metu purgatorii, unde ſimul patet, cur ſublata ſuperſtitione de purgatorio noſtris Eccleſiæ miniſtris tam parum relinquere ſoleant teſtamentorum conficiendorum cupidiſſimi. Ne tamen putes has meditationes eſſe ſingulares & ex affectu profluxiſſe addamus teſtimonia aliorum. Joh. Petrus de Ferrariis *Prax. aur. tit. 21. gloſſ. 8. n. 3. Clericorum animus & appetitus eſt anxius præ cæteris in pecuniis cumulandis, contra honeſtatem communem & fidem Deo promiſſam, non attendentes, nec ſtudentes bonis moribus, nec ſcripturis tam divinis, quam moralibus* &c. Burnetus Hiſtor. *reform. Anglic. Part. 1. lib. 3. p. 254.* „Les Moines ſçurent trouver les moyens de ſ' enrichir, & de joindre à cette heureuſe tranquillité, une fort douce abondance. Le dogme de l' exiſtence d' un Purgatoire fut le premier de ces moyens, qu' ils mirent en oeuvre. Ils inſinuerent à tout le monde, qu' il y avoit trés peu d' ames, qui ne duſſent ſouffrir dans ce feu; parce qu' il y en avoit trespeu, qui fuſſent aſſez ſanctifieés, pour aller en paradis; & trespeu auſſi, qui fuſſent aſſez corrompuës, pour eſtre jettées dans l' enfer. Ils ſuggererent enſuite au peuple, que pour adoucir les peines du Purgatoire, & meſme pour en retenir les ames, il faloit avoir recours aux Meſſes. Du moment qu l' on fut imbu de cette doctrine, chacun ſe mit dans l' eſprit, que ſoit pour faire paroître

Teſtimonia aliorum.

nim, cum propriæ voluntatis libertatem *l*) non habeant, *l*) c. *fin. eod. tit. in 6.*

tre ſa pieté envers ſes parens, ſoit pour ſe ſauver ſoy-meſme, ou pour tirer ſa famille du Purgatoire il devoit laiſſer en mourant, dequoy faire dire une Meſſe, tous les jours, pour ſes Anceſtres, & pour luy-meſme. Ce fut là comme une ſource de richeſſes pour les Moines; l'enteſtement ſuperſtitieux du peuple le jettant dans une telle profuſion, que ſans quelques ordonnances, qui furent faites, pour la reprimer, la plus-part de biens du Royaume euſſent eſté engloutis par les Communautez regulières. Mais on declara, que les Couvents ne pourroient plus recevoir aucun legs de biens immeubles; ce qui toutefois fit peu d'effet; un Prince devant s'attendre à eſſuyer de chagrins continuels, s'il refuſoit aux Religiéux, les permiſſions, qu'ils lui demandoient, contre la diſpoſition de ces loix. „Et *lib. 2. p. 239.* „Iuſques-la on avoit toujours commencè un teſtament, par ces mots; *Je laiſſe mon ame à Dieu, & à nôtre Dame, & à tous les Saints de Paradis.* Mais Guillaume Tracy, de la province de Worceſter, ſe ſervit d'un autre ſtile. *Il ne laiſſa ſon ame qu'à Dieu, par la mediation de JEſus Chriſt, en qui ſeul il mettoit ſa confiance, ſans rechercher l'interceſſion des Saints: Ainſi, il ne faiſoit point de legs à l'Egliſe; ne ſoûhaitant pas, que l'on priaſt pour ſon ame.* L'Evêque de Londres condamna Tracy, & commanda à Parker, official de Worceſter, d'aller deterrer le corps. Le zéle Parker paſſa ſes ordres; car il le fit bruler. „Denique *Parte 2. lib. 2. p. 489.* „Les Jeſuites inſinuerent à Polus, ſi on leur vouloit donner les Monaſtères ſupprimez, ils y auroient bientoſt établi des ſeminaires, & des écoles: Et qu'enfin, maniant avec adreſſe, la conſcience des mourans ils ſe promettoient, que l'Egliſe recouvreroit par leur moyen, la meilleure partie de ſon patrimoine„. T.

II. Id eſt teſtari aut diſponere pro anima ſua, i. e ſub conditione precationum, quæ pro diſponentis anima & ſalute fieri debent. *Judicare pro anima, quid ſit?*

 At-

ant,(754) eligere ſibi ſepulturam nequeunt, ſed apud propria monaſteria tumulandi ſunt: niſi adeo forte ſint remoti,quod ad ea,cum moriuntur,commode exportari nequeant.

Non poteſt quis etiam jurejurando a ſe ipſo abdicare liberam eligendæ ſepulturæ poteſtatem.

§. 7. Alias autem ſepulturæ usque adeo libera eſſe debet electio, ut Bonifaciana *m)* conſtitutione cautum ſit, ne qui ad vovendum, jurandum,vel fide interpoſita, vel alias promittendum aliquos inducant, ut apud eorum eccleſias (755) ſepulturam eligant, vel jam

m) c. 1. in princ. eod. tit. in 6.

Atque hæc ſignificatio verbi *judicare* etiam in jure feudali occurrit *2. F. 9. & 55.* item in aliis Germanorum legibus. Sic Imperator Carolus *Leg. Longobard. lib. 2. tit. 18. l. 4.* dicit: ſi quis Longobardus ſtatum humanæ fragilitatis præcogitans pro ſalute animæ ſuæ de rebus ſuis voluerit judicare. Add. Leg. Wiſigothor, *4. tit. 5. l. 2. & 3. it:* Longobard. *lib. 2. tit. 14. l. 17. & tit. 19. l. 1. & tit. 4. l. 4.* Z.

ad §. 6.

Homo voluntate deſtitutus. (754) Sive ut Pontifex ipſe loquitur. *c. ult. de ſepultur. in 6. cum velle vel nolle non habeant.* Tale enim monſtrum omni voluntate deſtitutum ultimis hiſce ſeculis edidit Papatus. Z.

ad §. 7.

Declaratio (755) Vid. Paul. Laymann. *Theol. moral. 3. tr. 6. c. 12. n. 4.* Aliud eſt pactum Eccleſiæ de recipiendis vel non recipiendis perſonis certæ alicujus parochiæ. Id enim non improbatur *c. 1. de pact. in 6.* nec adverſatur bonis moribus aut utilitati publicæ. Etſi enim publice intereſt, defunctorum corpora ſepeliri *l. 43. ff. de relig.* non tamen ita intereſt, ut quis in hac vel illa parochia ſepeliatur, cum ſepultura haberi poſſit alibi. Vid. tamen, quæ dicemus infr. *lib. 3. tit. 3. §. Et quidem.* Z.

ad

jam electam ulterius non immutent, & ſecus factum omnino infringit.

Mortuus ruri, qui ſepulturam non eligit, ſi ſine periculo poſſit exportari, vel in parochiali eccleſia, vel in majorum ſepultura debet ſepeliri.

§. 8. Illud *n*) tamen in dubium venire poteſt, ſi quem, dum animi, vel agri colendi cauſa ruſticatur, ruri inopino forſitan interitu, nec electa ſepultura contingat occumbere, an in eccleſia ruri conſtituta, an potius in alia ſepeliri debeat? & reſponſum eſt, ſi abſque periculo (756) defunctus inde valeat exportari, non in eccleſia ruri poſita, ſed in ſua parochiali, (757) vel in qua majorum ipſius ab antiquo ſepultura extitit, ſepeliendum fore. *n) c. is qui in princ. eod. tit. in 6.*

Quibus non communicamus vivis, nec mortuis communicamus.

§. 9. Non tamen omnes, qui fato functi fuerint, eccleſiaſticæ tradendi ſunt ſepulturæ: quibus *o*) enim non communicamus vivis, nec defunctis communicare debemus. Unde carebunt eccleſiaſtica ſepultura, qui prius *o) c. ſacris. in princ. ext. eod. tit.*

---

ad §. 8.

(756) Peſtis, belli & ſimilium. Sæpe enim præſtat in loco, ubi quis defunctus eſt, ſepeliri, quam vel defunctum, vel ſuperſtites periculo exponere. Z. *Ratio.*

(757) Hoc ita conſtitutum eſt ad evitandas parochorum contentiones. Utique enim in ſepeliendo defuncto illa potius præferenda eſt parochia, in qua quis habitat, & pietatem perceptione Sacramentorum colit, quam in qua per exiguum aliquod tempus commoratur. Z. *Alia ratio.*

prius erant ab eccleſiaſtica unitate præciſi. (758) Igitur nec Paganus,*) nec Judæus (759) nec (760) hæreti-

*) *c. Eccleſiam ſeq. de conſecr. diſt. 1.*

ad §. 9.

Præciſi qui? (758) Id eſt excommunicati, ſi impœnitentes moriantur. Et huc facit conſtitutio Eccleſiaſtica Sereniſs. Elect. Saxon. *in artic. gener. cap. 11. ſ. 327* Z.

Varia de Judæis. (759) Etſi de Iudæis in ſpecie nullum hic allegetur capitulum juris Canonici, nullum tamen eſt dubium, ob rationes hoc paragrapho allegatas, quod excluſi ſint Judæi a Sepultura Eccleſiaſtica. Id vero neſcio qua ratione factum fuerit, ut, cum non ſolum in Codice juris Juſtinianei, ſed & in decretalibus peculiaris extet titulus de Iudæis, Lancelottus tamen illum titulum omiſerit, & pauciſſima de Judæis tradiderit in ſuis Inſtitutionibus, cum tamen non ſit diffitendum, quin multa ſub diſpoſitione juris Canonici de Iudæis lateant arcana politica, tam communia, quam ſpecialia, quæ tamen fuſius exequi jam hujus loci non eſt. Et qui id diſtinctius tentare vellet, el opus, ut ante omnia præter arcana hiſtoriæ Eccleſiaſticæ calleat etiam antiquitates in ſpecie Iudaicas, quæ & ipſæ partim a Judæis, partim a Patribus & aliis Doctoribus Chriſtianis multis fabulis ſunt repletæ. Poſtquam vero Ioh. Seldenus & Iohannes Lightfootus Angli in detegendis antiquitatibus Iudaicis glaciem fregerunt ſeculo præcedente, laudanda eſt maxime induſtria & impartialitas Basnagii, quam cum multo Judicio adhibuit in Hiſtoria Iudaica Gallico idiomate ſcripta, quæ multum proderit in quæſtione propoſita quid audere volentibus. Nullum eſt dubium, Judæos in primis poſt Chriſtum natum ſeculis multas occaſiones dediſſe Chriſtianis & etiam Paganis, eos non multum amandi, imo etiam ſub Imperatoribus Ethnicis Iudæos nonnunquam perſecutiones Chriſtianorum promoviſſe. Sed annon ex ſua parte etiam Chriſtiani mala exempla præbuerint Iudæis, docebit diligens lectio Basnagii potiſſimum *Tomo IV. libro 6. c. 6. ſeq.* Capite *14.* prolixius agit

reticus,†) nec qui uſuras (761) exercuit, **) nec qui ſibi mortem (762) conſciverunt, ††) aut qui perſonis eccle-

†) *c. 2. pr. de hæreticis in 6.*

**) *c. 2. pr. de uſur. in 6.* ††) *c. placuit 23. q. 5. c. ſi quis ſuadente 17. q. 1.*

agit de ſtatu Iudæorum ſub Conſtantino Magno & §. *1. ibid.* docet, ex quo ſpiritu perſecutiones Iudæorum inceperint & §. *7.* monet, quod in Concilio Elibertino jam ſub Conſtantino prohibitum fuerit ſub pœna excommunicationis, ne Chriſtiani cum Iudæis comederent, ſub applicatione contorta dicti Paulini, *quod apud impuros & infideles omnia ſint impura.* Suppeditabit etiam *cap. 16.* multa notabilia de Cœlicolis & *cap. 21.* de ſtatu Iudæorum ſub imperatore Iuſtiniano T.

(760) Benignior hic eſt autor, quam hodierni Pontificii, quod non omni, ſed aliqua tantum, i. e. eccleſiaſtica ſepultura hæreticos velit privari. At Pontificii hodierni ne quidem in hortis aut paſcuis ſuis Evangelicorum demortuorum corpora ſepeliri permittunt. Marcianus Imp. humanum & pium putavit de hæreticis conſtituere, ut legitimis ſepulchris ſepelirentur. *l. 9. C. de hæret.* Neque apud nos honeſta ſepultura privantur hæretici, niſi quod ceremoniæ quandoque pauciores adhibeantur. Carpzov. *in def. Conſiſtor. l. 2. def. 383.* Z.

Hodiernus rigor erga hæreticos.

(761) Scilicet manifeſte, de tali enim loquitur *c. 3. X. de uſur.* Uſurarii autem manifeſti qui dicantur, exponit Covarruvias *l. 3. var. reſol. c. 3.* Jul. Clar. *l. 5. ſentent. §. uſur. verſ. hic quæro.* Menoch. *de arb. jud. quæſt. caſ. 235.* Sigism. Scaccia *de judic. lib. 2. c. 9. n. 144. ſeq.* Caniſ. *ad tit. de Uſur. cap. 8. n. 4.* Sepultura tamen tali non denegatur, ſi in teſtamento reſtituere mandaverit, quicquid ex uſuris habet, vel ſi idoneam de reſtituendo cautionem præſtiterit. Didac. Spin. a Caceres *in ſpec. teſt. gloſſ. 2. n. 18.* Z.

Declaratio & limitatio.

(762) Jure Civili αὐτοχειρίαν, non prorſus eſſe illicitam, ſunt qui evincere ſe poſſe, perſuaſum habent; concedunt tamen, illicitam

Moralitas a pœna autochiria.

*) *c. fin. eod. tit.* eccleſiaſticis *) violentas manus injecerunt, (763) nec homi-

citam eſſe, ſi fiat ab homine facinoroſo, ob Conſcientiam criminis & pœnam imminentem, qui propterea ſuis magis quam carnificis manibus mori non diſcupiat. *l. 2. C. qui teſt. fac. poſſ. l. 3. ff. de bon. eor. qui ante ſent. l. 1. l. 2. C. eod.* Utcunque ſe res habeat, Chriſtiano homini nunquam ullo caſu probari ea poterit; circa ſepulturam tamen quidam obſervari debent gradus differentiæ. Qui enim ſine animo fraudulento ex furore, melancholia vel alia animi impotentia ſibi manus inferunt, ſi de vita bene transacta conſtet, honeſta non ſunt privandi ſepultura, de ceremoniis tamen aliquid eſt remittendum. Qui vero tædio vitæ, doloris impatientia, pudore æris alieni, aut ſimili ex cauſa vitam ſibi adimunt, canina vel aſinina ſepultura merito afficiuntur. Qui denique ob conſcientiam criminis mortem ſibi infert, ſimiliter inhoneſta ejusmodi ſepultura efferendus eſt. Vid. Carpzov. *lib. 2. def. Conſiſt. 376. ſeq.* Adde Hug. Grot. *de jure bell. & pac. l. 2. c. 19. n. 5.* Si tamen in flumine vel puteo vel alio loco defunctus reperiatur, non denegatur ei ſepultura Eccleſiaſtica, quia non præſumitur ſe præcipitem dediſſe. Alciat. *lib. 6. paregr. c. 27.* Didac Covarruv. *lib. 2. reſolut. 1. in fin.* Z.

Monitum ad illam notam. II. In quæſtione de moralitate autochiriæ multa ſunt adhuc diſcutienda. Conf. *Inſt. Iurispr. divinæ lib. 2. cap. 2. §. 70. ſeq.* & vereor, ne & in hac doctrina paſſim reperiantur reliquiæ papatus. Sponte ſe nemo interficiet, niſi ſit non ſanæ mentis. Nam & melancholia eſt morbus mentis. Qui vero metu cruciatuum intolerabilium ſe interfecit, an fraudulento animo id faciat ex Ziegleri doctrina, vellem quærere. T.

Limitatio. (763) Hi omnes, qui ſequuntur, non ſimpliciter privandi ſunt ſepultura Eccleſiaſtica, ſed tum demum, ſi pro his exceſſibus excommunicati fuerint, uti loquitur Gregorius IX. *in c. fin. X. hoc tit.* Poterit enim propter ejusmodi crimina aliquis deferri, atque ille

Digitized by Google

homicidæ,**) nec incendiarii, aut eccleſiarum viola-tores,†) nec inceſtuoſi, nec blaſphemi, nec ullus ††) qui pro manifeſtis condemnatus eſt exceſſibus, eccle-ſiaſticæ (764) ſepulturæ tradi poterit.

**) c. ſuper eo de raptor.
†) c. ſtatuimus de maled.
††) c pro obeuntibus 13.q.2

Tumulati contra canones, ſunt exhumandi, ſi illorum corpora poſſint diſcerni a corporibus fidelium.

§. 10. Et ſi contigerit aliquando horum corpora in cœmiterio eccleſiaſtico tumulari, *p*) ſi ab aliorum corporibus diſcerni poterunt, exhumari debent, (765) & ab eccleſiaſtica ſepultura procul jactari. (766) Quod

p) c. ſacris eſt. ext. eod. tit.

---

ille ſi deceſſerit, antequam peragatur, aut antequam confeſſus vel convictus fuerit, canina ſepultura propter ſolam illam delationem non debet affici. Carpzov. *d. l. def. 380.* Z.

(764) Sepultura eſt vel honeſta, quæ eccleſiaſtica alias dici ſolet, vel ignominioſa ſeu inhoneſta, vel aſinina ſeu canina. Honeſta eſt, cui ceremoniæ atque ritus pro loci cujusque conſuetudine & pro defuncti facultatibus ſolenniter adhibentur. Ignominioſa & inhoneſta eſt, quæ absque ſolennitatibus & ceremoniis in loco ſeparato extra cœmiterium vel intra illud ad parietes in angulo quodam peragitur. Atque hic notandum, fieri poſſe, ut ſepultura absque ceremoniis peragatur, ignominioſa tamen aut inhoneſta non ſit, quia ſufficit ad honeſtam ſepulturam, vel quod ritus ac ceremonias ſolennes adhiberi permiſſum ſit, licet ex defectu pecuniæ ſæpius omittantur; vel, quod in cœmiterio aliove loco honeſto cadaver Terræ inferatur a Veſpillone, non carnifice. Aſinina ſive canina ſepultura eſt, quando cadaver defuncti extra locum religioſum conſuetum in bivio vel trivio aut ſub patibulo aut ubi brutorum cadavera abſcondi ſolent, a Carnifice terra obtegitur. Carpzov. *in Juriſpr. Conſiſt. lib. 2. def. 375. & 382.* Z.

Diviſio ſepulturæ & ejus explicatio.

ad §. 10.

(765) Inhumanum id videtur & a Religione alienum, ut, qui

Inhuma-

Quod ſi diſcerni non poterunt, cum excommunicatorum oſſibus corpora fidelium extumulanda non erunt, cum licet non obſit juſtis ſepultura nulla, vel vilis, celebris tamen vel ſpecioſa non proſit improbis.

Qui contemptis clavibus non humandos in locis ſacris humaverit, excommunicationem incurrit, a qua non eſt abſolvendus antequam arbitrio epiſcopi ſatisfecerit.

q) clem. 2. eod. tit. §. 11. Si quis (767) autem *q*) contemptis eccleſiæ clavibus (768) hujuſmodi perſonas, aut interdicti tempore

---

nitas Caniſtarum. qui ſemel terræ commiſſi & conditi ſunt, effodiantur, & in eos jam ſepultos animadvertatur. Etſi enim concedere poſſim, non teneri ſepulchri violati eum, qui extraxerit cadaver hominis, quem ſepelire fas non erat, Ant. Mattheus *de crimin. tit. de ſepulc. viol. c. 1. n. 6.* nego tamen humanitati id convenire, quippe quæ ſepultis inſultare etiam apud hoſtes ſemper vetita eſt. Z.

Gloſſa ridicula. (766) Ridicula hic eſt gloſſa, quæ tantam diſtantiam requirit, ut voces clericorum cantantium non poſſint inde exaudiri. Z.

ad §. 11.

Cumulatio variorum errorum. (767) Ad hunc paragraphum notandum (1) denegationem ſepulturæ honeſtæ non præciſe pertinere ad claves Eccleſiæ, cum potius ſit animadverſio in eos, qui jam per poteſtatem clavium notati ſunt, (2) interdictum Eccleſiaſticum nullo jure niti, & eſſe plane iniquum & impium coercendi modum, uti dicetur infr. *libr. 4. tit. 14.* (3) excommunicationem, quam quis ipſo facto incurrit, deſtitui effectu executionis, & nullam habere efficaciam. vid. inf. *lib. 5. tit. 13.* (4) ſatisfactionem ſine ſuffragio Scripturæ ſtatui partem pœnitentiæ, & hoc ipſo injuriam inferri merito Chriſti, quod nulla amplius hominis ſatisfactione indiget, ſed unum omnibus ſufficit. Z.

Jura ſepulturæ perti- (768) Scilicet ſecundum principia juris Canonici & quia videlicet ſepulcra ſunt res ſpirituales, ideoque controverſiæ de jure Sepul-

pore quoslibet, in eccleſiis vel cœmeteriis ſepelire auſus fuerit, ipſo facto, excommunicationis ſententiam incurrit: a qua, niſi prius ad arbitrium diœceſani epiſcopi eis, quibus injuria irrogata fuerit, ſatisfactionem competentem exhibuerit, abſolvi non poterit, nec ullum circa præmiſſa contra facientibus privilegium ſuffragabitur.

Reconciliati, licet alioqui eccleſiaſticæ ſepulturæ non eſſent tradendi, poſt reconciliationem tradi poterunt.

§. 12. Sed hæc de illis intelligenda ſunt, qui impœnitentes deceſſerint, nec in articulo ſaltem mortis, eccleſiæ reconciliati fuerint. Nam r) ſi, dum forſitan in extremis agerent, legitime abſoluti fuerint, Cœmeterium his & alia eccleſiaſtica ſuffragia denegari non debent: hæredes (769) tamen & propinqui, ad quos ipſorum bona pervenerint, ut pro eisdem ſatisfaciant, ſi caſus exigat, eccleſiaſtica ſunt cenſura compellendi.

r) *c. fin. extr. eod. tit.*

Cadavera punitorum pœnitentium ſunt tradenda ſepulturæ eccleſiaſticæ.

§. 13.

Sepulturæ pertinent ad Clerum excluſo Principe. Vides ergo arcanum politicum ſub ea doctrina latens & fructus hujus arcani intuitu Principum: Sed non eſt, ut hic iraſcamur Clero Pontificio, cum etiam reperti ſint apud nos, qui Principi moverint controverſiam circa jus diſponendi de ſolennibus ſepulturæ, contra quos diſputavi peculiari diſſertatione *de jure principis Evangelici circa ſolennia ſepulturæ.* *T.*

nent ad Principem.

ad §. 12.

(769) Iure civili ex delictis defunctorum tenentur heredes in tantum ſeu hactenus, quatenus ex delicto ad eos pervenit, *l. 5. ff. de*

Differentia juris Civilis & Canonici.

§. 13. Ex his apparet, eorum cadavera, qui poſt confeſſionem Deo peractam, pro ſceleribus ſuis in patibulis (770) ſuſpenduntur, *s*) ad eccleſiam eſſe deferenda, & oblationes pro eis offerendas. Cum enim pro peccatis ſuis pœnam extremam ſolverint, (771) & digne pœnituerint, non judicat bis Deus id ipſum.

s) *c. quaſitum eſt. 13. q. 1.*

Deprehenſi in ſcelere & vulnerati, ſi confeſſi ex vulneribus mortui fuerint, item improviſo caſu oppreſſi, non privantur eccleſiaſtica ſepultura.

§. 14.

---

de calumn. Sed jure Canonico tenentur, quatenus bona hereditaria fuerunt *c. ult. X. de ſepult. c. 5. X. de rapt.* eo colore, quod hac reſtitutione exoneretur conſcientia defuncti. Anton. Gomez *3. reſol. 1. n. 85.* & is tanto citius a pœna purgatorii liberetur. Bachov. *de act. diſp. 5. th. 4* Fatentur tamen canoniſtæ, in foro ſeculari vigere diſpoſitionem juris civilis. Fachineus *l. 9. controv. 5.* Vid. Tabor *racemat. 1. n. 64.* *Z.*

ad §. 13.

An recte ſuſpenſi priventur ſepultura?

(770) Utrum horum cadavera in publico conſpectu relinquenda & omni ſepultura privanda ſint, multa adhuc eſt diſputatio, Vid. Grot. *de jur. belli & pac. l. 2. c. 19. n. 4.* Ita tamen apud nos uſus obtinuit, ut & ſuſpenſorum; & rota punitorum, & quandoque gladio ultore occumbentium, cadavera inſepulta relinquantur, non obſtante lege Moſaica *Deut. 21, 23.* quæ juris quidem divini eſt, ſed poſitivi & forenſis, quæque idcirco aliter ſe apud alias gentes habere poteſt, cum nec improbetur alibi ſepulturæ iſta privatio. Vid. Did. Covarruv. *lib. 2. reſol. 1. num. 11.* Hahn. *in Weſenbec. tit. de cadaverib. punitor.* Petr Heig. *l. 2. quæſt. 37,* Quirin. Kubach. *cent. 2. dec. 2. q. 1.* Speckhahn. *cent. 1. qu. 9.* *Z.*

Reſponſio ad objectionem.

(771) At ſepulturæ negatio non tam fit in pœnam, quam in exemplum, ut deterreantur a ſimili facinore alii. Satis enim eſt, id, quod

§. 14. Quin etiam *t*) ſi, dum in ſcelere comprehenduntur, vulnerati fuerint, & ſacerdoti poſtmodum confeſſi, ex vulneribus acceptis deceſſerint, communio eis minime denegabitur: quanquam ſi, dum ſe ipſos defendunt, (772) interfecti fuerint, aliud ſit ſtatuendum. Is autem, quem caſus improviſus opprimit, *u*) ſi nihil aliud obſiſtat, (773) eccleſiaſtica ſepultura non arcebitur.

t) can. fures. 13. q. 2.

u) c. ex parte parentum extr. eod. tit.

Pro ſepultura non poſſunt clerici aliquid exigere, nec conſuetudo in contrarium valet, poſſunt tamen ſponte oblatum accipere.

§. 15. Illud etiam atque etiam admonendi ſumus, ſacris canonibus penitus interdici, *x*) ne quis terram pro ſepulchro vendere, aut pro hominibus ſepellendis quoquo modo munera *y*) exigere audeat, niſi forte ſepeliendus eccleſiæ, in cujus atrio *z*) ſepelitur, aliquid vivens tradi juſſerit, aut poſt mortem ipſius parentes, proximi, vel hæredes pro luminaribus,

x) c. pen. extr. eod.

y) c. queſta eſt §. unde 13. q. 2.

z) c. præcipiendum. d. 13. q. 2.

quod mortuis accidit, a vivis metui, ut hoc pacto a peccato retrahantur. Vid. H. Zoeſ. *ad tit. ff. de cadaverib. punitor.* Z.

ad §. 14.

(772) Illi ſc. qui in ſcelere deprehenduntur, qua ratione furi adverſus dominum nulla juſta competit defenſio. Tabor *racemat. crim. 3. n. 36.* Unde nec reus criminis jus habet publicis miniſtris capere ſe volentibus per vim reſiſtendi. Hug. Grot. *de jur. b. & p. lib. 2. cap. 1. n. 18.* Z. *Declaratio.*

(773) Puta, ſi ipſe caſui fortuito non dederit cauſam, aut ſi ipſe alias fuerit ſepultura honeſta dignus. Sane qui caſu fortuito periit, nulla ſua culpa periit, nec proinde ignominiæ nota affici debet, *Exempla exceptionis.*

 præ-

bus, vel eleemoſyna aliquid ultro dare voluerint: quo caſu ſponteoblatum licite recipi poterit: (774) peti z) vero, vel aliquid exigi, eſt omnino vetitum, ne aut venalis dicatur eccleſia, aut clerici hominum interitu gaudere videantur, ſi ex illorum cadaveribus ſtudeant habere compendium, nec obtentu cujusquam conſuetudinis, niſi pia (775) & laudabilis fuerit, (776) reatum ſuum quis excuſare poterit.

z) d. c. que-ſta §. peti.

DE

præſertim cum de ſalute ejus dubitare Chriſtianum hominem non deceat, nec in judicia DEI inquirere liceat. Carpzov. *in Jp. Conſiſt. lib. 2. def. 381.* Z.

ad §. 15.

Ratio. (774) Quædam enim honeſte accipiuntur, quæ inhoneſte petuntur *l. 1. §. 5. in f. ff. de extra. cognit.* Patet autem hinc, etiam id, quod ſpontaneo motu datur, non debere cedere in clericorum commodum. Vid. hac de re Areſta Gallica apud Papon. *lib. 1. tit. 5. n. 7.* Z.

Pietas fraudulenta Canoniſtarum. (775) Quomodo autem conſuetudo in hoc quoque genere pia & laudabilis facta ſit, explicat Duarenus *l. 7. de ſacr. Eccleſ. miniſt. c. 6.* *Quamvis autem*, inquit, *pro hujusmodi rebus nihil exigere liceat, ſed absque precio atque adeo cautione ulla præſtari debeant, tamen vulgo receptum eſt, ſi quid eo nomine ultro offerri conſueverit, ut talis conſuetudo veluti pia & honeſta obſervetur, ad eamque obſervandam autoritate ſuperioris antiſtitis etiam inviti adigantur, ſed ſuſcepto jam ſacramento aut ſepulto cadavere &c ne alioquin eas res quisquam mercari videatur. Proinde ſacrificuli noſtri temporis, qui certam Eccleſiam nullam regunt, poſtquam ſacrum peregerint, ſi conſueta merces ipſis non præbeatur, Epiſcopum adire ſolent, poſtulantes non quidem aperte, ut ſibi precium numeretur, ſed ut LAUDABILIS CONSUETUDO obſervetur* &c. *Quo caſu Epiſcopus in Laicos etiam homines juris-*

DE CANONICA PORTIONE.
TITULUS XXV.

Quid ſit Canonica portio, & quod eſt duplex, parochialis & epiſcopalis, & quod parochialis debetur curato de

riſdictionem exercet. Hoc autem genus expiſcandæ pecuniæ, quod a veteribus canonibus & majorum inſtitutis valde alienum eſt, ex Innocentii III. conſtitutione manavit, c. ad apoſtolicam X. de ſimonia. Hactenus Duarenus. Aliter adhuc negotium iſtud excuſat Didacus Spino a Caceres *in ſpecul. teſtament. in gloſſ. 2. princip. n. 43.* ubi dicit, pro ſepultura debita ex religione Chriſtiana pecuniam peti non poſſe, nec talem ſepulturam vendi, ſi tamen aliquis locum honorabiliorem in Eccleſia eligat, propter illum locum præeminentem peti honorem, qui precio æſtimabilis ſit, atque hinc vendibilis &c. Add. Illephonſus Perez de Lara *de anniverſar. l. 1. c. 25. n. 17.* Vallenſ. *ad tit. de ſepultur.* §. *8. n. 3.* Alii dicunt, emptionem ſepulturæ ſalvari poſſe, ſi fiat ſub ea qualitate, ut nullus alius ibi ſepeliatur. Obligationem enim illam ex parte Eccleſiæ poſſe vendi. Auguſtin. Barboſ. *ad c. 13. X. h. t.* Ex quibus patet, nihil tam ſanctum per Canones definiri poſſe, cui evertendo non aliquæ ſubinde excogitari poſſint fraudes. In noſtris Eccleſiis ea conſuetudo invaluit, ut vel ſingula ſepulchra redimantur, vel certum aliquod ſpacium, in quo vel univerſæ familiæ vel hæredibus tantum ementis ſepelire liceat. Ratio hujus conſuetudinis *pie & utiliter* ſuſtinetur, non quidem ab accipientium avaritia, ſed ab Eccleſiæ indigentia, dantiumque liberalitate. Quod enim datur, non ad lucrum inhoneſtum, ſed ad Eccleſiæ ſuſtentationem, & ut eo commodius cœmiteria ſarta tecta conſervari poſſint, adhibetur. De jure vero civili ita res poteſt expediri, ſi dicatur, non quidem locum, ſed jus tantum ſepeliendi in iſto loco eſſe in commercio, & proinde vendi iſtud, legari aut quocunque modo alienari poſſe, per *l. 14. C. de legat.* Z.

de relictis factis eccleſiæ, in qua quis poſthabita propria eccleſia elegit ſepeliri.

§. 1.

CAnonica portio eſt, quæ de relictis, & proventibus eccleſiis obvenientibus detrahitur, & prælatis de-

Monita ad notam præcedentem.

(776) Scilicet habes hic exemplum eorum, quæ jam notavimus ſupra *ad tit. 23. §. 1. nota 722.* de pietate Canoniſtarum ſolum in ditatione Cleri conſiſtente. Memorabilis eſt hiſtoria, cujus meminit Burnetus *Hiſt. Reformat. Anglic. lib. 1. p. 22. ſeq.* ex qua apparet, eum, qui iſtam pietatem exercere non vult, a Clero conſiderari ut hominem impiiſſimum & in Eccleſia non tolerandum. „Un certain Richard Hunne, fit enterrer un de ſes enfans mort, âgé de cinq ſemaines ſeulement: ce fut dans le Comté de Middleſex: Le Curé de la Paroiſſe prétendit un droit mortuaire, que l' autre ne voulut point payer: de ſorte que le Curé le luy demanda en juſtice. L' Avocat de Hunne conſeilla à celuy-cy de pourſuivre ſa partie, en vertu de la formule *Præmunire*, pour avoir cité un ſujet du Roy, devant une Cour étrangere: car la Cour eccleſiaſtique ne ſ' aſſembloit que par l' autorité du Legat. Le Clergé prit feu là-deſſus, & ne ſongea qu' à ruiner Hunne: Comme le plus court eſtoit de le faire paſſer pour heretique, & qu' ils avoient eſté avertis, que la Bible de Wiclef eſtoit chez luy, ils l' entreprirent pour cela, l' enfermerent dans la Tour de Lollard, à St. Paul, & l' interrogerent ſur divers articles, que Fitz-James, Evêque de Londres, avoit dreſſez. Hunne nia, qu' il crut aucun de ces articles, en la maniére qu' ils luy eſtoient objectez: il avoüa ſeulement, qu' il avoit dit quelques paroles, qui en approchoient; & ajoûta, qu' il ſ' en repentoit, qu' il en demandoit pardon à Dieu, & ſe ſoûmettoit à la cenſure de l' Evêque. Aprés une ſemblable confeſſion, on ne pouvoit que luy impoſer quelque penitence, & le mettre en liberté. Mais comme il pouſſoit toûjours ſon procés à une Cour ſeculiere, il fut traité cruellement par

Digitized by Google

par ceux du Clergé. Le 4. de Decembre, on le trouva pendu dans la chambre de la priſon. Le Docteur Horſey official de l'Evêque, & les autres Officiers, auxquels la garde de la priſon appartenoit, publierent auſſitoſt, qu' il s' eſtoit pendu luy-meſme. Mais le Coroner de Londres ſe transporta ſur les lieux, & y établit un corps de Jurés, pour prendre connoiſſance de cette affaire: il trouva la corde très-lâche, & que ce n' eſtoit qu' une ceinture de ſoye. D' abord, il ſe douta bien, que Hunne s' eſtoit point étranglé luy-meſme: apres cela, remarquant que la peau du cou eſtoit entramée par eſpaces, en forme de dens, il conjectura, que cet homme avoit eû le cou rompu avec une châine de fer: Enfin, trouvant des traces de ſang ſur ſon corps, & joignant toutes ces preuves enſemble, il prononça que le priſonnier avoit eſté aſſaſſiné; & rejetta le meurtre ſur les Officiers de la priſon, après avoir dechargé le corps. Par d' autres informations, on apprit, que deux officiers de l' Evêque, le ſergent, & celuy qui avoit la charge de ſonner les cloches, eſtoient coupables du crime: Enſuite, le ſergent accuſa l' official & le ſonneur. Tandis que l' on continuoit les informations l' Evêque attaqua le corps de Hunne ſur de nouveaux points d' héréſie: on tira ces points de la préface, qui eſtoit à la teſte de la Bible de Wiclef; & là deſſus, on fit un nouveau procès au corps mort. Pour prouver, que Hunne eſtoit Hérétique, on ſe perſuada que c' eſtoit aſſez de montrer qu' il avoit une Bible pernicieuſe: ainſi, on livra le corps au bras ſéculier. Quand ſa ſentence fut prononcée, l' Evêque de Londres eſtoit aſſiſté de l' Evêque de Durham, de l' Evêque de Lincoln, & de bon nombre de Docteurs, tant en droit Canon, qu' en Theologie. De ſorte que cette ſentence fut regardée comme un acte de tout le Clergé. Le 20. Decembre, on brula le corps dans une place de Londres, appelée Smithfields. „ Sed dedit tamen hic craſſior uſus pietatis Clericalis occaſionem ad præparandos animos Anglorum, in medio adhuc Papatu ſentiendi arcana Politica, quibus Clerus Pontificius uteretur ad decipiendos Laicos, & defendendi innocentiam miſeri iſtius Richardi Hunnii, ut latius exponit Burnetus *ibid. p. 23. ad p. 29.* Tangit etiam iſtud

Digitized by Google

ulcus Sarpius *de beneficiis* §. 28. p. 172. „Les dixmes étoient païées aux Curéz pour le ſervice, qu' ils rendoient au peuple, en lui enſeignant la parole de Dieu, & en lui adminiſtrant les Sacremens, dautant qu' on ne leur païoit rien pour toutes ces fonctions. Mais comme quelques gens pieux & riches donnoient, s' ils vouloient, quelque choſe pour la ſepulture de leurs parens, ou pour les Sacremens, qu' ils recevoient, la courtoiſie ſe convertit en déte, juſques à introduire la coutume de païer tant, ce qui fut un ſujet de diſpute, les Laïques ne voulant rien païer pour l' adminiſtration des Sacremens, parce qu' ils ne païoient les dixmes, que pour cela; Et les Eccléſiaſtiques refuſant de faire leur fonctions, ſi l' on ne leur donnoit ce qu' ils prétendoient être d' uſage. Innocent III. remédia à ce déſordre vers l' an 1200. en défendant véritablement aux Clercs, de faire aucun marché pour leur miniſtère, ni de le refuſer à qui refuſoit de les païer; mais avec ordre, qu' aprés qu' ils auroient fait les fonctions requiſes, ils contraigniſſent les ſeculiers par cenſures, à garder la *loüable coutume* (c' eſt comme il parle) de païer ce qui étoit en uſage. Car il métoit beaucoup de diférence, entre forcer par convention, avant que d' adminiſtrer, & forcer par cenſures, aprés l' adminiſtration; condemnant l' un comme ſimoniaque, & approuvant l' autre comme légitime. „Quod noſtros mores attinet, de quibus etiam loquitur Zieglerus in nota præcedente, cave ne putes, Zieglerum eos ironice traducere, dum dicit, PIE & UTILITER apud nos vendi ſepulcra, quaſi nimirum & apud nos etiam utilitas pecuniaria ſit norma pietatis, ſed pietatis voce hic utitur in ſenſu potius negativo, quam poſitivo, pro eo quod non eſt impium. Videlicet ex hypotheſi veriore, Templa & Cœmiteria non eſſe res ſpirituales ſed temporales ad res publicas vel univerſitatis pertinentes, quarum uſus vel dominium ſubalternum absque nota impietatis pro certa pecunia vendi poteſt. T

ad

Digitized by Google

debetur. (777) Eſt autem duplex, Parochialis & Epiſcopa-

ad TIT. XXV.

ad §. 1.

(777) Scilicet receptum aliquando moribus, & per canones deinceps conſtitutum fuit, ut ex omnibus Eccleſiarum particularium reditibus certa portio daretur Epiſcopo diœceſeos. Ab initio quidem Eccleſiæ naſcentis nulla talis cognita erat portio, ſed quicquid Eccleſiis & earum miniſtris dabatur, in commune conferebatur, ut inde caperent, quantum ſufficeret, ipſi miniſtri Eccleſiæ, reliquum autem in pauperes, viduas, infirmos & alios pios uſus diſtribuerent. Vivebant autem tum temporis Clerici unius Eccleſiæ univerſi in communione, ita ut proprium fere nihil haberent, niſi quod ſibi ex communibus bonis conſumendo proprium facerent. Poſtea vero cœpit Eccleſia bona immobilia ſibi vel donata vel quocunque titulo alio acquiſita, quæ antehac vendere ſolebat, retinere. Et quia porro omnium rerum affluentibus copiis ex liberalitate fidelium lautior quotidie ejus fiebat conditio, cœperunt ejus Rectores cum ſibi ſubjectis Clericis proprietatem intendere, & de vindicandis certis redituum portionibus cogitare. Idque inſtitutum cum ubique terrarum ſimul fere omnibus placuiſſet, factum deinceps, ut univerſi Eccleſiæ reditus in quatuor partes dividerentur, ita ut prima cederet Epiſcopo, ſecunda Clericis, tertia pauperibus, & quarta fabricæ cujusque Eccleſiæ, ut ſarta tecta conſervari poſſet. Qua de re plurima extant teſtimonia apud Gratianum *cauſ. 12. q. 2.* Ziegl. *de Epiſc. lib. 3. cap. 27. §. 9.* Spectat vero huc potiſſimum ex *d. cauſ. 12. q. 2. canon vobis enim 23. item can. conceſſo cum ſeq.* Mentio hujus diviſionis *jam ſupra* ſed ſaltem obiter facta *ad libr. 1. annot. 434 p. 385. & annot. 558. p. 487.* Illuſtrantur dicta per ea quæ habet Paulus Sarpius *de beneficiis* §. 7. *p. m. 29. ſeq.* „L' Egliſe Orientale s' en tint à l' uſage établi de vivre en commun, mais en Occident les Evêques d' adminiſtrateurs & ſurinten-

Diſtinctio r conceptus portionis Canonica

 dans

dans commencérent à faire les maîtres, & à gouverner les biéns de l' Egliſe avec quelque ſorte de pouvoir abſolu. D' ou il naiſſoit beaucoup de confuſion dans la diſtribution de ces biens, au grand dommage des Egliſes, qui tomboient en ruine, & des Pauvres, qui étoient abandonnez. C' eſt-pourquoi, environ l' an 470. il fut ordonné dans l' Egliſe Occidentale, que l' on feroit quatre parts, la première pour l' Evêque, la ſeconde pour les Eccléſiaſtiques, la troiſiéme pour la fabrique de l' Egliſe, laquelle, outre l' édifice du lieu, où le peuple s' aſſembloit, comprenoit les domiciles de l' Evêque, des autres Clercs, de Malades, & des Veuves; & la dernière pour les Pauvres, qui au témoignage de S. Grégoire n' étoient en la pluspart des Egliſes, que les pauvres du lieu, dautant que l' hoſpitalité ne regardoit que l' Evêque, qui ſur ſa portion étoit obligé de loger les Clercs étrangers, & de défraier les Pauvres, qui venoient de dehors. Ainſi, il ne faut pas croire, que céte diviſion fut en quatre parties aritmétiques & égales, mais bien avec proportion; car le nombre des Clercs, dans quelques Egliſes, requéroit une portion plus forte, que celle des Pauvres, au-lieu que c' étoit le contraire dans les autres, où il y avoit beaucoup des Pauvres, & peu de Clercs: & comme dans les grandes villes, la dépenſe de la fabrique étoit plus grande, que dans les petites, chaque Egliſe, qui acceptoit le Decret de partager en quatre, faiſoit céte diviſion avec une proportion diférente, ſelon la diférence du beſoin. Je ſai, que quelques-uns atribuënt céte diviſion au Pape Silveſtre, qui fut 150. ans auparavant, ſe fondant ſur quelques écrits forgez depuis, qui font peu d' honneur à ce ſiecle-là, où la corruption n' étoit pas encore ſi grande. Il ſe trouve dans le Code-Theodoſien une loi de Conſtance & de Julien, datée de l' année 359. qui exemte les Clercs marchands de paier les daces, atendu que ce qu' ils gagnoient, retournoit aux Pauvres; tant s' en faut qu' ils partageaſſent les biens de l' Egliſe, puiſqu' ils laiſſoient leur gain en commun. Mais environ l' an 500. quoique les revenus fuſſent diviſez en quatre parts, les fonds, tant des biens immeubles, que des ofrandes & des aumônes, ne l' étoient pas pour cela, mais le tout étoit gou-

gouverné conjointement par les Diacres & par les ſou - Diacres, ſans autre partage, que celui de revenus. „ Et §. 9. *p. 46. ſeq.* „ Autrefois le premier ſoin de l' Evêque étoit d' enſeigner, & le ſecond de pourvoir aux néceſſites des Pauvres. Il y eut quelque relâchement dans l' un & dans l' autre; & de plus, comme l' adminiſtration des biens étoit entre les mains des Eccléſiaſtiques, la diviſion, qu' ils en firent en quatre parts, fut faite à leur fantaiſie. Où l' Evêque & les Prêtres etoient gens de conſcience, le partage ſe fit juſte, mais où il ſ' en rencontra d' intéreſſez, les Pauvres n' aiant perſonne, qui les protegeât, encore moins la Fabrique, ces deux portions furent tres- petites, & il y eut même des lieux, où tout fut partagé entre l' Evêque & les Clercs. D' ailleurs, dans les Egliſes, où la diviſion fut faite avec la proportion requiſe, l' adminiſtration de la Fabrique & de la part des Pauvres, étant reſtée entre les mains des Eccléſiaſtiques, ces deux parts ſe diminuérent peu à peu, au profit des deux autres. Et pour preuve de cela, il ſufit de voir, qu' il y a tres- peu de lieux, où la Fabrique ait de revenus particuliers; & qu' il ne reſte rien pour les Pauvres, que les Hopitaux, qui outre cela ſont tous d' inſtitution peu ancienne. Du commencement, la part des Clercs ne fut pas diviſée entre' eux, ſeulement l' Evêque avoit ſoin de traiter chacun ſelon ſon mérite: mais dans la ſuite, les Clercs s' attribuérent le droit de partager, ſans que l' Evêque ſ' en mêlât: & aprés qu' ils eurent leur part; où ni l' Evêque, ni tout autre, n' avoit rien à voir, ils partagerent entr' eux, ſi bien que chaque particulier commença d' avoir le ſien propre, &, par conſequent, on ceſſa de vivre en commun. Mais quoique les revenus fuſſent ainſi diviſez, néanmoins tous les fonds reſtoient unis, & ſous la direction des Diacres & des Sousdiacres, qui en recevoient les rentes, & les conſignoient à l' Evêque, & à chaque Clerc, ſelon la proportion de leurs portions. „ Hieronymus a Coſta *de redditibus Eccleſiaſticis p. 25. ſeq.* „ Gratien rapporte une lettre du Pape Zoſime addreſſée à un Archidiacre, (*c. 23. C. 12. q. 2.*) où il eſt fait mention de cette diſtribution, ſans permettre néanmoins, que les biens de l' Egliſe fuſſent demembrés, comme le preten-

tendoient quelques Eccleſiaſtiques, qui vouloient qu' on leur aſſignât de terres pour leur portion. St. Gregoire repondant à quelques queſtions qui lui avoient eſté faites par Auguſtin Eveſque des Anglois, confirme ce partage, qui avoit deſja eſté approuvé par plusieurs autres Papes, & il veut en meſme temps, que la portion de l' Eveſque ne ſoit pas ſeulement pour lui, mais pour toutes les perſonnes, qui lui ſeront neceſſaires, & pour entretenir l' hoſpitalité. Les Eveſques firent une chicane à leur Clergé touchant ce partage, & pretendirent, qu' il ne devoit point avoir part aux nouvelles acquiſitions de l' Egliſe: mais le meſme Pape St. Gregoire regla cette affaire en faveur du Clergé. Les Preſtres de plus pretendirent, qu' ils devoient avoir les deux parts de la portion, qui eſtoit aſſignée au Clergé, & que les autres Eccleſiaſtiques ne devoient avoir que la troiſieſme partie de cette portion. Cette affaire fut remiſe à l' Eveſque, qui donneroit à chacun ſelon ſon travail & ſes merites. Cependant St. Gregoire, qui ſuivoit en cela un droit eſtabli dans les Egliſes d' Occident, eſcrivant à Auguſtin, touchant la Diſcipline, qu' il devoit obſerver dans l' Angleterre, lui mande qu' il eſtoit plus à propos de garder la communauté des biens dans l' Egliſe d' Angleterre, que d' y introduire ces ſortes de partitions. Auſſi verrons nous dans la ſuite de ce diſcours, que le partage des biens Eccleſiaſtiques a eſté la cauſe de la plus-part des deſordres qui ſont arrivés dans l' Egliſe; & j' oſe dire, que ce qui a conſervé une plus grande pureté de l' ancienne Diſcipline dans l' Egliſe Orientale, vient principalement de ce, que les Orientaux n' ont jamais fait ces ſortes de partages. Il n' y a que l' Egliſe d' Occident, qui ait mis les biens Eccleſiaſtiques en titres, de la meſme maniere, que ſi les particuliers eſtoient les maiſtres de ces biens. „Ex hactenus relatis & ex verbis Lancelotti in definitione portionis Canonicæ adhibitis, patet, portionem Canonicam non conſiſtere in quarta portione relictorum propter ſepulturam, de qua ſola hic agit Lancelottus, ſed in quarta portione redituum Eccleſiaſticorum in genere. Ergo rubrum hic latius eſt nigro. Quodſi inſuper connexionem tituli quæras, quid facit canonica portio inter res ſpirituales?

Monita de connexione tituli.

de

ſcopalis. Parochialis eſt, quæ parochiali eccleſiæ, (778) vel ipſius Curato, (779) & Rectori debetur. Sciendum eſt enim, ſi quis in alia Eccleſia, quam in ea, in qua divina audit officia, & eccleſiaſtica ſacramenta percipit, ſepulturam ſibi elegerit (quod quibus caſibus fieri poſſit, proxime expoſuimus) ne parochialium *) eccleſiarum Rectores, quibus cura incumbit animarum, de debitis fraudentur ſubſidiis, (780) conſtitutum eſſe, a) ut

*) *c. fin. v. verum de ſepult. in Clement.*

de quibus adhuc agit Lancelottus *argum. princip. tituli ſeq. & princip. tit. 27.* Sane reditus Eccleſiaſtici ſunt æque bona temporalia ac res Eccleſiæ, unde percipiuntur, quæ ad res temporales pertinent etiam ex hypotheſi Canoniſtarum per *d. tit. 27.* Credo hoc ſenſiſſe Lancelottum, adeoque non hic tractaſſe de canonica portione in genere ſed de canonica portione ob ſepulturas in ſpecie, veroſimiliter ex ea intentione, ut ſub hoc prætextu hanc canonicam portionem tanquam appendicem quaſi ſepulturarum, (rerum videlicet religioſarum & per conſequentiam ſpiritualium) etiam ad res ſpirituales referre poſſet. Quanquam hæc ratio connectendi ſit valde plumbea & nimis ſubtilis. Cum jam ſupra negaverimus ſpiritualitatem ſepulcrorum ipſorum. T.

(778) Quid ſit parochialis Eccleſia, & quomodo a cathedrali & collegiata differat jam ſupra dictum ad *Tit. 18. hujus libri* §. *3. annot. 587.* T. *Remiſſio.*

(779) Curatus Parochialis Eccleſiæ eſt ejus rector qui poſſidet beneficium curatum, id eſt cum cura animarum conjunctum, quod opponitur beneficio non curato ſecundum jam dicta iſta *annot. 587.* Repete etiam notata *ad lib. 1. tit. 27. §. 40. nota 523. ſect. 1. & 2.* *T.* *Curatus quis?*

(780) Quomodo vero debitis, ſi vetitum eſt, pro hominibus ſepeliendis quoquo modo munera eligere, & ex cadaveribus habere com- *Portio hæc eſt novum in-*

Digitized by Google

a) c. cum ſuper. & c. ſeq. ext. de ſepult.

a) ut Curatus de his rebus, quas defunctus pro anima ſua in ultima diſpoſitione reliquit eccleſiæ, in qua ſepeliri elegerit, quartam partem percipiat, aut aliam, quam legitima conſuetudo præfixerit.

De his, quæ quis vivens & ſanus contulit alicui eccleſiæ, curato non debetur Canonica portio: ſecus, ſi infirmus, & ex eadem infirmitate decedens.

b) c. de iis extr. de ſepult.

§. 2. Sed etſi nihil quidem teſtamento quis reliquerit, ſed in ægritudine b) conſtitutus cum bonis ſuis ad loca religioſa ſe tranſtulerit, eccleſiæ parochiali Canonica portio debetur, ſi modo ille de eadem ægritudine deceſſerit. Quod ſi ſanus ad ea loca ſe transtulerit, (781) de his, quæ locis ipſis contulit, cogi non poterit

---

inventum irrationale.

compendium, uti dixit in *fin. tit. antecedentis*. Sciendum vero eſt, portiones iſtas Canonicas eſſe novioris Eccleſiæ, lucro & quæſtui deditæ, inventum. Solebant aliquando in memoriam defunctorum amici cibos & alia donaria in uſum pauperum & Clericorum conferre, uti ex Origine notat Chemnitius *in Exam. Conc. Trid. de purgat.* Poſtea oblationes aliæ ſuccedebant, ex quibus una quarta Epiſcopo, altera Clericis, tertia fabricæ Eccleſiarum, & quarta pauperibus cedebat. *c. conceſſo & ſeqq. 12. q. 2.* Cum igitur quis alibi ſepulturam elegiſſet, & oblationes hinc in alia Eccleſia fierent, portio ex illis detracta Curato aſſignata fuit. Et hinc quicquid illa Eccleſia ex tali ſepultura percepiſſet, Curato aliqua, aliqua Epiſcopo data fuit portio, ne ſcil. ut hic ait autor, debitis fraudentur ſubſidiis. Ita enim jus eſſe cœpit, ut crederetur, Epiſcopum & Eccleſiam parochialem, atque ejus Curatum jus aliquod habere in cadavera parochianorum. Z.

ad §. 2.

Ratio.

(781) Tum enim ex cura Rectoris Eccleſiæ Parochialis diſceſſit

Digitized by Google

poterit aliquid eccleſiæ, a qua diſceſſit, impertiri: quia liberum eſt eis tunc bona ſua non ſolum religioſis, ſed etiam quibuslibet privatis conferre.

Canonica portio ſolvitur eccleſiæ, in qua quis divina percipit: & ſi duo quis habeat domicilia, dividetur inter eccleſias duorum domiciliorum.

§. 3. Dubitari tamen poteſt, ſi cujus *c*) majores antiquitus in aliqua eccleſia ſepeliri conſueverant, ea dimiſſa alibi ſepulturam elegerit, num dimiſſæ Canonica portio debeatur, an parochiali? Et ſtatutum eſt, illi perſolvendam in qua quis audire divina, vel ſacramenta retinere debet. Quod ſi is, qui duo habet domicilia, (782) ſeque in utroque collocat æqualiter, in loco tertio ſepulchrum eligat, domiciliorum eccleſiæ inter ſe Canonicam portionem divident.

c) *c. 1. de ſepult. in 6.*

Ponit, de quibus rebus parochialis non detrahatur.

§. 4. Sunt *d*) tamen quædam relicta, ex quibus Canonica portio detrahi non debet, ut puta ſi quid pro fabrica, (783) pro luminariis, pro anniverſario, (784)

d) *c. fin. de teſtam.*

ceſſit eo tempore, quo nullum periculum mortis & ſecuturæ ſepulturæ imminuit. Z.

ad §. 3.

(782) Id enim fieri poſſe oſtendit *l. 5. l. 6. §. 2. l. 27. §. 2. ff. ad municipal* Sed quid, ſi talis non elegerit ſepulturam? Videtur præferri debere Eccleſia ea, in cujus parochia defunctus eſt. Sed quid, ſi in loco tertio defunctus fuerit? Sorte videtur negotium eſſe dirimendum, utrubi ſepeliri debeat, aut locus erit præventioni. Z. *Caſus diverſi & ſimiles.*

ad §. 4.

(783) Hoc eſt pro ornamentis, pro ædificiis, proque aliis rebus *Fabrica quid?*

e) c. inno- ſtra extr. de ſepult. (784) pro equis, *e*) vel armis (785) contra infideles exercendis, vel alias ad perpetuum cultum divinum, vel particulari perſonæ legantur: de quibus omnibus, niſi ea machinatione facta fuerint, ut parochialis eccleſia fraudetur, hujusmodi portio detrahenda non erit.

Minores, & Prædicatores indiſtincte de omnibus obventionibus parochialem portionem ſolvere tenentur.

f) clem. 2. §. verum. & per totum tit. de ſepult. §. 5. Sed iſtud *f*) quidem ita demum obtinet, ſi ne-

---

Limitationes variæ. bus neceſſariis divino cultui. Didac. Covarruv. *ad c. fin. extr. de teſtam. n. 5.* Stante hac explicatione, non facile locum inveniet reſtrictio, quam *d. l.* ponit Covarruvias, nempe ex legato pro fabrica tum demum detrahi non poſſe quartam, quando Eccleſia, cui legatum tale relictum eſt, indiget ædificiis, aut refectione parietum, detrahi autem poſſe, ſi non indigeat. Nunquam enim tam ornata erit Eccleſia, quin ornari adhuc poſſit magis; & imo quia futuris aliquando temporibus refectione opus habere poterit Eccleſia, rectius ſtatuunt illi, qui legatum iſtud integrum ſervandum eſſe volunt ad futuros uſus. Eſt & alia tertia herciſcundorum ſecta, qui putant, quartam detrahi poſſe tum, quando teſtator vult ſtatim vel in ſingulos annos aliquid dari pro reſtauratione Eccleſiæ, quæ tamen reparatione non indigeat; ſecus eſſe, quando legat pro reſtauratione Eccleſiæ, quoties ea indigebit. Eos refert & ſequitur Auguſtinus Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. part. 3 alleg. 86. n. 24.* Sed hæc opinio non alias locum habet, niſi quando ſub tali forma legatum relictum fuerit. Z.

Anniverſarium quid? (784) Hoc eſt ſacris eis, quæ ſingulis annis ſtato die pro anima defuncti peragenda ſunt. Z.

Objectio. (785) At tale legatum, uti & iſtud, quod particulari perſonæ relinquitur, inconſiderate hic ponitur inter caſus exceptos, cum

neque in minorum neque prædicatorum (786) quis eccleſiis ſepulturam ſibi elegerit: hoc enim caſu dictorum ordinum fratres de omnibus obventibus, tam funeralibus, quam quibuscunque, & quomodocunque relictis diſtincte, vel indiſtincte, ad quoscunque certos, vel determinatos uſus, etiam de quibus Canonica portio dari, ſive exigi non conſuevit, vel de jure non debet, nec non de datis, vel qualitercunque donatis in morte, ſeu mortis articulo, infirmitate donantis, vel dantis, de qua deceſſerit, quomodocunque, directe vel indiſtincte, quartam partem parochialibus ſacerdo-

cum regula concepta ſit de legato eo, quod alii alicui, quam Parochiali, cui ſubeſt legatarius, Eccleſiæ relictum eſt. Z.

ad §. 5.

(786) Duo iſti ordines veniunt alias communi nomine Mendicantium, & utrumque ſtatum tum Prælatorum Eccleſiæ, tum Religioſorum ſemper affectarunt, quod quibus artibus factum fuerit, quantasque ea res turbas dederit in Eccleſia, pluribus exponit Jacobus Uſſerius *de Chriſtianar. Eccleſiar. ſucceſs. & ſtat. c. 9. n. 9. 13. ſeqq.* Quanquam autem Papa Romanus multa ſemper Ordinibus iſtis permiſerit & conceſſerit, de quibus Uſſerius *d. l.* quartam tamen parochialem etiam iis caſibus, ubi alias peti non poterat, integram ab iis præſtari voluit, in compenſationem ſc. damnorum, quæ per privilegia dictis fratribus conceſſa ſuſtinent Eccleſiæ parochiales. Vid. *Clem. 2. de ſepultur.* & ad invitandos parochos, ut, quoties eorum parochiani in Eccleſiis mendicantium ſepeliuntur, ipſi quoque præſentes interſint. Officia tamen mortuorum & alia munia ab ipſis fratribus peragi debent. Andr. Vallenſ. *tit. de ſepult. §. 5. n. 3.* Z. *Ratio hujus paragraphi.*

Digitized by Google

cerdotibus, & Eccleſiarum Rectoribus integre largiri tenentur. (787)

Canonica Epiſcopalis eſt, quam detrahit epiſcopus de relictis pro anima, quam teſtator prohibere non poteſt, & ubi eadem ratio, eadem debet eſſe juris diſpoſitio.

§. 6. Canonica portio epiſcopalis (788) quæ de relictis alicui eccleſiæ pro anima ab epiſcopo deducitur. Nam veluti parochialis eccleſia pro labore, & cura,

---

Reſtrictio. (787) Moribus tamen obtinuiſſe, refert Covarruvias *ad c. fin. ext. de teſtam. n.* 7. ut Eccleſiæ parochiali quarta portio a Monachis ſolvatur, ex his tantum, quæ offeruntur eo tempore, quo funus aut exequiæ defuncti celebrantur. Atque ita etiam Illephonſus Perez de Lara *de anniverſar. l.* 1. *c.* 25. *n. ult.* qui idem *n.* 53. notat, Clementinam *dudum* 2. *de ſepult.* quartam parochiæ tribuentem, ſolum habere locum in relictis in mortis articulo vel durante infirmitate, ex qua relinquens deceſſerit, ſi quod autem ab eo incolumi & ſano relictum fuerit, non detrahi hujusmodi quartam niſi id, quod in morte erat dandum, fraude a religioſis & aliis, quorum in Eccleſiis ſepultura electa eſt, procuratum ſibi dari vel donari fuerit corpore adhuc ſano. *Z.*

ad §. 6.

Differentia quarta Epiſcopalis & Parochialis. (788) Introductam eſſe dicunt hanc portionem ad ſimilitudinem legitimæ patri in bonis filii, aut patrono in bonis liberti debitæ, quod etiam Epiſcopus veluti pater & patronus ſit. Deberi autem hanc portionem tribus potiſſimum ex cauſis: 1. in recognitionem ſuperioritatis. 2. ob communicationem quæ inter Epiſcopum & Eccleſias intercedit, 3. ob curam & cœleſte pabulum, quod impertitur Eccleſiis inferioribus. Aug. Barboſ. *de offic. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 86. *n.* 1. & 7. Quomodo vero differat parochialis portio ab Epiſcopali, exponit Illephonſus Perez de Lara *d. l.* 1 *de anniverſar. c.* 25. *n.* 56. Differunt autem inprimis ſubjecto, cui utraque

Digitized by Google

ra, quam geſſit animarum, certam portionem detrahit de relictis alteri eccleſiæ, in qua quis ſepulturam elegerit: ſic etiam licebit ipſi epiſcopo, *g*) niſi ſibi quadragenaria, *h*) obſtet præſcriptio, curæ paſtoralis intuitu, quam diœceſi ſuperintendens ſuſcipit de relictis, & pro anima cujuslibet eccleſiæ (789) oblatis Canonicam ſumere portionem: etiam ſi teſtator expreſſerit, quod non epiſcopi velit eſſe relictum, ſed tantum eccleſiæ, cum privata teſtatoris diſpoſitio (790) gene-

g) c. requiſiſti in princ. de teſtam.
h) c. de quarta. de præſcript.

que debeatur, & fundamento, ex quo debeatur. Epiſcopalis nempe debetur Epiſcopo: Parochialis Eccleſiæ parochiali. Epiſcopalis debetur ex legatis relictis Eccleſiæ ſibi ſubjectæ; Parochialis vero ex iis, quæ obveniunt ratione funeris & ex legatis relictis Eccleſiæ, in qua quis omiſſa parochiali Eccleſia elegit ſepulturam. Contingere ita poteſt, ut ex uno eodemque legato deducantur duæ quartæ portiones, nempe ſi legatum relictum fuerit Eccleſiæ, in qua quis elegit ſepulturam, nec tamen in ea audivit divina officia. Debetur enim quarta Epiſcopo, cui Eccleſia illa ſubdita eſt, & quarta alia parochiali Eccleſiæ; quæ ultima tamen primo loco erit deducenda. Didac. Covarruv. *ad c. fin. X. de teſtam. num. ult.* Z.

(789) In ſua diœceſi conſtitutæ & ſibi ſubjectæ. Per conſequens igitur, etiamſi Epiſcopo aliud legatum abſolute relictum ſit, poteſt nihilominus ille canonicam ſibi vindicare portionem, quemadmodum ſi certa annua quis præſtitit Marco, ſi eidem octingenta inſuper legaverit, & inſuper diſpoſuerit, ne quid amicis ſuis deſit, non octingenta tantum iſta, ſed annua etiam illa Marcus petere poteſt. *l. 19. §. 1. ff. de Ann. leg.* Z. *Ampliatio.*

(790) Quemadmodum enim nemo ſine obſervatione legum teſtamentum condere poteſt *l. 4. ff. qui teſt. fac. poſſ. l. pen. §. 2. ff. de caſtr. pecul.* ita nemo quoque in ſuo teſtamento ca- *Ratio.*

 vere

generalem Canonis conſtitutionem immutare nequeat. *i*)

i) *d. c. requiſiſti. ver. ſecus autem.*

Eccleſiæ debetur Canonica portio de relictis epiſcopo, quam tamen poteſt teſtator prohibere.

k) *c. requiſiſti §. ſi ab de teſtam.*

§. 7. Item *k*) ex contrario, (791) quemadmodum epiſcopo ſua portio competit, ſi quid eccleſiæ relinquatur: ita ſi quid epiſcopo relictum fuerit, eccleſia de illo Canonicam petere portionem poterit. Sed hoc caſu, ſi teſtator exprimat, quod velit illud epiſco-

vere poteſt, ne leges in eo locum habeant, *l. nemo* 55. *ff. de legat.* 1. Z.

ad §. 7.

An per Eccleſiam hic intelligatur cathedralis an parochialis?

(791) I. Iſta contrarietas non per omnia videtur reſpondere; Epiſcopus enim ex omni eo, quod Eccleſiæ parochiali ſibi ſubjectæ relinquitur, participat; at ex contrario, quod relinquitur Epiſcopo, de eo nihil participat Eccleſia Parochialis, ſed Cathedralis tantum. Quanquam enim de parochiali quoque id intellectum velit Andr. Vallenſis *ad tit. de ſepultur.* §. 6. *n.* 3. nulla tamen major communio eſt inter Epiſcopum & Eccleſiam parochialem, quam eſt inter Epiſcopum & monaſteria aut capellas. At infra §. *ſecus autem*, ideo denegat autor monaſteriis & capellis participationem ex legato quod relictum eſt Epiſcopo, quia tanta inter monaſteria aut capellas non eſt communio, quanta inter Eccleſiam Cathedralem & Epiſcopum, qui cathedrali ſpirituali copulatus eſt conjugio. Simili igitur ex ratione nec parochialis quidem Eccleſia de eo, quod relictum eſt Epiſcopo, participare poterit. Z.

Praxis contraria.

II. Notat tamen gloſſa ad hunc locum, hoc de facto hodie non obſervari ſecundum Abb. *in cap. requiſivisti de teſtam.* quia Epiſcopi omnia fere jura capitulorum præſcripſerunt. T.

(792)

Digitized by Google

epiſcopi tantum eſſe, non eccleſiæ, teſtatoris erit ſervanda diſpoſitio. (792)

Si quid ſimpliciter epiſcopo a conjuncto fuerit relictum, in dubio non debetur eccleſiæ Canonica portio: ſecus ſi ab extraneo.

§. 8. Sed *l*) in hac ſpecie multum intererit, qua legandi formula teſtator uſus fuerit. Nam ſi ſimpliciter dixerit, *Rem talem relinquo*, diſtinguendum eſt, epiſcopi propinquus leget, an extraneus. Primo enim caſu cum non eccleſiæ relictum præſumatur intuitu, niſi forte id (793) probetur, ſed perſonæ, de relicto in vita (794) epiſcopi eccleſia petere nihil poterit. Contraria obtinet præſumptio, & diſpoſitio, ſi ab extraneo quid epiſcopo relictum fuerit.

l) d. c. requiſiſti §. ſi vero.

Si quid conjunctim legetur epiſcopo, & eccleſiæ, ſit inter ipſos diviſio, etiam ſi teſtator hoc reliquerit epiſcopo, illud eccleſiæ: niſi ſtare velint teſtatoris voluntati, quod ob favorem ultimæ voluntatis conceditur.

§. 9.

---

(792) Rationem diverſitatis in hoc & §. anteced. reddunt hanc, quia nomine Eccleſiæ etiam Epiſcopus tanquam ejus caput contineatur; non ita ſub nomine Epiſcopi Eccleſia. *Z.* *Ratio diverſitatis.*

ad §. 8.

(793) Quæ probatio etiam fieri poteſt urgentiore & fortiore præſumptione, ut ſi legatum relictum ſit pro ſalute animæ, uti loquuntur, aut in favorem Eccleſiæ manifeſtum; item ſi calix aut patena relinquantur. Auguſtin. Barboſa *ad c. 15. X. de teſtam.* *Z.* *Præſumtio urgens.*

(794) Sed nec poſt mortem quidem ejus inteſtato decedentis petere quid poteſt Eccleſia, niſi nulli adſint conſanguinei, ut notant Dd. *ad c. 1. X. de ſucceſſ. ab inteſt.* aut niſi ex fructibus beneficiorum fuerint acquiſita. Ea enim Eccleſiæ cedere, ſed poſt mor- *Nec poſt mortem ind. ſtin. &c.*

m) d. c. re- quiſiſti. §. quid ſi & ſequ. §. 9. Quod ſi *m)* conjunctim dictum fuerit. *Relinquo rem Epiſcopo, & eccleſiæ,* de ea inter ipſos Canonica diviſio facienda erit. Si vero iſtud epiſcopo, & illud eccleſiæ (795) relinquatur, relicta, inter epiſcopum, & cathedralem eccleſiam ad Canonicam diviſionem ſunt redigenda niſi ambo teſtatoris velint eſſe diſpoſitione contenti, quam propter ultimæ voluntatis favorem obſervare eſt ſatis condecens, ubi neque fraus intervenit, nec alteruter nimium debita portione fraudatur.

Cum eccleſiis inferioribus epiſcopus non dividit ſibi relictum, ſed bene detrahit quartam de relictis dictis eccleſiis.

n) d. c. re- quiſiſti §. ſecus au- tem. §. 10. Secus *n)* autem eſt, ſi quid legetur epiſcopo, & capellis, vel monaſteriis, aut aliis piis locis, nam hoc caſu, quod epiſcopo legatur, ejus præcipuum eſt: cum eccleſia cathedrali, & de illis quæ aliis locis legantur, portionem Canonicam nihilominus obtinebit. Et hæc ideo tam varie, quia non tanta inter monaſteria, aut capellas eſt communio, quanta inter eccleſiam cathedralem & epiſcopum, qui cathedra-

mortem demum Epiſcopi, ex *c. 1. X. de Teſtam.* conficiunt Canoniſtæ. Vid. Zoeſ. *ad tit. de pecul. Clericor. n. 7. Z.*

ad §. 9.

Differentia juris Civilis & Canonici. (795) Certum eſt alias, non concurſuros legatarios in eandem rem, ſi tali modo relictum fuerit legatum. Sicuti non concurrunt, cum ita legatur, Titio ſervum do lego: Mævio alterum ſervum do lego. *l. 84. §. pen. ff. de legat. 1.* At hic ideo fit concurſus Epiſcopi & Eccleſiæ, quia ex jure Canonum de legatis ſemper invicem participant Epiſcopus & Eccleſia. Z.

ad

Digitized by Google

drali ſpirituali copulatus eſt conjugio; (796) unde & quæ acquirit epiſcopus, non illis, ſed iſti tantum acquirit. (797.)

Si teſtator aliquid epiſcopo, aliquid eccleſiis reliquit, & juſſit epiſcopum eſſe contentum ſuo relicto, poſthabita detractione quartæ ſervanda eſt teſtatoris voluntas, niſi ſit facta in fraudem.

§. 11. Hoc autem tunc obtinere oportet, ſi ſimpliciter epiſcopo legatum factum fuerit: cæterum, ſi eam adjecerit conditionem (798) teſtator, ut epiſcopus ſuo ſit legato contentus, *o*) & ipſe legatum agnovit, quia per hoc aliis renunciaſſe videtur, de cæteris portionem exigere non poterit. Sed ſi conſtiterit, quod eadem adjecta conditione in fraudem modicum con-

o) *c. officii & infra extr. de teſtam.*

ad §. 10.

(796) Dixi de hoc ad tit. *de Chor-epiſcopor. uſu ſublat. lib. 1.* Ponamus tamen intercedere conjugium inter Epiſcopum & Eccleſiam, non minus ſane obligabitur ille Eccleſiis aliis quibuscunque ſuæ diœceſeos, quam cathedrali ſuæ. Quicquid enim ſpirituale eſt in tota diœceſi, id ad unicam & eandem Epiſcopi pertinet ſponſam Eccleſiam, & omnes Eccleſiæ ejusdem diœceſis faciunt unicam Eccleſiam, cujus ſponſus eſt Epiſcopus. M. Ant. de Dominis *de rep. Eccleſ. l. 9. c. 8. n. 11.* Z. *Objectio.*

(797) Id iterum intelligo, ſi inteſtatus deceſſerit, & nullos reliquerit conſanguineos, aut ſi ex fructibus beneficii acquiſiverit. Z. *Limitatio-nes.*

ad §. 11.

(798) Id eſt qualitatem. Conditio enim proprie dicta futurum reſpicit tempus, & in id actum, cui adjicitur, differt, *l. 39. ff. de reb. cred.* Z. *Conditio pro qualitate.*

Digitized by Google

conſtituit mortuarium, (799) ut epiſcopus portione debita fraudetur in cæteris, quia dolus cuiquam patrocinari non debet, poterit is etiam ex aliis relictis exigere portionem a Canone conſtitutam, ſalvis tamen indulgentiis, quæ a Romano pontifice quibusdam regularibus ſunt conceſſæ.

Relictum ei, qui poteſt proprium poſſidere non habenti prælationem vel adminiſtrationem, a quocunque præſumitur relictum intuitu propriæ perſonæ, non eccleſiæ.

p) c. requiſiſti §. illud extr. de teſtam.

§. 12. Illud *p*) etiam generaliter obſervandum eſt circa eum qui proprium poſſidere poteſt, (800) prælationem (801) vel adminiſtrationem eccleſiæ non habentem, quod ſi ei aliquid relinquatur ſpecialiter, non ſolum a propinquo, verum etiam ab extraneo, non intuitu eccleſiæ, ſed perſonæ eſſe relictum intelligitur, niſi probatio in contrarium appareret: & idcirco de illo, nec epiſcopus, nec eccleſia poteſt in vita ejus ſibi aliquid vendicare.

Epiſco-

Mortuarium quid? (799) Dicitur ita, quod mortis cauſa relictum eſt, quemadmodum & funerale, quod cum funere defertur.

ad §. 12.

Explicatio. (800) Ut eſt e. g. Canonicus. Religioſus enim proprium aliquid poſſidere nequit, ex prava perſuaſione Canoniſtarum, adeo, ut ſi religioſus in mortis articulo repertus fuerit cum peculio & pecunia, & illam non reſignaverit in manibus ſuperioris, ei Eccleſiaſtica denegetur ſepultura. *c. 2. §. qui vero X. de ſtat. monach.* Didac. Spin. a Caceres *in ſpec. teſtam. gloſſ. 2. n. 25.* Z.

Epiſcopus id eſt prælatus. (801) Patet hinc ſub vocabulo Epiſcopi in §. 6. ſubintelligi debere ArchiDiaconum & quemvis alium prælatum inferiorem, qui

Epiſcopalis & parochialis pari paſſu ambulant.

§. 13. Item de quibus relictis parochialis portio non detrahitur, nec epiſcopalis detrahenda erit. (802)

DE DECIMIS.

TITULUS XXVI.

Ponit ſubordinationem tituli ad præcedentia & ſequentia.

§. I.

Explicito tractatu rerum, quæ ſpiritualitate quadam continentur & cenſentur, ſupereſt nunc, ut de rebus eccleſiaſticis quidem, ſed temporalibus, illarumque adminiſtratione dicamus. Sed cum decimæ mediam quandam inter ſpirituales res & temporales naturam obtineant, (803) quippe quod ipſum deciman-di

qui habet in ea Eccleſia juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, Barboſ. *de off. Epiſc. l. 3. alleg. 86. n. 8.* Z.

ad §. 13.

(802) Non tamen vice verſa. Epiſcopalis enim non detrahitur de his, quæ recenſentur ſupra, §. ſunt tamen. h. t. etiamſi relicta ea fuerint Minoribus aut Prædicatoribus; ſed parochialis detrahitur. Illephonſus Perez de Lara *de anniverſ. l. 1. c. 25. n. 56.* Z. *Non tamen vice verſa.*

TIT. XXVI.

ad §. 1.

(803) Uti ſupra *ad tit. 1. hu us libri* oſtendimus, totam diviſionem rerum in res ſpirituales & temporales eſſe inventum pure Papiſticum & fulcrum Papatus præcipuum, ita facile larva huic Lancelotti argumento detrahi poteſt. Duo enim falſa continet: pri- *Abſurditas doctrina de rebus mediis inter ſpirituales & temporales.*

Digitized by Google

di jus ſpirituale ſit,(804) fructus vero ipſi decimarum

primum quod jus decimandi ſit ſpirituale, de quo ſtatim dicemus; ſecundum, quod etiam poſito, quod jus decimandi ſit ſpirituale, inde velit inferre decimas eſſe medii generis inter res temporales & ſpirituales. Illatio abſurdiſſima: Omne jus eſt res incorporalis, propterea tamen corpus in quo jus meum terminatur, non eſt res incorporalis aut medii generis. Deinde ſi dantur res medii generis inter res ſpirituales & temporales, diviſio ipſa nullius valoris eſt, quia tum membra ejus non ſunt oppoſita utpote quæ mediam quandam ſpeciem habent. Tertio ſi daretur talis ſpecies media, cur eam ſupra omiſit Lancelottus. Quarto quænam & quales ſunt illæ res, quæ mediam inter res ſpirituales & temporales naturam obtinent? Suntne partim ſpirituales partim temporales, an potius nec ſpirituales nec temporales? Vides quorſum te vertas ſcaturiginem abſurdæ doctrinæ. T.

An jus decimandi ſit ſpirituale? Zieglerus vacillat.

(804) I Supra, *tit. 1. hujus libri*, definivit autor res ſpirituales, quod ſpiritui inſerviant, & animæ cauſa ſint inſtitutæ. At jus decimandi quomodo ſpiritui & animæ inſerviat, non video, cum potius corporis cauſa, ut ſcilicet alimenta habeant Clerici, introductum ſit, niſi forte per indirectum ulterior aliquis reſpectus habeatur, quatenus ſc. jus decimandi miniſtris Eccleſiæ conceditur ideo, quia ea nobis proponunt, quæ ſpiritui & animæ noſtræ ſunt proficua. Id enim velle videtur Petrus Rebuffus *tract. de decim. q. 13. n. 39.* quando ea etiam ſpiritualia dici contendit, quæ ex ſacramento ordinis quis conſequitur & pro cultu divino. Alibi tamen, *quæſt. ſcilicet 2. n. 9.* decimas ſcribit vocari ſpirituales, quia humiliatem continent illam, per quam omnia bona a DEO data eſſe recognoſcimus. Æmula autem videtur hæc diſtinctio alteri illi, quæ tradita eſt ab Imperatore *tit. Inſt. de reb. corp. & incorp.* Diſtinguit ibi ſimiliter Imperator fructus, ut res corporales, a jure utendi fruendi, quod incorporale dicit, *§. 2. eod.* perinde ut hic autor fructus decimarum a jure decimandi. Z.

II.

Digitized by Google

rum temporales & profani, merito de his quaſi in confinio quodam, tractatus habendus erit, & tam præcedentibus, quam ſubſequentibus, annectendus. Quod eo etiam congruentius poſſe fieri videtur, quod & proxime de iis, quæ ſacerdotibus, & eccleſiis parochialibus debentur & ſimilem naturam habere videntur,*) loquuti fuimus, & ipſarum quoque decimarum ad parochiales eccleſias jure communi ſpectat perceptio. (805)

*) *c. cum contingat h. t.*

Quid

II. Bene quidem incipit Zieglerus juſtum dubium formando contra ſpiritualitatem juris decimandi; Sed miror quod vacillet. Quid enim eſt illud, quod velit jus decimandi per indirectum eſſe ſpirituale, quia id miniſtris Eccleſiæ concedatur, ideo quia hi ea nobis proponunt, quæ ſpiritui & animæ ſint proficua? Nam hoc intuitu etiam res omnes Eccleſiæ, quæ tamen ab ipſis Pontificiis ad res temporales referuntur per *titulum ſequentem*, eſſent ſpirituales, quod abſurdum. Et quid ad nos Rebuffus? Viderit ipſe, quomodo doctrinas ſuas ab abſurditate defendat. Deinde eſt quidem ſimilitudo aliqua inter diſtinctionem decimarum & juris decimandi ex una, & inter diſtinctionem rerum corporalium & jura incorporalia in rebus corporalibus terminantia ex altera parte, (unde & ea ſimilitudine uſus ſum in nota præcedente) ſed ea non eſt extendenda ultra tertium. Jus decimandi eſt quidem incorporale & decimæ ſunt res corporales, ſed propterea tamen inde non ſequitur quod jus decimandi ſit ſpirituale, cum magna ſit differentia inter diviſionem rerum in corporales & incorporales, & inter diviſionem in ſpirituales & temporales. Repete dicta *nota 5. ſeq. ad hunc librum.* T. *Quaſtio neganda. Reſpondetur Ziegler o.*

(805) Sed ad hanc objectionem jam reſpondi *nota 777.* circa finem. T. *Remiſſio.*

Quid ſit decima.

a) c. Parochianos. extr. cod.

§. 2. Decima eſt quota bonorum mobilium pro Deo, tam divina, (806) quam humana conſtitutione debita. *a*)

Deci-

ad §. 2.

Decima an ex jure divino? Negatur.

(806) I. In lege Moſaica multa ſit mentio decimarum. Non tamen omni lege Moſaica gentes obligantur, ſed ea tantum, quæ moralis eſt, aut morale quid continet, quippe quæ perpetua eſt & nunquam interitura. Jam vero juri naturæ conveniens eſt & ad legem moralem pertinet non ipſa decimæ quota, ſed ejus tantum ſubſtantia, uti vocatur a Seldeno *de ſynedr. l. 1. c. 3.* hoc eſt, jus naturale ſive morale jubet, alimenta præſtare miniſtris Eccleſiæ, eisque pro labore, quem rebus ſacris & divinis impendunt, benefacere; determinatio autem certæ quantitatis eo nomine præſtandæ, puta octavæ vel decimæ partis bonorum, non tam juris naturalis eſt, quam Moſaici, i. e. quod DEUS per Moſen Judæis tantum, non etiam aliis gentibus & populis ad tempus conſtituit, Fr. Duarenus *de ſacr. Eccleſ. Miniſt. l. 2. c. 2.* Decimarum igitur inſtitutio, quod formale concernit, h. e. certam quantitatem, non eſt juris divini moralis, ſed quoad materiale tantum, h. e. quoad congruam Sacerdotum ſuſtentationem. Vocatur tamen decima, quæ octava interdum, interdum vigeſima, triceſima aut quadrageſima pars eſt, quia loco decimæ ex conſuetudine præſtatur. Didacus Covarruvias *lib. 1. reſol. 17. n. 2.* P. Laymann. *theol. mor. l. 4. tr. 6. c. 2.* Carpzov. *l. 2. definit. Conſiſt. 125.* Fernand. Vaſqv. *l. 2. controv. 89.* Henr. Caniſius *de decim. c. 3. n. 7. 8.* H. Zoeſ. *ad tit. de decim. n. 2.* Graviter diſſentit Marc. Antonius de Dominis *l. 9. de rep. Eccleſ. c. 2.* Z,

Ulterior declaratio hujus ſententiæ.

II. Juris quidem eſt naturalis, & divini, ut qui docetur in verbo communicet omnia ſua bona cum eo a quo docetur, Gal. *VI, 6.* Nam operarius eſt dignus ſua mercede Matth. *X, 10.* Adde locum *1. Cor. IX, 7. & ſeq.* Falluntur interea Pontificii, qui legale

&ce-

Decimarum aliæ perſonales, aliæ prædiales.

§. 3. Decimarum duæ ſunt ſpecies; perſonales,& præ-

& ceremoniale præceptum V. T. urgent ſub N. T. & decimas Clero deberi, jure divino pertendunt, ut fuſe de ea re diſputat Bellarminus *de Cler. cap. 25.* Quin cum bona Eccleſiaſtica diſtribuant vulgo in *temporalia* & *ſpiritualia*, de qua diviſione videſis Duarenum *de ſac. Eccl. Min. ac Benef. lib. 2. cap. 2.* decimas & primitias ad *ſpiritualia* referunt. Eundem errorem cum Pontificiis vehementer propugnarunt Hierarchici Angli; quemadmodum videre eſt in *Orat. 5. Inaug.* Prideauxii, *quæ eſt de Decimis.* In veteri tamen Eccleſia Chriſtiana decimarum exactio non obtinebat, ſed victitaſſe Paſtores & Clerum ex *oblationibus* ſpontaneis fidelium, ex Poſſidonio *in vita Auguſtini*, Ambroſio, Ammiano etiam Marcellino, & aliis conſtare poteſt. Neque hic prætereunda obſervatio Gentilleti *Apol. ſive pro fidel. Gall. cap. 15.* Clerum Pontificium in exigendis Decimis ſe Levitarum ſucceſſorem profiteri, ſed nolle Levitis accenſeri ubi de rerum ſoli & prædiorum poſſeſſione agitur. Videatur *Can. Clericus, cauſa 12. quæſt. 1.* M. *p. 158.*

Affirmat Brunnemannus, theoretice;

III. Nititur autem Decima jure naturali & Divino, & debita eſt Clericis ea pars fructuum, quæ ad eorum ſuſtentationem, dum ſpiritualia adminiſtrant, neceſſaria eſt, ſed ut præciſe decima pars ſolvatur, id eſſe ex jure Poſitivo & Eccleſiaſtico, tradunt Soto *de J. & J. l. 9. q. 4. art. 1.* Vaſq. *p. 1. ill. lib. 3. c 89. n. 1* Cævall. *Spec. qu. 437.* Moneta *d. tr. c. 1. n. 11.* Carpz. *l. 1. def. 125. n. 13.* Covarr. *p. 1. var. reſol. c. 17. n. 3.* Sed cum ante Moſen decima de fructibus ſacerdotibus ſoluta, ſemper credidi illam præciſe debitam eſſe decimam. Nam ſi in conſcientiæ foro id cujuslibet arbitrio permitteremus, vix quisquam vigeſimam ſolveret vel quadrageſimam. Si aliquid reſiduum ſit ex decimis quod ſuſtentationi Clericorum ſuperſit, quod non puto fieri unquam, tunc id, quod ſupereſt, ad aliam piam cauſam adhiberi poteſt. Ideoque

Digitized by Google

que ſimplicius eſt decimas ex quantitate, quam indigentia Clericorum deſcribere. B. *II. 6. 2.*

Et practice. Et cum eo alii, Pontificii & proteſtantes.

IV. Non tantum theoretice hoc verum eſſe credidit B. Autor, ſed & theoreticam opinionem praxi privata exacte comprobavit, dum Decimam præciſe omnium ſuorum redituum, imo ſalarii quoque & accidentalium ad pias cauſas impendit; quod licet clam fecerit, propalari enim bona opera nolebat, ne famam in hoc mundo captaſſe videretur; Mihi tamen, cum de eo ſatis conſtet, vitio non vertetur, ſi poſt obitum Beati Viri publicum de hac *pietate* ejus teſtimonium feram. Cæterum non hæc ſingularis eſt B. Autoris noſtri ſententia, ſed conſentientem habet maximi judicii virum Hugonem Grotium, *de Jur. Bell. & Pac. lib. 1. c. 1. §. 17. in fine*, ubi dicit: *Sic lex vetus de Sabbatho, & altera de decimis monſtrant, Chriſtianos obligari, ne minus ſeptima temporis parte ad Cultum divinum, nec minus fructuum decima in alimenta eorum, qui in ſacris rebus occupantur, aut ſimiles pios uſus ſeponant.* Eandem ſententiam prolixe defendit Marc. Anton. de Domin. *Tract. de Republ. Eccleſ. lib. 9. cap. 2.* ubi ita dicit: *Ego ad obligationem juris divini naturalis a DEO etiam explicati decimas pertinere non dubito, quia, ut dicebam initio: Domini eſt terra & plenitudo ejus. Adhuc igitur ſibi retinet Dominus ſuum dominium directum, & ſolum dominium utile hominibus conceſſit. Dominamini, inquit, piſcibus maris, & volatilibus cœlo, & beſtiis terræ; quia cum iſta ſint uſu conſumbtibilia in his non diſtinguitur uſus a dominio: ita dixit: Dominamini terræ. Igitur pro directo dominio DEO debetur feudum ex fructibus & aliis terræ emolumentis; quod ſane feudum in decima conſiſtit parte, ita Domino inſpirante primis parentibus, ac expreſſe deinde ut ſupra dicebam, declarante & præcipiente. Cum itaque præcepta de decimis non ſint pure judicialia, neque ceremonialia pro ſolo populo Judæorum; ſed ſint moralia, & juris divini naturalis a DEO comprobati & explicati; illa omnes homines perpetuo obligabunt de jure, quamvis de facto a ſolis fidelibus DEI cognitionem habentibus illa ſerventur.* Plures pro hac ſenten-

Digitized by Google

ſententia Autores ex Pontificiis allegat Joan. Guttierrez. *Canon. Quæſt. lib. 2. cap. 21. n. 3.* Inter alios vero hanc ſententiam, quod Decima ſit Juris naturæ a DEO declarati probat Petr. Rebuff. *Tract. de Decim. Quæſt. 1. n. 9.* ubi in præcedentibus adducit, Gentiles quoque, ſine dubio ratione motos, decimam partem Diis ſuis obtuliſſe. Sic Arabes fictitio Deo, quem Sabin vocabant, de thure, cynamomo, pipere; Græcos Apollini Delphico; Hetruſcos & Romanos Herculi; Cyrum & alios Jovi; Gallos Marti prædæ & ſpoliorum decimam devoviſſe legitur. Vid. Alex. ab Alexandr. *Genial. Dier. lib. 3. cap. 22.* Caniſ. *ad Decretal. h. t. c. 1. §. 5.* Ex Reformatis Theologis hanc opinionem probat Zepper. *de Legibus Moſaic. lib. 4. cap. 10.* ubi ſententiam ſuam ita exponit: *Eccleſiæ utique novi teſtamenti Miniſtros etiam ſuos alere tenentur. Quæ igitur æquior, minusque gravis alendi eos ratio eſſe poteſt, quam ex agrorum decimis? Moralitas ſane, vel perpetua legis decimarum ratio non obſcure inde eluceſcit, quod etiam ante legem latam in uſu illæ fuerunt. Abrahamus etenim, ab Orientalium Regum cæde Victor rediens, ex præda hoſtibus erepta, Melchiſedeco, Sacerdoti DEI altiſſimi, decimas offert. Gen. 14. v. 20. Id quod ita narratur, ut ſatis inde appareat, piis hominibus tum in more hoc fuiſſe, ut ſi ex animi ſententia aliquid ipſis ſucceſſiſſet, aut ſingularem DEI benevolentiam ſenſiſſent, decimarum oblatione gratitudinem ſuam teſtarentur. Sic Jacob a furore Eſavi fratris in Meſopotamiam fugiens, decimas DEO vovet omnium, quæ illic acquirat, ſi incolumis revertatur. Gen. 28. v. 22.* Add. Rudolph. Hoſpinian. *de origin. Bonor. Eccleſ. cap. 3.* & Theologi Anglicani plerique, qui Hierarchico regimini Eccleſiæ favent, quos allegavit Gisbert. Voët. *Polit. Eccleſ. P. 1. lib. 4. Tract. 3. c. 5. pr.* S. *ibid. p. 396. ſeq.*

Pauli Sarpii ſententia de origine Decimarum ſub Regibus Francicis.

V. Jam ex iſtis ſententiis elige cui dicas: tu mihi ſola places. Antequam tamen, quid ego ſentiam proferam, placet prius apponere judicium ſcriptoris Catholici Pauli Sarpii, qui *in tractatu de beneficiis §. 11. p. 57. ſeq.* de origine Decimarum apud Chriſtianos ita diſſerit: „En France les Evêques faits par le Roy,

encore plus ceux, qui étoient de la mains des Maires du Palais, l' autorité roïale étant fort diminuée, donnérent tous leurs ſoins aux choſes temporelles, comme auſſi les Abbéz, qui fourniſſoient des ſoldats au Roi, & aloient en perſonne a la guerre, non pour y faire le devoir de Religieux & de Miniſtres de Jeſus Chriſt, mais pour combatre les armes à la main. D' où il ariva, que ne ſe contentant pas de la quatriéme partie des biens, ils ſûrent ſi bien tirer tout à eux, que les pauvres Prêtres, qui adminiſtroient la parole de Dieu & les Sacremens au peuple, reſtérent ſans avoir de quoi vivre. Ce qui obligea les habitans de contribuer partie du leur, chacun ſelon ſa dévotion. Or comme cela ſe faiſoit plus libéralement en quelques lieux & plus chichement en d' autres, & qu' il en naiſſoit quelque fois des plaintes, il fut queſtion de ſavoir combien il faloit donner à ſon Curé: & l' opinion commune fut, qu' à l' éxemple de la loi divine du vieux Teſtament, on lui devoit donner la dixiéme partie: & dautant que Dieu l' avoit impoſée au peuple Juif, il fut aiſé de la repreſenter comme düe auſſi ſous la loi de l' Evangile, quoique Jeſus Chriſt & S. Paul ne diſent autre choſe, ſi non que le peuple doit la ſubſiſtence néceſſaire, & que le Miniſtre, ou celui qui travaille, mérite ſa récompenſe; & que ceux, qui ſervent à l' Autel, doivent vivre de l' Autel, ſans preſcrire la quantité determinée, parce qu' en certain cas la dixiéme partie ſeroit peu, & que dans un autre la centiéme ſufiroit. Comme c' eſt une choſe claire, & que j' aurai lieu d' en parler plus amplement ci-apres, je n' en dirai pas davantage maintenant, ſi non qu' en ce tems-là, & dans quelque ſiécle ſuivant, tous les ſermons, qui ſe faiſoient dans l' Egliſe, ſans toucher aux matiéres de foi, ne tendoient qu' à prouver l' obligation de païer les dixmes; ce que le Curez faiſoient, & par beſoin, & par intéreſt; & à force d' amplifier & d' éxagérer, comme il arive aux orateurs, ils paſſoient quelquefois ſi avant, qu' il ſembloit, qu' ils miſſent toute la perfection du Chriſtianisme à païer les dixmes; & non contens de celles des héritages, ils commencérent à dire auſſi, que les perſonélles étoient néceſſaires; c' eſt-à-dire, de donner partie de tout ce que l' on gagne par

Digitized by Google

par ſon travail & par ſon induſtrie, ſans excepter ni la chaſſe, ni même la païe militaire. Et comme beaucoup de ces ſermons ſe ſont trouvez, ſans porter le nom de leur auteur, l'on en a atribué quelques-uns à S. Auguſtin, & à d'autres Ecrivains anciens, ſoit par erreur, ou de propos délibéré. Mais outre que le ſtile montre qu'ils ont été compoſez vers l'an 800. il eſt évident par les Hiſtoires, qu'il ne s'eſt jamais païé de dixmes, ni en Afrique, ni en Orient, & que leur origine vient de France, comme il a été dit. „ Idem circa ipſam quæſtionem an Decimæ ſint ex jure morali debitæ, ita ratiocinatur §. *21. p. 105. ſeq.* „ Mais quant aux dixmes, il y a deux opinions, l'une des Canoniſtes, l'autre des Théologiens & des Canoniſtes, qui étudient l'Ecriture Sainte avec le droit. Les Canoniſtes diſent, que les dixmes ſont de droit divin, parce que dans le Vieux Teſtament Dieu les donna aux Lévites, comme l'Ecriture le raconte; & ce n'eſt pas merveille, qu'ils parlent ainſi, dautant qu'ils ne ſont pas verſez, dans la lecture des ſaintes-letres, & que ce n'eſt pas leur profeſſion d'entendre les miſtéres de la Religion Chrêtienne. Dieu, par le miniſtère de Moïſe donna aux Juifs une loi, qui, à l'égard des cérémonies & des jugemens, devoit être la loi propre de céte nation juſques à la venüe de Jeſus Chriſt, qui lui devoit ôter toute ſa force: Ainſi, la loi des dixmes eſt bien une loi divine-moſaïque, qui obligeoit ſeulement le peuple Juif; mais non pas une loi divine-naturelle, ni Chrêtienne, &, par conſequent, elle n'oblige perſonne maintenant. Quiconque gouverne un Etat, peut faire des loix ſemblables à celles de Moïſe, mais ces loix n'obligeront pas comme divines, ni ne pouront pas être apellées telles, mais ſeulement loix civiles, ou loix du Prince. La loi de tuer le blasfémateur fut une loi divine-moſaïque. mais qui n'oblige plus aujourdui; & celui, qui ne tüe pas le blasfémateur, ne péche point. Le Prince pouroit ordonner la peine de mort pour le blasféme, & ce ſeroit une choſe juſte, & qui devroit s'obſerver, néanmoins ce ne ſeroit pas une loi divine, bien que Dieu l'ait autre fois donnée aux Juifs; mais ſeulement une loi civile & politique. Dans ces cas, & en pluſieurs autres, où

Idem negat Decimas eſſe juris divini.

les Canoniſtes aléguent le Vieux - Teſtament en leur faveur, & diſent, que c'eſt un droit divin, il faut diſtinguer l' équivoque, en répondant, que ce qui eſt de droit divin naturel, ou chrêtien, nous oblige, mais non pas ce qui eſt de droit divin moſaïque; ſi bien que, ſi le Prince fait une loi ſemblablé à celles des Moïſe, elle ſera de droit humain. Je ne puis me paſſer de dire, que ces Docteurs ne parlent pas par ignorance ſur céte matiére, mais par fineſſe, pour autoriſer leurs pretentions ſous le nom de droit divin, & pour ſe métre en crédit auprès de gens ſimples. Mais on pourra ici les convaincre, & leur fermer la bouche. Dans le même texte de l' Ecriture, où Dieu commande de donner la dixme aux Lévites, il ordonne auſſi, qu' ils ne puiſſent poſſéder aucun fonds de-terre, & qu' ils ſe contentent des dixmes. Si par ce commendement le peuple eſt obligé de leur donner la dixme, ils ſeront auſſi obligez de n' avoir point d' héritages. Il ſe voit encore au même endroit, que Dieu leur acorda ſeulement les dixmes des fruits de la terre, & néanmoins les loix canoniques veulent, qu' on leur païe encore celles de la marchandiſe, de la ſolde militaire, de la chaſſe, & de tout ce qui ſe gagne par quelque induſtrie que ce puiſſe être. Si Dieu n' a obligé le peuple Juif qu' à la dixme prédiale, il faut néceſſairement, qu' ils avoüent, que la dixme perſonelle n' a été ordonnée, que par une loi humaine. Les Téologiens, je n' en exclus aucun, & avec eux pluſieurs Canoniſtes, diſent de commun accord, que c' eſt un précepte de la loi divine naturelle, que le Miniſtre de l' autel, qui ſert le peuple dans les choſes divines, vive de ſon miniſtére; & que c'eſt un commendement exprés de Jeſus-Chriſt dans l' Evangile, que la ſubſiſtence ſoit donnée au miniſtre, qui prêche la parole de Dieu au peuple. Quant à la quantité, elle n' eſt pas détérminée, parce que ce qui ſeroit beaucoup dans un tems, ou dans un lieu, ne ſeroit pas aſſez dans un autre. Il eſt donc de droit divin de donner une part au Miniſtre de Jeſus Chriſt, mais s' il faut, que ce ſoit une dixieme ou une vintieme partie, plus, ou moins, cela eſt réglé par la loi humaine, ou par la coutume, qui eſt choſe équivalente. Et quand il eſt dit dans quel-

Digitized by Google

prædiales. (807) Perſonales ſunt, (808) quæ ex iis pro-

quelques Decretales, que Dieu a preſcrit la *dixieme*, ou qu' il eſt de droit divin de païer la dixieme, la partie déterminée ſe prend pour l' indeterminée, & par *dixieme* il faut entendre une partie qui eſt düe & néceſſaire ; & que comme Dieu a inſtitué les dixmes dans le Vieux Teſtament, la loi humaine, à ſon exemple, a inſtitué la même choſe dans le Nouveau. „ Ex noſtratibus Theologis Johannes Adamus Oſiander in *obſervationibus ad Grotium lib. 1. §. 17. obſerv. 5. a p. 310. ad p. 323* prolixe reſpondet diſſentientibus pro affirmativa ſententia pugnantibus. Et mihi placet ſententia negans per rationes Sarpii, breves quidem, ſed ſolidas. Tetigit etiam hanc quæſtionem Rudolphus Hoſpinianus *de Orig. Templorum lib. 5. cap. 3. p. 411. ſeq.* qui quamvis & ipſe videatur inclinare ad ſententiam affirmativam pro qua etiam citatus eſt à B. Strykio *in ſect. 4. hujus nota* tamen ejus primaria intentio eſt refutandi eos, qui volunt tolli debere decimas, utpote ex Judaismo ortas & multo abuſui obnoxias. Unde notandum, iſtas duas quæſtiones valde diſtinctas, non eſſe confundendas. Primo: an decimæ ſint juris divini, videlicet moralis? Quæ neganda. Secundo: an non decimæ ſint ſolvendæ Miniſtris Eccleſiarum proteſtantium, etſi non ſint juris divini? Quæ affirmanda, niſi iis aliunde proſpiciatur, per rationes latius a me expoſitas in diſſert. *de cura Principis Evangelici augendi ſalaria Miniſtrorum Eccleſiæ.* T.

ad §. 3.

(807) I. Alii addunt mixtas, quæ ex animalium fructibus, velut lana, fœtu, lacte, caſeo &c. præſtantur, alii eas ad prædiales referunt, nec inepte, cum non niſi in prædiis animalia ejusmodi haberi poſſint. Cæterum prædiales jure divino, perſonales vero jure humano inſtitutas eſſe, nonnulli contendunt, quos refert Covarruvias *d. l.* Z. *Decima mixta.*

proventibus deducuntur, qui ex propria cuique ſolertia

De iis locus Sarpii.

II. De diviſione in decimas prædiales & perſonales jam adduxi ſententiam Pauli Sarpii *in ſect. 5. not. præced.* De mixtis ita diſſerit §. *28. p. 169. ſeqq.* „ Ce fut encore un moyen d' augmenter notablement les richeſſes des Eccleſiaſtiques, que de bien èplucher la matiére de *dixmes*, & de proceder par cenſures contre ceux, qui ne les païoient pas, contraignant même de païr non ſeulement les dixmes prediales de fruit de la terre, mais encore les dixmes mixtes, c' eſt à dire, outre celle des fruits & du bétail, encore les perſonelles, qui dependent de l' induſtrie & du travail des hommes. Aux dixmes ils ajoutérent encore les premices, qui furent premiérement inſtituées par Aléxandre II. pour imiter en cela la Loi Moſaïque, qui les commanda au peuple Juif; Moïſe n' en regla point la quantité, laiſſant cela à la diſcrétion des Particuliers, mais depuis, les Rabbins, au témoignage de S. Jérome, déterminérent, que ces oblations, ne ſeroient ni au deſſous de la ſoixantiéme partie, ni au deſſus de la quarantiéme; ce que nos Ecclèſiaſtiques ont bien imité à leur profit, en l' adjugeant la quarantiéme, qui s' apellè en ce tems- ci le quatriéme. Vers l' an 1170. Aléxandre III. ordonna de proceder par cenſures, pour faire païer entiérement les dixmes des moulins, des étangs, du foin, de la laine, & des abeilles; voulant que la dixme de toutes ſortes de choſes fût païée, avant qu' on eût retiré les frais, qu' on y avoit faits: & en 1195. Celeſtin III. commanda, que l' on contraignît, par excommunication, de païer les dixmes non ſeulement du vin, des grains, des fruits, des arbres, du bétail, des jardins, des marchandiſes, de la paie militaire, de la chaſſe & pareillement des moulins à- vent, tout cela eſt exprimé dans les decretales des Papes. Mais les Canoniſtes ont paſſé bien plus outre, en diſant, que les pauvres, qui mandient par les rües, ſont obligez de païer la dixme des aumônes,

Digitized by Google

tia & induſtria obveniunt,utputa de negotiatione, artificio,& militia. Prædiales ſunt,quæ ex fructibus prædiorum ſolvuntur, ut de vino, tritico, & his ſimilibus,(809) quas in ſignum *) univerſalis ſibi retenti dominii reddi DEus præcipere voluit. (810) *) *c. tua nobis. verſ. nimis eod.*

Perſonales præbendæ debentur eccleſiæ, in qua quis ſacramenta percipit: prædiales vero eccleſiæ, in cujus finibus ſunt conſtituta prædia niſi aliud inducat conſuetudo.

§. 4. Inter perſonales autem & prædiales decimas hoc intereſt, quod perſonales illi ſolum parochiæ deben-

nes, qu' on leur fait, & les femmes publiques une partie de leur infame gain; & telles autres choſes, qui n' ont jamais pû ſe metre en uſage.„ T.

(808) De decimis perſonalibus, inquit P. Laymannus *theol. moral. l. 4. tr. 6. c. 1. n. 4.* ſollicitos nos eſſe non oportet, cum eæ ferme ubique per deſuetudinem abolitæ ſint. Z. *Perſonales non in uſu.*

(809) Ut hordeo, avena, apud nos etiam de cannabe, lino, rapis, cepis, braſſicis & oleribus, ervis ſilveſtribus, piſis, milio, aliisque fructibus agrariis; imo etiam de pomis, piris aliisque arborum fructibus, ſi quidem id conſuetudine ita receptum fuerit. Vid. Decret. Synodal. Saxon. de anno 1624. §. Nachdem/ ſeq. Z. *Praxis noſtra.*

(810) Principalis finis decimarum eſt ſuſtentatio miniſtrorum Eccleſiæ, qui ſi aliunde ſalaria habuerint, uti quidem hodie in civitatibus plerumque certa illis emolumenta conſtitui ſolent, intermitti omnino poterit jus decimandi, cum nihil interſit, decimarum præſtatione, an alio modo miniſtris Eccleſiæ ſuccurratur. Et hanc ſententiam ex ipſis Canoniſtis tuetur Martinus ab Azpilcueta Navarr. *tom. 1. tract. de reditib. Eccleſ. monit. 59.* Diſſentit Covarruvias *d. l. n. 8. verſ. Undecimo,* qui tamen paſſim cauſam *Princeps decimas tollere poteſt.*

†) *c. ad apoſtolicæ §. noſtris. eod.*

*) *c. fin. de paroch. & c. cum in tua in fin. eod.*

b) d. c. ad apoſtolicæ in fin.

debentur, †) in qua quis eccleſiaſtica ſacramenta percipit, (811) tametſi lucrum alibi contigerit: prædiales vero, ſi ex prædiis *) in aliena parochia conſtitutis fructus collecti fuerint, ei debentur eccleſiæ regulariter, in cujus territorio prædia ſunt conſtituta: quanquam ſi conſuetudo (812) aliud introduxerit, ſervanda erit. *b*)

Perſonales decimæ, quæ ſolvuntur ex rebus venditis, & paratis pecunia decimata, ſolvuntur deductis impendiis: ſecus vero prædiales, & fructus non, niſi cum onere decimarum, alienari poſſunt.

c) c. paſtoralis officii. ext. eod. tit.

§. 5. Item ſi perſonales, quæ de rebus acquiſitis, vel factis ex pecunia decimata, ſi vendantur, ſolvendæ ſint, *c*) utputa ſi vendatur domus, ager, vinea, molendinum, grex, aut merces, quælibet expenſæ prius, quas quis in rebus parandis fecerit, deduci debent, & de

ſam decimarum finalem urget hanc, quod in alimenta cedere debeant miniſtrorum Eccleſiæ. Z.

ad §. 4.

Explicatio.

(811) Quæ ſemper præfertur illi Eccleſiæ, ubi quis divina tantum audit, uti fit etiam in portione Canonica. Aug. Barboſ. *de jur. Eccleſ. l. 3. c. 24. n. 24.* Z.

Refutatur Covarruvias.

(812) Conſuetudinem multum hic poſſe, varie obſervatum eſt, uti quamplurimis exemplis docet Did. Covarruvias *d. l. 1. reſol. 17. n. 8.* ubi tamen negat, conſuetudinis tantam eſſe vim, ut decimas jure divino debitas prorſus tollere & abrogare queat. Sed enim monet ipſe Covarruvias, iuris divini decimas præcipientis hanc eſſe rationem, ut miniſtri Eccleſiæ congruam inde habeant ſuſtentationem & alimenta, & hactenus decimas contra hanc juris divini rationem abrogari non poſſe. Quod ſi ergo ratio hæc ceſſet,

Digitized by Google

de reſiduo, quaſi de lucro, decimæ præſtabuntur. Expenſæ vero etiam ſeminis, (813) quæ fiunt pro percipiendis fructibus, ex illis de quibus fructus proveniunt, etiam ſi decimatæ fuerint, non deducentur: (814) quoniam, ſalva decima fructus efficiuntur eorum, (815) qui expenſas ipſas faciunt: ſed nec fructus ipſi, niſi cum onere decimarum, alienari poterunt.

Non

ceſſet, dum miniſtris aliunde proſpicitur, non video, quid obſtet, quo minus decimationes prorſus intermitti queant. Z.

ad §. 5.

(813) Atqui ſemen jam ante, cum inter fructus eſſet, decimatum fuit, ut hinc merito omni ulteriori decimandi onere liberum exiſtere & deduci deberet. Z. *Objectio.*

(814) Atqui ſi de fructibus ſumendæ ſunt decimæ, fructus non intelliguntur, niſi deductis impenſis, quæ quærendorum, cogendorum, conſervandorumque eorum gratia fiunt. *l. 36. §. fin. ff. de hered. petit.* Sed hoc argumentum nihil plane movit judices apud Papon. *lib. 1. tit. 12. areſt 11.* Rationem diverſitatis ex Concilio Triburienſi refert Didacus Spino a Caceres *in ſpecul. teſtam. gloſſ. 13. n. 38.* quia ſcil. DEUS quandam quaſi ſocietatem fecit cum homine, ut homo retineret novem partes, ipſe vero tantum decimam perciperet. Sed enim ſocietas talis nullibi præciſe in certam quantitatem facta eſt. Et ipſe Spino hanc rationem rejicit *gloſſ. 2. n. 22.* ſubſtituta alia, æque tamen infirma. Z. *Rejicitur alia ratio Canoniſtarum.*

(815) Sed etiam in priore caſu fructus efficiuntur eorum, qui expenſas faciunt. Nulla ergo hæc eſt ratio, quæ diverſitatem faciat inter decimas perſonales & prædiales. Alii in mercimoniis præcipue manum hominis, in aliis præcipue manum DEI operari cauſantur. Sed profecto in agris & prædiis colendis quandoque operoſior eſt manus hominis, quam in mercimoniis, quæ multæ ſæpe expoſita ſunt fortunæ. Henricus Caniſius eam reddit rationem diffe- *Et adhuc alia.*

Fff fff f feren-

Non deducuntur impenſæ factæ pro inſtaurandis rebus, de quibus ſolvendæ ſunt decimæ, tam perſonales, quam reales.

d) c. paſtoralis §. nec pro eod.

§. 6. Illud commune tamen eſt tam perſonalibus, quam prædialibus, quod expenſæ, quæ factæ fuerunt pro reſtaurando *d*) detrimento (816) rerum, ex quibus decimæ perſolvuntur, ut ſi pars aliqua moriatur armenti, vinea fiat deterior, mercis depereat portio, de proventibus decimandis minime deduci debent. Cujus rei illa eſt ratio, quod penes dominum res inſtauratæ remanent. (817)

Cenſus & tributa de fructibus, de quibus decimæ ſolvendæ ſunt, non debent deduci.

e) c. cum non eod.

§. 7. Sed *e*) nec cenſus, nec tributa de fructibus, de quibus decimæ perſolvendæ fuerint, primitus

---

ferentiæ, quia DEUS prædiales decimas in ſignum univerſalis dominii ſibi reſervaverit, non ita reſervaverit decimas perſonales, *lib. de decim. c. 2. n. 3.* Sed neque hæc ratio firmiter concludit, cum ideo DEUS ſibi reſervaverit decimas, ut miniſtri ſui inde haberent alimenta, quæ habere hodie poſſunt nonnullis in locis ſine decimarum præſtatione. *Z.*

ad §. 6.

Quid ſi non reſtauretur?

(816) Quod ſi non reſtauretur, non majores debentur decimæ, quam ſecundum proportionem fructuum perceptorum. Z.

Quid ſi res non maneat apud dominum?

(817) Sequitur hinc, rebus inſtauratis apud dominum non manentibus deduci poſſe impenſas reparationum. E g. ſi centum aureis, qui jam decimati ſunt, domum emam, & poſtea ducentis vendam, deducere poſſum centum aureos jam decimatos & expenſas, ſi quas feci in reparationibus, & de reſiduo tanquam de lucro decima erit ſolvenda. Aug. Barboſ. *ad c. 28. n. 3. X. h. t.* Z.

ad

tus deduci poterunt. Cum *f*) enim in ſignum univerſalis dominii, quaſi quodam ſpeciali titulo decimas ſibi Dominus reſervaverit, conſequens eſt ut in prærogativam dicti generalis dominii decimarum ſolutio, cenſuum & tributorum præcedat exactionem: (818) vel ſaltem hi, ad quos cenſus, vel tributa pervenerint, quoniam res cum ſuo tranſit onere, decimas ſolvere per cenſuram eccleſiaſticam compellantur. *f*) *c. tua nobis. circa med. eod.*

De omnibus proventibus decimæ ſolvi debent.

§. 8. Eadem *g*) ratione (819) conſtitutum eſt, ut non ſolum de vino & grano, fructibus arborum & hortorum decimæ perſolvi debeant, ſed etiam de pecoribus, de venationibus, negotiationibus, de ipſa etiam militia, & denique de omnibus bonis, & proventibus omnibus, ita, ut qui de his eas cum integri- *g*) *c. ex parte. &c. ſeq. eod.*

ad §. 7.

(818) Si præcedere debet, non poterit nec debebit de his decimis cenſus aut tributum ſolvi. Et iniquus eſſet magiſtratus, qui etiam de illis ſibi tributum poſtulaverit, niſi maxima id exegerit neceſſitas; quo caſu ipſæ totæ & integræ decimæ peti in ſubſidium poſſunt. *l. 21. C. de SS. Eccleſ.* dum tamen alimentis non deſtituantur Eccleſiæ miniſtri. Z. *Obſervatio.*

ad §. 8.

(819) Plurimum hac in parte valet conſuetudo. Ita fructus arborum & hortorum non decimantur, niſi ubi conſuetudine id introductum fuit. Carpzov. *defin. Conſiſt. 134. lib. 1.* Et notabile eſt Areſtum Gallicanum, cujus meminit Joh. Papon. *lib. 1. tit. 12. n. 5.* quo judicatum fuit, mutata ſoli qualitate non amplius deberi decimas, e. g. ſi agri decimales in ſtagna converſi fuerint, non deberi poſtea decimas piſcium. Z. *Conſuetudinis vis.*

gritate ſolvere neglexerint, eccleſiaſtica diſtrictione (820) percelli debeant.

Omnes tenentur ſolvere decimas tam Chriſtiani, quam Judæi. Judæi tamen tantum prædiales tenentur ſolvere, Chriſtiani & prædiales, & perſonales.

§. 9. Illud etiam nullam recipit dubitationem, ad ſolutionem earum quemlibet teneri, niſi quis ſpeciali privilegio ab ipſarum præſtatione doceatur exemptus. (821) Unde non ſolum Chriſtiani, ſed etiam Iudæi tenebuntur. Inter eos tamen illa differentia, quod fideles ad perſonales & prædiales præſtandas indiſtincte tenentur: Judæi vero *h*) ad prædiales tantum, (822) quas ſi recuſent ſolvere, ad ipſas poſſeſſio-

h) *c. de terris eod. & c. pen in fin. de uſur.*

Excommunicationis impertinentia. (820) Vide de pœna excommunicationis jam notata ex Sarpio *nota 803. ſ. ct. 2.* Breve ſed acutum eſt judicium de hac pœna Mareſii *p. 158.* *Hic enim de ventre agitur qui pro Deo eſt iſtis hominibus. T.*

ad §. 9.

Objectio. (821) Poſitis Canoniſtarum hypotheſibus, decimas eſſe ſpirituales, & jure divino morali debitas, dubitare licet, num a Pontifice Rom. eximi quis onere decimarum poſſit. Z.

Alia obſervationes de decimis à Judæis ſolvendis. (822) Quod intelligit Zoeſius *h. t. n. 18.* de illis tantum prædiis, quæ, antequam ad Judæos perveniſſent, Eccleſiis decimas dederint. Rationem autem, quare alias Judæi ad decimas non teneantur, hanc reddunt, quia non ſubſint Eccleſiæ, nec præceptis ejus obligari queant, nec miniſtrentur illis ſpiritualia. Sed enim quia ſubſunt Judæi eidem principi cum aliis Chriſtianis, poterunt illi ad quaſcunque decimas, etiam Eccleſiæ præſtandas, adigi, non obſtante, quod ejus membra eſſe nolint. Præceptum enim de decimis ſolvendis licet Eccleſiaſticum ſit, proponi tamen poteſt a Principe curam

Digitized by Google

ſeſſiones renunciandas compellendi erunt, ne forte hac occaſione eccleſiæ ſuo jure fraudari valeant.

Monachi regulares, & clerici communiter viventes, ſolvunt prædiales decimas, & quod novale eſt ager de novo redactus ad culturam.

§. 10. De monachis & regularibus, †) ſeu clericis communiter viventibus videamus, & ſane nulla ſinit ratio, (823) ut ab his de laboribus ††) ac nutrimentis propriis decimæ extorqueantur: ad prædia les *) tamen etiam de novalibus de quibus antea decimæ ſolvebantur, (824) tenebuntur. Eſt autem (825) novale, **) ager nunc primum proſciſſus, & nuper ad culturam redactus: de quo, quod aliquando cultus fuerit, memoria non extat.

†) *c. ex parte h. t.*

††) *c. decimas à populo 16. q. 1.*

*) *c. commiſſum h. t.*

**) *c. quid per novale de V. S.*

Deci-

curam Eccleſiæ habente vi poteſtatis, quam tenet, νομοθετικῆς, quæ ſe ad Eccleſiaſtica æque atque ad civilia diffundit. Z.

ad §. 10.

(823) Imo iſta ſinit ratio, quod in laboribus ac nutrimentis propriis nihil differant a Laicis, & nihil ſit, quod magis obliget Laicos, quam religioſos ejusmodi minus religioſos. Veris tamen Eccleſiæ miniſtris non immerito ejusmodi conceditur immunitas, ut a perſonalibus oneribus liberi habeantur. Z. *Ratio dubitandi.*

(824) At ſi cultus antea non fuit ager, unde ſolutas dicimus decimas? Et Hadrianus IV. hoc omnibus monachis conceſſit privilegium, ut de novalibus ſuis, quæ propriis manibus vel ſumptibus excolunt, decimas non perſolvant. *c. 10. X. h. t.* Z. *Antinomia.*

(825) Sollicitat iſtam deſcriptionem Gœddeus *ad l. 30. n. 10. ff. de V. S.* & magis probat eam, quam Gajus JCtus *d. l.* habet, quod ſc. novalis ager ſit, qui alternis annis ceſſare ſolet. Relinquamus tamen Canoniſtis ſuam interpretationem, cum nec alias *Novale quid.*

 in-

Digitized by Google

Decimas ſolvere tenentur monachi, & alii communiter viventes, etiam de prædiis de novo acquiſitis, & propriis manibus excultis, niſi obſtet aliquod privilegium.

*) *c. nuper h. t.*

§. 11. Sed & ſi iisdem poſſeſſiones *) pia fidelium devotione collatæ fuerint, aut pro monaſteriis de novo fundandis comparatæ, vel quoquo modo recenter acquiſitæ, etiam ſi eas propriis manibus aut ſumptibus excolant, nihilo minus decimas perſolvent eccleſiis, quibus ratione talium prædiorum antea ſolvebantur, niſi *i*) ſuper hoc ſpeciali jure, (826) vel privilegio muniti eſſe probentur.

i) *c. 2. §. cæterum eod. tit. in 6.*

Privilegium tollitur re præjudicata & præſcriptione.

†) *c. ſi de terra de privil.*

§. 12. Sed †) nec ſemper eis privilegium ſuffragabitur: nam ſi res judicata obſiſtat, (827) vel privilegio

infrequens ſit, ut unum nomen diverſa habeat ſignificata, & nec ipſum quidem jus civile *in l. fin. in f. ff de term. mot.* tam abhorreat ab ſignificatione canonica, uti quidem ſibi perſuadet Gœddæus. Z.

ad §. 11.

Variæ obſervationes.

(826) Quantum in ejusmodi privilegiis variatum fuerit, exponit P. Laymannus *d. l. cap. 3. n. 4.* Quod ſi vero privilegium aliquod exemptionis Monachis aliquando conceſſum fuit, illud ad alias perſonas extendi non debere contendunt. Quomodo emptores & conductores talium prædiorum ad decimarum ſolutionem cogi poterunt, ut maxime ab hac immunes fuerint antehac Monachi, H. Caniſ. *de decim. cap. 6. n. 10.* Z.

ad §. 12.

Diſtinctio & ratio.

(827) Sententia aut lata eſt ante datum privilegium, & tum non

Digitized by Google

legio muniti decimas per quadraginta (828) annorum ſpacium ſolverint, cum liberum ſit unicuique juri proprio renunciare, præſtatione tanti temporis proprio privilegio detrahere voluiſſe præſumuntur, & ea propter ad decimarum præſtationem compelli poterunt.

Privilegia ſunt interpretanda, ut nemini indebite damnum inferant.

§. 13. Item, ſi poſt *) initam inter aliquos ſuper decimis conventionem (829) certi tenoris privilegia ob- *) *c. ex multiplici & c. ſug.*

non puto nocere eam privilegio futuro, cum ſuperior diſpenſare poſſit circa jus commune, aut lata eſt poſt datum privilegium, & tum nihil intereſt, utrum tempore latæ ſententiæ de privilegio iſto conſtiterit, an minus: quia etiamſi id ignoratum fuerit, ſententia tamen, quæ vires rei judicatæ acquiſivit, propter inſtrumentum noviter repertum non poterit everti. *l. 4. C. de re jud.* Z.

(828) Hoc enim eſt tempus præſcriptionis in Eccleſiaſticis uſitatum. *Novell. 131. c. 6.* Sed in eo, quod hic dicitur, hoc tantum miror, quod autor præſcriptionem quadragenariam requirat, cum tamen non præſcribatur contra Eccleſiam, ſed pro Eccleſia. Neque id dicitur in *c. 6. & c 15. X. de privileg.* ſed in facto proponitur, per triginta & quadraginta annos decimas fuiſſe ſolutas. Cui & hoc addo, ſtatuere quosdam doctores, privilegiatum quoad contributiones, ſi ſponte ſemel ſolverit, præjudicare ſibi in futurum, niſi fuerit proteſtatus. Klok *de contribut. c. 19. n. 471.* Id igitur ſi Reſp. decernit, quidni ſimile quid decernere licet Eccleſiæ, quæ apud Pontificios haud parum rigidior eſt. Z. *Varia dubia.*

ad §. 13.

(829) Non conſiſtunt hæc inter ſe, conventionem fieri poſſe ſuper decimis, & decimas eſſe res ſpirituales, de jure divino morali de- *Non cohaeret Jus Canonicum.*

geſtum h. t. obtenta fuerint, niſi conventioni per ea derogetur expreſſe, illis non obſtantibus, erit inviolabiliter obſervanda: ita enim hujusmodi privilegia ſunt accipienda, ut nemini læſionem, præcipue enormem, in-
k) c. 2. §. ubi autem. eod. tit. in 6. ferre debeant. Unde *k*) ſi per hujusmodi conceſſiones parochiales eccleſias adeo gravari contingat, ut Rectores de reditibus earum congrue ſuſtentari & epiſcopo debita perſolvere non poſſint, per locorum ordinarios (830) ita providendum erit, ut eisdem Rectoribus tantum relinquatur, (831) quod & competentem ſuſtentationem habere, aliaque onera debita ſupportare valeant.

Privilegiati ſuper decimis, tenentur illas ſolvere de prædiis conductis: & privilegiatus ſuper laboribus propriis ſolvet decimas ſuper prædiis locatis.

§. 14. Super decimis quoque non ſolvendis pri-
l) c. dilecti filii. & c. ex parte. ext. eod. & cap. ſeq. vilegiati, ſi aliena prædia conduxerint *l*) privilegio minime obſtante, de conductis prædiis ſolitas decimas

li debitas, & denique conventioni ejusmodi derogari poſſe per privilegia ſuperioris. Z.

Alia inconvenientia. (830) Epiſcopi igitur judices erunt circa factum Pontificis, qui privilegium conceſſit. Z.

Ratio. (831) Alimenta enim miniſtris Eccleſiæ jure divino & naturali debentur, & ideo nec privilegio, nec conſuetudine nec præſcriptione tolli poſſunt. Covarruv. *d. l. n. 6.* adeo ut nec a Pontifice quidem privilegia immunitatis conceſſa valeant, niſi quatenus jure humano circa decimas quid conſtitutum eſt. *Id. num. 9.* Z.

ad

Digitized by Google

mas parochiis ſuis integras perſolvent. (832) Idemque erit de locatis prædiis, (833) ſi privilegiatus ſuper laboribus, quos propriis vel manibus, vel ſumptibus excoleret, terras ſuas aliis locaverit.

Laici, & etiam Imperator non poſſunt concedere privilegium ſuper decimis non ſolvendis.

§. 15. Generaliter autem, niſi hujusmodi immunitatum privilegia ab apoſtolica poteſtate obtenta fuerint, nullam habebunt efficaciam, ideoque *m*) etiam Imperialis conceſſio (834) quantumcunque concepta

m) *c. tua cl. 1. extr. eod. tit.*

ad §. 14.

(831) Quia ſcilicet privilegium ſuum ad alias res non privilegiatas nec ſuas extendere nequeunt. Z. *Ratio.*

(833) Hac ratione privilegium omne & exemptio a decimis ſolvendis erit perſonalis. Reale enim ſi fuerit privilegium, etiam ad conductorem transferetur immunitas, quemadmodum ſc. conductores prædiorum Eccleſiaſticorum collectas ſolvere non tenentur. Z. *Ratio & limitatio.*

ad §. 15.

(834) Falſum hoc eſt dogma & læſæ majeſtatis crimen implicat. Utcunque enim conceſſerimus ſpiritualitatem decimarum, conceſſiones tamen circa eas & privilegia non ad internam pertinent poteſtatem Eccleſiaſticam, ſed ad externam, quam Imperatori & Principibus denegare & auferre non aliunde eſt, quam ex tyrannide Pontificia. Cæterum poſſunt etiam Principes, ſi quid novi circa decimas ab Epiſcopis attentetur, autoritate ſua intercedere atque id impedire. Laudo hic Regum Galliæ inſtitutum, qui, ſi decimarum petitio fiat ab Epiſcopis, vel cæteris Clericis adverſus prædiorum poſſeſſores, quarum ſolutio inſueta eſt in iis locis unde exiguntur, non alienum exiſtimant a munere ſuo, huic negotio autoritatem ſuam interponere, illas exactiones inſolitas impedire, ex- *Princeps poteſt diſponere circa decimas.*

 com-

cepta generaliter, cum nulla ſit laicis de ſpiritualibus diſponendi facultas, (835) a ſolutione decimarum neminem poterit eximere: imo ſacrilegii, *n*) crimen incurrit, qui de manu laicorum rem eccleſiaſticam recipiet. (836)

n) can. dudum §. dum ſacrilegii extr. eod.

Laicus etiam de manu clericorum non poteſt decimas recipere, ſub pœna excommunicationis, & privationis ſepulturæ, & clericus concedens deponetur.

§. 16. Ex contrario quoque, laicus etiam a clericali poteſtate decimas recipere & in alium, velut hæreditario jure transmittere non poterit; (837) & ſi ſecus

communicationum, ſi quæ ab Epiſcopis in recuſantes latæ ſunt, revocationem indicere, & eam pignoribus captis urgere. Petrus de Marca *de concord. ſacerd. & imp. lib. 4. c. 10. n.* 2. Quod idem de Hiſpaniæ Regibus refert Didacus Covarruvias *lib. 1. reſol. 17. n. 8. verſ. Nono. Z.*

Falſa ratio. (835) Et hoc falſum eſt. Verior & tum ex prudentia civili, tum ex Scripturis ſententia hæc eſt, competere curam circa ſacra & poteſtatem Eccleſiaſticam externam Principi cuique ſummo ex vi ipſa majeſtatis, qua pollet & qua princeps eſt, & quidem jure gentium, abſtracta qualitate religionis ſeu cultus. Vid. ſi lubet *diſſ. noſtram V. de jurib. Majeſt. Z.*

Objectio. (836) Non incurrit, quemadmodum non incurrit, qui ſacramentum baptiſmi, rem ſine dubio ſpiritualem, ſuſcipit ex manu laici. Z.

ad §. 16.

Exceptiones (837) Excipiunt hic 1. laicos, qui jus decimandi indulgente ſummo Pontifice acceperunt, 2. eos, qui mere laici non ſunt, ut equites Melitenſes, Hoſpitalarios & Teutonici ordinis, 3. laicos, qui ante Concilium Lateranenſe decimas in feudum ab Eccleſiis acceperunt, & hos contendunt, licite quidem poſſidere, ſed non ſine periculo animæ, ceſſante ſc. Eccleſiæ neceſſitate, ob quam eas in feu-

Digitized by Google

cus actum fuerit & qui conceſſerit,a ſtatu ſuo dejicietur,*o*) & qui receperit, & eccleſiæ non reddiderit, & vivens excommunicationis vinculo *p*) innodabitur, & mortuus eccleſiaſtica ſepultura carebit. *q*) (838)

o) *c. quamvis ſit. in fin. eod.*

Reditus decimarum locari poſſunt, dummodo locatio non ſapiat alienationem.

p) *c. ad hæc. eod.*

§. 17. Si *r*) quis tamen, cum eccleſiæ ſuæ conditionem meliorem facere poſſit, decimarum ſuarum proventus (839) alicui locare velit, dummodo hujuſmodi

q) *c. prohibemus. eod.*

r) *c. 2. extr. locati.*

feudum acceperunt, moneri itaque eos debere, ut reſtituant, cogi tamen non poſſe. Caniſ. *ad tit. de decim. c. 13.* Et maxime hic inter ſe diſſentiunt Canoniſtæ, uti videre licet apud Martin. ab Azpilcuet. Navarr. *tom. 1. tract. de reditib. Eccleſ. monit 17.* Sed enim quia finis decimarum hic eſt, ut inde alantur & conſerventur miniſtri Eccleſiæ, ſi aliunde ſatis eis proſpectum fuerit, Laicis eas quocunque titulo relinquere non erit adverſum juri divino. Recte autem ſtatuit Caniſius, Laicos, qui ante Concilium Lateranenſe decimas habuerunt, cogi non poſſe, ut reſtituant, quia, ut obſervat Carolus Molinæus *ad conſuetud. Pariſ.* §. *46. n. 19.* Concilium nullo modo legem potuit ponere laicis, nec ſtatuere ſuper illis decimis jam infeudatis, cum jam factæ eſſent res profanæ, licet id diſpliceat Covarruviæ *d. l. n. 5.* Z.

(838) Repete dicta annot. 8 6. T. *Remiſſio.*

ad §. 17.

(839) Hoc videtur velle, jus ipſum decimandi non transferri poſſe in Laicos, ſed proventus tantum, nec eos quidem alio quam locationis titulo. Plane ad exemplum ſubtilitatis civilis, qua vendi quidem, donari & locari poteſt uſusfructus extraneo, cedi autem minime. §. *3. Inſt. de uſufr.* Ita igitur jus decimandi apud Clericum permanet, ſed jus percipiendi fructus decimarum ad Laicum transferri per locationem poteſt. Et quidni etiam per venditio-

Subtilitas inutilis Juris Canonici.

modi locatio ad feudum,(840) vel alienationem non videatur extendi, id facere minime impedietur:

Epi-

ditionem, aut quemcunque alium transferendi dominii titulum? cum per locationem nihil aliud agatur, quam ut fructus fiant conductoris, in ejusque dominium tranſeant. Quin ſi recte res reputetur, locatio, illa fructuum & proventuum non tam locatio eſt, quam venditio. Et porro, ſi licet Laico percipere decimas ex titulo locationis, etiam ex venditionis titulo percipere eas licebit. Incapacitas enim, quæ obvertitur, in ſubjecto tanta eſſe nequit, cum alias nec locationis titulo Laicis proventus percipere liceret. Sed nec in titulo locationis & venditionis, uti dixi, aliqua hic poteſt eſſe diverſitas In hoc enim conſentiunt JCti, locationem prædii alicujus in effectu venditionem fructuum eſſe & uſus, & in hoc tantum a venditionis contractu differre, quod in illa, venditione ſc. ipſa res, in hac uſus rei vel facti transferatur. Franzk. *ad tit. locat. n. 67.* At in locatione proventuum ex decimis, ipſi quoque proventus transferuntur, ut hac ratione inter venditionem & locationem proventuum nihil interſit. Subtilitates igitur juris civilis quandoquidem ita placent, non differre videtur Clericus ab uſufructuario. Hic enim, ſi quando vendit uſumfructum aut alteri concedit, non hoc agere intelligitur, ut jus omne totum, quod habet, a ſe dimittat & transferat in alium, ſed ut, retento jure, quod ex conſtitutione perſonæ ejus inhæret, facultas tantum fructuum percipiendorum ad alium pertineat, quamdiu jus illud in perſona ſua durabit. Arnold Vinnius *ad §. 3. Inſt. de Uſufr.* Sicut igitur vendere & donare uſumfructum fructuarius poteſt, poterit etiam proventus ſuos vendere & donare Clericus. Z.

Origo decimarum in feudum datarum. (840) Dixi ante, in Concilio Lateranenſi prohibitum fuiſſe, ne decimæ Laicis in feudum dentur. Jam ante tamen ejusmodi infeudationes prohibitas fuiſſe tradit Auguſtinus Barboſa *de jur. Eccleſ. l. 3. c. 26. §. 3. n. 61.* Conf. Roſenthal *de feud. c. 4. concluſ. 27. 28.* Qua ratione autem primum decimæ in feudum dari cœperint,

Epiſcopo debetur a Rectoribus quarta decimarum, quas exigunt, niſi præſcripta fuerit.

§. 18. Poſtremo ſciendum eſt,*) quod veluti parochialibus eccleſiis (ſecundum ea quæ proxime expoſuimus) decimæ debentur, ita etiam decimarum ipſarum quarta (841) epiſcopo a rectoribus eccleſiarum, **) c. cum contingat h. t.*

perint, exponit Alb. Cranzius *l. 1. metropol. c. 2. Ferunt*, inquit, *indictas populo decimas, de more Chriſticolarum, non proveniſſe Pontifici primum, ſed regiis præfectis, ut inde ſtipendia militibus & ſumptus facerent crebrarum in eam gentem expeditionum. Tributorum nomen horrebat libertati adſuetus populus: ſed decimarum exactionem recuſare non poterant. Interpretantur annales. hinc ortum, ut multarum hodie decimarum exactiones ſint in manibus Laicorum. Ego aliam huic rei cauſam acceſſiſſe conjicio, cum non ſatis fiderent Pontifices ſua jura ab Laicis principibus tueri, dediſſe arbitror partem decimarum principibus in manum per ſpeciem feudi & beneficii, malentes amittere dimidium quam totum: inde factum, ut a Principibus tranſirent in miniſteriales* &c. Add. eundem *lib. 6. Saxon. c. 52.* Beat. Rhenan. *rer. Germ. lib. 2. pag. 90.* Lehmann. *Chron. Spirenſ. lib. 5. c. 67.* *Z.*

ad §. 18.

(841) I. Nimium hoc eſt, & multum exſuperat portionem, quæ olim a Levitis dabatur Sacerdotibus. Levitæ enim decimas decimarum, quas a Colonis acceperant, debebant Sacerdotibus. Dicitur hæc decima, decima ſanctitatis *2. Chron. 31. 6.* decima de decima, & Theruma DEI, *Num. 18, 26. 27.* qua detracta, quæ reliqua erant, Levitis quaſi profana erant, in quovis loco, attamen puro, conſumenda, teſtante Aben Ezra. Ante vero oblatam hanc decimam corpus fructuum tangere Levitis integrum non erat. Dabatur autem hæc decima decimarum Aaroni aut ſummo Pontifici, ut inter *Iniquitas quarta decimalis.*

Digitized by Google

rum, niſi legitima obſtet præſcriptio, *s*) perſolvenda erit.

s) *c. de quarta de præſcript.*

DE

---

inter cæteros Sacerdotes divideret, *Num. 18, 26.* non ut in ſolius Pontificis uſum cederet, ſed ut aliis Sacerdotibus, quorum in ſingulis claſſibus fuiſſe plus quam quinque millia Cunæus ex Flavio refert, *2. de Rep. Ebr. c. 15.* eaſdem diſtribueret. Unde Joſephus diſerte ait, tributas fuiſſe decimas toti Sacerdotum ordini, *l. 4. antiq. c. 4.* Idemque aſſerit Hieronymus in *Ezechielem c. 4. 5.* At apud Pontificios Epiſcopus non decimam, ſed quartam decimarum; neque eam inter alios diſtribuendam, ſed in ſuos proprios uſus accipit. Unde, quantum quotidie proficere poſſit culina Epiſcoporum, nemo non videt. Vocatur autem hæc quarta Epiſcopo debita communiter quarta decimalis. Ex hoc eodem fonte nonnulli defendunt annatas & alias contributiones a Pontifice Romano exigi ſolitas, contendentes, competere ei jus percipiendi decimam redituum Eccleſiaſticorum ad exemplum Pontificum V. T. quibus Levitæ contribuere tenebantur decimam ſuorum redituum. Sed negat id, & diſcriminis rationem optime exponit Petrus de Marca *de concord. ſacerd. & imp. lib. 6. cap. 12. num. 10. Pontifices*, inquit, *Legis Judaicæ nullo alio reditu fruebantur. At diſciplina Eccleſiæ Chriſtianæ alia ratione providit ſuſtentationi ſui Cleri; diſtributis videlicet Eccleſiis in diœceſes ea methodo, ut omnes reditus diœceſeos in poteſtate eſſent Epiſcopi. In hac generali inſtitutione portio quoque ſua Romanis Pontificibus tributa eſt in diœceſi Romana, qua portione ſibi ſatisfactum putarunt, nullum præterea auxilium implorantes, etiam tum, quando ſolis matronarum oblationibus potiebantur, ut loquar cum Ammiano. Satis quippe id erat ſub paganis Impp. pro ſuſtentatione Cleri Romani, & 1500. pauperum, ſufficiebatque inſuper ſubſidiis, qui a ſummis Pontificibus mittebantur ad Eccleſias remotas, ut teſtatur Euſebius l. 4. c. 22. & l. 6. c. 35. Potentia porro eorum crevit ex reditibus latifundiorum, quæ Romanæ Eccleſiæ*

in

Digitized by Google

DE REBUS ECCLESIÆ ALIENANDIS, VEL NON.

TITULUS XXVII.

Regulariter epiſcopus non poteſt aliquid agere ſine conſenſu vel conſilio capituli.

§. I.

TRactemus nunc de rebus temporalibus eccleſiarum, (842) illarumque adminiſtratione & alienatione

in diverſis provinciis collata ſunt ab Jmp. Conſtantino & Senatorib. Romanis. Tantum autem abeſt, ut ea patrimonia non ſufficerent alendo Pontifici Rom. ejusque Clero, ut etiam ex iis reditibus priſci Pontifices alerent in provinciis ingentem pauperum numerum propter eos, qui ejus cura alebantur in Urbe. Potiori itaque ratione Rom. Eccleſia cenſenda eſt hodie poſſidere ultra id, quod neceſſarium eſt ſummo Pontifici & Eccleſiæ capiti alendo, poſtquam liberalitate Chriſtianiſſimorum Regum locupletata eſt. Niſi fortaſſis adverſus hæc dicatur, Pontificem quidem Romanum ad Principis dignitatem evectum fuiſſe his donis, ſed eodem tempore præbitas novas prodigendi cauſas. Verum Clericus non tenetur in eo agnoſcere dignitatem Principis ſecularis. &c. Hæc Marca ſatis confidenter & aperte. Z.

II. Veroſimilius quarta decimalis Epiſcoporum non introducta fuit ad exemplum decimæ, quam Levitæ ex decimis ſuis dabant Aaroni, ſed comprehenditur ſub quarta generali, quæ ex omnibus Eccleſiæ cujuscunque reditibus Epiſcopo aſſignata fuit, & eandem cum illa originem habuit. Ziegl *de Epiſc. lib. 3. cap. 27.* §. *8. &* 9. Repete dicta *annot. 773.* De annatis, quarum etiam mentionem facit Zieglerus in nota præcedente, commodior erit locus dicendi infra *ad libr. 4. tit. 3.* §. 4. T. *Unde orta ſit?*

ad TIT. XXVII.

(842) I. Primis ſeculis longe alia erat Eccleſiæ facies ab ea, quæ *Origo luxus & avaritia*

tione, *) ſine quibus ſpiritualium dignitas haud facile conſiſtere poteſt. Et quidem illud in primis firmare nos oportet, nihil epiſcopum regulariter ſine conſenſu

*) *c. ſine exceptione 12. q. 2. c. 1. de his quæ ſiunt a Prælato. &c.*

Epiſcopalis. quæ hodie conſpicitur. Calicibus contenta ligneis, ſacerdotibus fruebatur aureis, uti in Concilio Triburienſi *c. 18.* pronunciavit Bonif. Epiſc. Mogunt. ejusque gloria fuit non purpura, non divitiæ, non equus albus, non faſtus, non dominatus, ſed, ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus Te, Domine, uti *in confutatione primatus papæ* habet Gregorius Heymburgenſis. Et ex hoc ſcilicet colligere licet, num ſine rebus temporalibus, quod vult autor, ſpiritualium dignitas haud facile conſiſtere queat. *Poſtquam enim Eccleſia ad Chriſtianos Principes venit* (verba ſunt Hieronymi *in vita Malchi*) *potentia quidem & divitiis major ſed virtutibus minor facta eſt.* Parata erat ſecuritas, conceſſæ verbi miniſtris innumeræ immunitates, & collata ſive ex pietaris zelo, ſive ex inſubida ſuperſtitione, in Eccleſiam ampliſſima & longe pinguiſſima patrimonia. Fecit ea Cleri benignior fortuna, ut ſequerentur, quæ res ſecundas comitari plerumque ſolent, luxus, ambitio & divini muneris negligentia, de quibus querelæ deinceps in Eccleſia fuerunt aſſiduæ. Vid. Petr. Molinæ. *de monarchia temp. Pontif. Rom. c. 18* Z.

Obſervatio præcedenti parallela. II. Conferendum cum notatis ad hunc titulum ejusdem *caput 28. libr. 3. de Epiſcop.* Ad præcedentem notam pertinent ibid §. *1. 2. 3.* dicta. Notabilis eſt locus Hieronymi *in vita Malchi, Poſtquam Eccleſia ad Chriſtianos principes venit potentia quidem & divitiis major, ſed virtutibus minor facta eſt.* Repete etiam huc ex *libro 1. not. 434. ſect. 2.* ubi de avaritia & luxu Cleri & Epiſcoporum ex Sarpio nonnulla excerpſimus *p. 383. ſeq.* Refert etiam Coſta *in hiſtoria de origine redituum Eccleſiaſticorum p. 34.* elegantem locum ex Hieronymi *Epiſtola ad Euſtochium: Clerici —— oſculantur capita matronarum & extenta manu, ut benedice-*

Digitized by Google

ſu ſui capituli (843) vel conſilio poſſe ſuper his ſtatuere:

---

dicere eos putes velle, ſi neſcias, pretia accipiunt ſalutandi: —— *quidam in hoc omne ſtudium vitamque poſuerunt, ut matronarum nomina, domos, moresque cognoſcant, ex quibus unum, qui hujus artis eſt princeps, breviter deſcribam.* —— *Cum Sole feſtinus exſurgit, ſalutandi et ordo disponitur, viarum compendia requiruntur, & pene usque ad cubicula dormientium ſenex importunus ingreditur; ſi pulvilum viderit, ſi mantile elegans, ſi aliquid domeſticæ, ſupellectilis, laudat, miratur, attrectat, & ſe his indigere conquerens non tam imperat, quam extorquet* Pertinet ulterius ad hunc locum disquiſitio Sarpii an bona Eccleſiaſtica teneantur jure divino an humano, & utrum Papa vel Eccleſia habeat dominium bonorum Eccleſiaſticorum *d. tractatu* §. *21. n. 1. & 5.* & quæ de augmentis bonorum Eccleſiaſticorum injuſtis & indecentibus diſſerit §. 25. *27. 29.* *T.*

(843) I. Quæ olim pii conferebant, ut exinde miniſtri Eccleſiæ & pauperes alerentur, ad curam pertinebant Diaconorum in id ſpecialiter inſtitutorum, ut Epiſcopi & presbyteri iſtiusmodi cura ſoluti liberius ipſi munere docendi defungerentur. Sequioribus temporibus, cum ſe jam continere non poſſet opulentia Eccleſiæ, id operam plurimi videntur dediſſe Epiſcopi, ut translata in ſolos ſeſe omnium Eccleſiæ opum poteſtate, haberent, unde & ipſi viverent lautisſime, & cognati ac familiares diteſcerent. Perverſiſſimum autem iſtud ſtudium non unis vicibus ſeveriore animadverſione coercuere Patres in conciliis, ſed fruſtra fere & ſine fructu, Celebris eſt Canon Concilii Antiocheni ultimus, quem ſine dubio mali quorundam in Oriente Epiſcoporum mores expreſſerunt. Atque iſte ex verſione Dionyſii Exigui ita ſe habet: *Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatem ad diſpenſandum erga omnes, qui indigent cum ſumma reverentia & timore DEI. Participet autem & ipſe, quibus indiget: ſi tamen indiget: tam* *Continuatio iſtius obſervationis.*

 ſuis,

re: cum velut caput ad membra, ita ſeſe prælatus habeat

ſuis, quam fratrum, qui ab eo ſuſcipiuntur, neceſſariis uſibus profuturis, ita ut in nullo qualibet occaſione fraudentur juxta S. Apoſtolum ſic dicentem: habentes victum & tegumentum, his contenti ſumus. Quod ſi contentus iſtis minime fuerit, convertat autem res Eccleſiæ in ſuos uſus domeſticos, & ejus commoda vel agrorum fructus non cum presbyterorum conſcientia diaconorumque pertractet, ſed horum poteſtatem domeſticis ſuis aut propinquis, aut fratribus filiisque committat, ut per hujusmodi perſonas occulte cæteræ lædantur Eccleſiæ; ſynodo provinciæ pœnas iſte perſolvat. Si autem & aliter accuſetur Epiſcopus aut presbyteri, qui cum ipſo ſunt: quod ea quæ pertinent ad Eccleſiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet Eccleſiaſtica facultate ſibimet uſurpent, ita ut ex hoc affligantur quidem pauperes, criminationi vero & blaſphemiis tam ſermo prædicationis, quam hi, qui diſpenſant, taliter exponantur; & hos oportet corrigi, ſancta ſynodo, id quod condecet, approbante. Sed enim magis magisque excreſcente Epiſcoporum luxu & avaritia, ſimul quoque contemptus legum Eccleſiaſticarum invaluit. Unde cum deinceps inter Epiſcopos nonnulli non tantum clam presbyteris ſuis atque Diaconis, ſed etiam ſine omni Oeconomo contra veterum inſtitutum bona Eccleſiæ adminiſtraſſent, conditus in hanc rem fuit in Concilio Chalcedonenſi *canon XVI*, qui allegatur *c. 4. diſt. 89. & c. quoniam 16. q. 7. Quoniam in quibusdam Eccleſiis, ut rumore comperimus, citra œconomos Epiſcopi facultates Eccleſiaſticas tractant: placuit omnem Eccleſiam habentem Epiſcopum, habere Oeconomum de Clero proprio, qui diſpenſet res Eccleſiaſticas ſecundum ſententiam Epiſcopi proprii ita, ut Eccleſiæ diſpenſatio præter teſtimonium non ſit, & ex hoc diſpergantur eccleſiaſticæ facultates & ſacerdotio maledictionis derogatio procuretur. Quod ſi hoc minime fecerit, divinis conſtitutionibus ſubjaceat.* Quales autem tum fuerint Epiſcopi, quos ita in ordinem

Digitized by Google

beat ad capitulum. In eo autem totius videtur eſſe conſenſus capituli, cui & major & ſanior (844) fratrum acceſſerit ſententia.

Alie-

nem redigebat Synodus Chalcedonenſis, diſcimus a Chryſoſtomo, qui *homil. 86. in Matth.* his eos verbis deſcribit: *Annon poterant etiam Apoſtolorum tempore & domus & agri ab Eccleſia poſſideri? non audiſtis, quia nec has quidem pecunias oblatas & absque labore collectas per ſe ipſi diſtribuendas putaverunt? & cujus gratia, niſi quia id multo melius? Modo autem in procuratores, diſpenſatores, caupones Epiſcopi redacti ſunt, imo vero iſtos etiam ſecularium rerum ſollicitudine ſuperant: & quos oportebat animarum curam habere, ea prætermiſſa ſolicite curant & quotidie cogitant, quæ publicanis, quæſtoribus, villicis curanda ſunt. -- Orationibus enim, prædicatione, cæteroque Eccleſiæ cultu prætermiſſo, alii vini, frumenti alii venditoribus tota vita colluctantur: hinc quotidiana jurgia, opprobria, convitia & ſacerdotum unicuique profanis idonea negotiis impoſita ſunt nomina, &c.* In ſequentibus optat, verbi tantum ſacrorumque miniſterio occupari Epiſcopos, inopum curam aliis demandari. Quæ omnia cum recitaſſet Claudius Eſpencæus *in 1. Tim. digreſſ. libr. 1. c. 4.* ſic tandem inſit ipſe: *Si deplorat Chryſoſtomus DEI ſacerdotes hanc rem velut a ſe alienam pertractantes, -- quid dicendum de hodierna rei profanæ, bellicæ, publicæ, quæſtoriæ, aulicæ, alienæ & cujusvis potius, quam ſacræ aut Eccleſiaſticæ, per noſtrates Epiſcopos procuratione?* &c. Z.

II. Adde eundem Zieglerum *de Epiſc. d. c. 28. §. 4. 5. 6. 7.* ubi plura refert ad originem & officium Oeconomorum Eccleſiæ pertinentia. Repete etiam huc ex *libro 1. annot. 558. ſect. 1. & 2. p. 480. ſeq.* T. *De œconomis remiſſive.*

(844) Non ſemper majorem partem ſimul etiam ſaniorem eſſe, &, quæ pars ſanior ſit, inter diſcrepantes difficulter definiri poſſe dixi ſupr. *ad tit. de elect. circa fin.* Quantis vero ambagibus *Obſervatio-nes variæ.*

 hodie

Alienatio rei eccleſiaſticæ, facta ſine utilitate Eccleſiæ, & clericorum conſenſu, non valet : & quid contineat alienationis verbum.

§. 2. Ex his conſequens eſt, ut rerum eccleſiaſticarum, absque clericorum ſubſcriptione,*) & eccleſiæ utilitate, & Romano inconſulto Pontifice, *a*) ab epiſcopo facta donatio, vel alienatio, vel ſuppoſitio non teneat, niſi eam poſtmodum ratam habeant.†) Prælatus enim eccleſiaſticarum rerum procurator eſt, non dominus; (845) & conditionem eccleſiæ meliorem qui-

*) *c. placuit & ſeq. 12. q. 2 c. ſi quis & c. præcedere ext. eod.*

a) *c. 2. in princ. eod. tit. in 6.*

†) *c. 3. in fin. de iis quæ fiunt a præl.*

hodie alienatio rerum Eccleſiæ expedienda ſit, exponit Joh. Paponius *lib. 1. tit. 13. areſt. 3.* Sæpe diſquiſitum eſt inter Pontificios, dominium bonorum & redituum Eccleſiaſticorum cujus ſit. Primarius eorum finis ab initio fuit, ut miniſtri Eccleſiæ & pauperes haberent unde viverent. Et ab initio quidem miniſtri Eccleſiæ, quicquid ex collationibus piorum reliquum habebant, in pauperes erogabant. Sed id in primitiva tantum Eccleſia neceſſarium fuiſſe, hodie autem, poſtquam pauperibus hoſpitalia aſſignata ſint, abrogatum eſſe, neque ex præcepto aut lege juſtitiæ clericum amplius, quod ſibi ſupereſt, in pauperes diſtribuere debere, aſſerit Didacus Spino a Caceres *in ſpecul. teſtam. gloſſ. rubr. part. 14. n. 13.* Perperam! Z.

ad §. 2.

Controverſia de dominio fructuum.

(845) I. In concilio Tridentino, cum alii beneficiatos fructuum dominos, alii fructuarios, alii uſuarios tantum, & alii denique diſpenſatores eſſe contenderent, ut lites abbreviarentur, amputata fuere iſta verba, quæ controverſiam ea de re excitarunt, uti refert Petr. Svav. *in hiſt. Concil. Trid. lib. 8. p. 898.* Noviores moraliſtæ beneficiatos fructuum, quos ex beneficio nanciſcuntur, veros eſſe dominos, confidenter aſſerunt, & non peccare Epiſcopum, qui tertiam partem redituum pauperibus largiens, reliqua abunde cum con-

quidem facere poteſt, deteriorem vero non poteſt. (846) Quod ſi ſecus *) factum fuerit, nec quod geſtum eſt, vires ullas ſortietur, & Canonum temeratores *) *Extrav. commun. unic. eod. tit.*

conſanguineis communicet. Vid. quæ plena manu congeſſit Wilhelmus Wendrockius *ad Ludovici Montlatii epiſt. provincial. 12. not. 2.* Veteres autem JCti & Canoniſtæ ne fructuariis quidem comparari voluerunt Clericos, tantum abeſt, ut eos dominos fructuum perceptorum facerent. Et hinc ſtatuerunt, eos fructus perceptos nec ſuos facere, nec ad heredes transmittere. Petr. Coſtal. *ad l. 7. ff. ſol. matr.* Secutus hos eſt Martinus Azpilcueta Navarræus, qui *in lib. de reditib. benefic. Eccleſ.* tum & in *libri illius apologia* aſſerit, Clericum ne veſtis quidem, quam quotidie induit, dominum eſſe, ſed nec panem, quem manducat, ejus eſſe. E contrario Franciſcus Sarmientus, & Antonius Marſilius Columna *lib. de Eccleſ. reditib.* dominium Clericis ita aſſerunt, ut & uti bonis Eccleſiaſticis & diſponere de illis pro lubitu poſſint. Optant plurimi inter Pontificios, a Papa ut controverſia hæc tandem aliquando decidatur. Sed ille in ſcrinio pectoris rem abſcondit & occultat. Dicitur autem Epiſcopus procurator eo ſenſu, quo olim Procuratores Cæſaris ſeu curatores rationales & procuratores fiſci dicebantur, de quibus videri poteſt Marcellus Donatus in Sueton. Claud. c. 12. Z.

II. Repete quæ de hac controverſia jam ſupra annotata ſunt *ad lib. 1. not. 618. ſect. 1. & 2. p. 365. ſeq.* T.

(846) Deteriorem hic ſtatum vocat, quando Eccleſiæ opes & facultates non augentur, aut ſaltem non manent eædem. At olim omnes ejusmodi opes erogabantur in pauperes, nec alius bonorum Eccleſiaſticorum finis fuit & intentio. Vid. quæ ex Ambroſio recitat Gratianus *c. aurum 12. q. 2.* Apoſtoli ſane & primitiva Eccleſia agros & prædia Eccleſiæ oblata omnino alienari & vendi voluerunt, preciaque in uſum miniſtrorum & egenorum diſtribuerunt. *Olim non erat ſic. Locus notabilis Petri de Ferrariis.*

 Leges

Digitized by Google

res tam ſecularium, (847) quam eccleſiaſticarum legum

Leges autem, quæ deinceps bona Eccleſiarum alienari prohibuerunt, non fuerunt latæ pro Clericis contra Eccleſiam, ut nimium illi abundarent, & poſthabitis Eccleſiæ ac pauperum neceſſitatibus in deliciis luxuriarentur, ſed pro Eccleſiis contra clericos, ne ipſi dilapidatis Eccleſiæ bonis illa vel eorum precia in fraudem Eccleſiæ ſibi uſurparent. M. Ant. de Dominis *de Rep. Eccleſ. l. 9. c. 3. n. 11.* Sed enim in diverſa omnia abierunt Clericorum mores, de quibus hic adſcribam querelam Joh. Petri de Ferrariis *in Prax. tit. 15. n. 2.* his verbis conceptam: *Hæc eſt practica modernorum clericorum, qui habent quatuor & plura beneficia ſimul, quod totum operatur extrema inſatiabilis Clericorum avaritia, qui deceperunt noſtros antiquos Laicos, a quibus ſub ſpecie bene diſpenſandi inter pauperes & ſuſtinendi deſolatos perceperunt & eis collata ſunt tot & tanta bona immobilia, quibus abutuntur paſcendo eorum equos, familiares, parentes, meretrices, & filios.* Idem *tit. 51. n. 3.* ita ſcribit: *Clerici & Religioſi fecerunt pro ſe legem, quod non poſſunt vendere nec alienare, nec dividere eorum bona, ſicque in brevi neceſſe eſt, quod omnia bona Laicorum ſubjiciantur dominio Clericorum, niſi bonus Imperator provideat, qui donationem Conſtantini revocet & legem faciat, ut omnium Clericorum ſtatus ad ſtatum mendicantium fratrum penitus reducatur, & Papa cum Cardinalibus ſimiliter ad vitam Chriſti & Apoſtolorum ejus deveniat, in cujus terra eſt generalis Vicarius, unde ſervare debet geſta ejus, quia omnis Chriſti actio & Apoſtolorum ejus debet eſſe exemplum & regula vivendi ipſi Papæ & Cardinalibus ejus; alioquin non videretur ejus eſſe perfectus vicarius, qui deviare velit in ſtatu & vita a moribus & exemplis ejus.* Hæc Joh. Petrus de Ferrariis, qui vixit circa annum MCCCCX. Z.

Allegationes legum. (847) Quæ habentur in *l. 14. l. 17. C. de SS. Eccleſ.* it. in *No-*

gum (848) pœnis ſubjacebunt. (849) Alienationis †) autem

†) *c. nulli §. alienationis extr. eod.*

Novell. 7. & 120. de quib. vid. Cujac. *ad init. Novell. 7.* & Ritterhuſ. *in Novell. part. 1. c. 8. n. 27.* Z.

Et Canonum Quatenus hi leges.

(848) Vid. *c. 6. X. de reb. Eccleſ. alien.* Supra autem ad tit. *de Eccleſiaſt. conſtit.* dixi, Eccleſiam conſtitutiones ſuas non apellaſſe νόμους, ſive leges, ſed canones; quæ tamen leges vere ſunt & dicuntur, ſicubi a principe ex poteſtate legislatoria, quæ ſeſe etiam ad eccleſiaſtica diffundit, promulgatæ fuerint. Z.

Hiſtoria prohibita alienationis.

(849) Originem & progreſſum tam canonum, quam legum, alienationem bonorum Eccleſiaſticorum potiſſimum immobilium prohibentium, tradit diſtinctius Ziegler. *d. cap. 28. §. 8. usque ad §. 12.* Summa huc redit; non debere bona Eccleſiaſtica ullo modo alienari, niſi cauſa neceſſitatis & ſummæ utilitatis, & prævia quidem cauſæ iſtius diſcuſſione, & cum omnium quorum intereſt conſenſu, ita tamen, ut in ejusmodi alienationibus Epiſcopi ſemper præcipua habeatur ratio. Modum procedendi & formam in iſtiusmodi talibus alienationibus obſervandam, accurate deſcripſit Johannes Papenius *lib. 1. areſt. tit. 13. n. 3.* & Antonius Mornacius *ad l. 14. C. de ſacroſ. Eccleſ.* ubi refert exemplum, quo revocata fuit alienatio agri a quadraginta quinque religioſis ante quindecim annos facta propter contradictionem unius religioſi, qui eam poſt tot annos impugnabat, & ſine cauſa celebratam aſſerebat. Quale exemplum aliud refertur apud Antonium Bengeum & Franciſcum Pinſſon. *de benefic. tit. de reb. Eccleſ. al §. 7. n. 2.* Atque inde patet, quam difficile ſit cum Eccleſia contrahere. De moralitate prohibitæ alienationis ſolide diſſerit Sarpius *de beneficiis §. 36.* „Aprés avoir parlé pluſieurs fois des moiens, par où les Egliſes ont acquis des biens temporels, mon ſujet demande, que je die, comment elles ſont pour les conſerver. Et je dis, que c' eſt en défendant toute ſorte d' alienation; choſe diamétralement opoſée à l' uſage de la Primitive Egliſe. Car bien que les Egliſes, aprés

Moralitas ejus.

que

autem verbum continet hoc loco venditionem, permu-

que les Princes leur eurent permis d' acquèrir des biensfonds, gardaſſent ceux, qui leur étoient donnez, ou laiſſez, l' Evêque avoit pourtant la liberté, non ſeulement de ſe ſervir des revenus, mais encore de vendre les fonds mêmes, pour entretenir les Miniſtres de l' Autel, & les Pauvres, & pour en diſpoſer ſelon l' éxigence du tems. Et ſon autorité de diſpenſateur ne ſ' étendoit pas ſeulement ſur les fruits, comme maintenant, mais auſſi ſur les fonds, & ſur tout le reſte; ce qui du commencement s' adminiſtroit avec franchiſe, ſans qu' il en arivât d' inconvènient; & dura même longtems les Egliſes pauvres, où il n' y avoit pas matiére de transgreſſer, parce que leurs biens étant tres-petits, les Evêques avoient peu de choſe en maniment. Mais dans les Egliſes riches & grandes, où l' abondance donnoit moien aux Evêques d'emploier quelque partie des revenus, à leur volonté, & leur inſpiroit la hardieſſe de tenter des choſes, qui n' euſſent pas été permiſes à d' autres, ils commencérent à paſſer les termes de la modeſtie, en diſſipant, au-lieu de diſpenſer; de ſorte qu' il fut beſoin d' y pourvoir. Encore le remède ne vint-il pas des Ecléſiaſtiques, mais des ſéculiers, qui portoient toute la perte; car les biens communs de l' Egliſe venant à ſe diminuer, il n' en arivoit pas pis aux Clercs, qui avoient les deux premiéres parts; mais aux pauvres, qui n' avoient que la derniére. Comme les Egliſes de Rome & de Conſtantinople étoient les deux principales, il falut commencer par elles. L' Empereur Leon défendit toute ſorte d'aliénation à l' Egliſe de Conſtantinople, par un Edit, qu' il fit en l' an 470. Et Baſile Cecina, Capitaine des Gardes d' Odoacre, Roi de Rome, le Siège vacant par la mort du Pape Simplice, ordonna par un Decret fait dans l' Egliſe, que les biens de l' Egliſe-Romane ne pouroient être aliénez, ce qui ne parut point étrange aux trois Pappes ſuivans. Mais Odoacre & toute ſa puiſſance ajant fini, le Pape Simmaque aſſembla, en l' an 502. un Concile de toute l' Italie, où

Digitized by Google

où il remontra, que c' étoit une grande abſurdité, qu' un Laïque eut fait des conſtitutions dans l' Egliſe, & puis, de l' avis du Concile, il les déclara nulles. Mais de peur que l' on ne cruſt, qu' il en uſoit ainſi, pour continuer le déſordre, le Concile déclara, que le Pontife Romain, ni les autres Miniſtres de cète Egliſe, ne pouroient aliéner, ſpécifiant, que ce Decret n' obligeroit point d' autre Egliſe, que la Romaine. Les tems ſuivans firent voir, que toutes les Egliſes avoient beſoin de la même loi, &, pour ce ſujet, Anaſtaſe étendit celle de Léon, à toutes les Egliſes du Patriarcat de Conſtantinople, en leur défendant de rien aliéner. Mais l' an 535. Juſtinien fit un Edit général pour toutes les Egliſes d' Orient, d' Occident, & d' Afrique, & encore pour tous les lieux pieux, avec défenſes d' aliéner, ſi ce n' étoit pour nourir les Pauvres durant quelque famine extraordinaire, ou pour racheter les priſonniers; auquel cas il permétoit l' aliénation, conformément à l' ancienne coutume, dont parle Saint Ambroiſe, qui dit, que pour ces deux cauſes, on ne vendoit pas ſeulement les fonds, mais encore les Vaſes ſacrez. La loi de Juſtinien fut obſervée dans l' Occident, tant que Rome fut ſujéte aux Empereurs d' Orient, & il y a beaucoup des létres de S. Gregoire, qui font mention des biens aliénez, pour le rachat des Eſclaves Chretiens. Et par l' eſpace de deux-cens ans à compter depuis Pélage II. juſques à Hadrien I. l' Egliſe Romaine fit une dépenſe incroiable à ſe racheter des Lombards, pour leur faire lever leurs ſiéges, & ceſſer leurs ravages; & le même S. Gregoire en rend bon témoignage pour ce qui ariva de ſon tems. La doctrine, qui ſe débite ajourdhui, que les biens eccleſiaſtiques ſont exemts des charges communes, n' avoit point de crédit alors, au contraire ces biens étoient toujours les premiers, qui s' emploioient, avant que l' on miſt aucune contribution ſur ceux des Particuliers. Et jamais on ne ſe fût aviſé de métre en diſpute, ſi les Princes ont l' autorité de faire des loix; car outre l' uſage obſervé de tout tems, il y avoit encore un fondement ſolide, ſavoir, que ces biens étoient les biens des Egliſes, c' eſt-a dire, de tout le corps des Fidéles; & que, par conſequent, le Prince étoit

Digitized by Google

obligé d' en procurer la conſervation. Aprés que l' Empire fut établi en la perſonne de Charlemagne, les loix Romaines reſtans ſans autorité, l' abus recommença, &, pour y remédier, pluſieurs Conciles firent divers réglemens, principalement en France, ou la diſſipation étoit plus grande. Mais depuis que les Papes ſe furent introduits plus avant dans le gouvernement des autres Egliſes, voïant, que la prohibition univerſelle faiſoit peu d' éfet, à cauſe des Evêques, qui ne manquoient pas de prétextes, pour excepter de la loi commune tous les cas particuliers; ils firent depuis l' an mille juſques à 1250. divers ſtatuts, où étoient preſcrites certaines formules de ſolennité, qui ſervoient de frein, & d' empêchement. Mais au tems, dont nous parlons, Innocent IV. commença à déclarer nulles les aliénations faites ſans ces conditions; & Grégoire X. dans le Concile de Lion de 1274 ordonna, que, pour aliéner, il faudroit encore, outre les formalitez ſusdites, une permisſion du Pape; ce qui fut & eſt encore obſervé, aucune aliénation ne ſe permétant aujourdui, ſi ce n' eſt pour une utilité evidente. Mais cette utilité n' a pas manqué d' être cenſurée comme une injuſtice formelle, car au-lieu, qu' il ne s' eſt jamais ſtipule dans un contract, que l' égalité, le ſurplus de l'un tournant au détriment de l' autre; les Canoniſtes, pour ſpécifier, quelle doit être l'utilité, que l' Egliſe doit recevoir en aliénant, diſent, les uns, que ce doit étre la troiſiéme partie de la valeur; les autres la quatriéme; ce qui a entiérement aboli la coutume de vendre, pour nourrir les Pauvres dans une famine extraordinaire, ou pour racheter les eſclaves; l' interpretation concluant toujours, que cela tourneroit au dommage, & non pas au profit de l' Egliſe. Et voila comme les choſes vont tout à rebours: autrefois c' étoit une œuvre de la plus haute perfection Chretienne, que de vendre & de donner aux Pauvres; aujourdui ce ſeroit encourir les cenſures, & la perfection conſiſte à retenir les fonds écclésiaſtiques, & à ne pouvoir pas même permuter ſans une utilité évidente: & les défenſes d' aliéner, qui étoient faites en faveur de ſéculiers contre les Eccléſiaſtiques, ſe ſont changées en d' autres en faveur des Eccléſiaſtiques contre les ſécu-

Digitized by Google

mutationem, (850) hypothecam, donationem, conductionem, emphytheuſin & omnem conventionem, per quam dominium transfertur.

Eccleſiam ſuam non poteſt quis gravare pro alienis debitis, & debita neceſſaria facta a prædeceſſore luenda ſunt. Idem ſi clericus de mandato fidejuſſerit, aut in rem ipſius eccleſiæ mutuum verterit.

§. 3. Sed *b*) nec commiſſam ſibi eccleſiam pro alienis gravare debitis aut literas alicui, vel ſigilla concedere, quibus eccleſia poſſit obligari, aliquis audere debet: alioqui nec eccleſia ad talium debitorum ſolutionem tenebitur, & qui id auſus fuerit, a ſpiritualium & temporalium adminiſtratione ſuſpenſus erit. Debita *c*) tamen a prædeceſſore ſuo pro eccleſiæ neceſſi-

b) *c. 2. extr. de fidejuſſ.*

c) *c. 1. extr. de ſolut.*

---

culiers." Hactenus Sarpius, cujus locus quamvis paulo prolixior, dignus mihi viſus fuit ut integer apponatur, partim quia ita præſcinditur Pontificiis exceptio, quaſi iſta ex odio erga religionem ſcripta eſſent. T.

(850) Nec promiſcue tamen & ſemper omnis omnino alienatio Epiſcopis interdicta fuit. Quod enim non multo poſt congregatum fuit Concilium Epaonenſe, permutationem permiſit: *can. 12. Nullus Epiſcopus de rebus eccleſiæ ſuæ ſine conſcientia metropolitani ſui, vendendi aliquid habeat poteſtatem, utili tamen omnibus commutatione permiſſa*, adhibito ſcilicet conſenſu eorum, quorum intereſt. *c. 1. X. de reb. Eccleſ. al.* Sed rigidior multo fuit eodem ſeculo Leo Imperator *in l. 14. C. de SS. Eccleſ.* nec commutationis quidem titulum admittens, nec, ſi omnes cum religioſo Epiſcopo & Oeconomo Clerici in earum poſſeſſionem alienationem conſentiant. *Z. III. 28. 10.*

Variatio de permutatione.

ceſſitate (851) contracta, ſolvere proculdubio tenebitur. Idem, ſi clericus de mandato (852) fidejuſſerit, *d*) aut ſi non de mandato, in rem tamen eccleſiæ, (853) mutuum verterit.

d) *c. pen. extr. de fidejuſſ.*

Poteſt prælatus rem non magni valoris in aliquem bene meritum transferre, & terram gratia fabricandæ eccleſiæ alicui concedere.

§. 4. Excipiuntur tamen (854) nonnulli caſus, in quibus donandi, permutandi, locandi, libertatem, feudum, & emphyteuſim dandi, aut aliter alienandi jure licentia conceditur. Nam *e*) ſi quid prælatus non magni valoris

e) *c. ceterum extr. de donat.*

ad §. 3.

Eccleſia quando obligetur ex mutuo prælati. (851) Generaliter Eccleſia ex mutuo prælati non obligatur, niſi conſenſus vel mandatum capituli intervenerit, vel pecunia a prælato mutuo accepta in rem Eccleſiæ converſa probetur. Hac enim in re nihil facit præſumptio, ſed creditor verſionem probare debet. Andr. Rauchbar *part. 1. quæſt. 26.* Z.

Cujus mandato? (852) Epiſcopi & capituli. *c. pen. X. de fidejuſſ.* Solus enim Epiſcopus uti ſine conſenſu capituli non alienare, ita nec ſine eo mandatum de fidejubendo dare poteſt. Z.

Ratio. (853) Propter utilitatem enim & quia propter verſionem illam locupletior facta eſt Eccleſia, ab initio quaſi cum illa ipſa geſtum vel contractum cenſetur, *l. 1. ff. de in rem verſ.* Z.

ad §. 4.

De dotatione filiarum. (854) Ad caſus exceptos referunt etiam dotationem filiarum ſive legitimarum, ſive ſpuriarum, ita ut ſi aliunde non ſuppetat, de ipſis bonis Eccleſiaſticis dotis conſtitutio fieri poſſit. Martin. ab Azpilcueta Navarr *in cap. non liceat 12. q. 2. n. 11.* Quaſi vero eum in finem bona in Eccleſiam collata ſint, ut inde clericorum alantur & elocentur ſpuriæ filiæ. Z.

(855)

Digitized by Google

loris (855) alicui forte ob bene merita donaverit, præſertim ſuadente conſuetudine, (856) jure ſuſtinebitur donatio. (857) Multo magis idem erit ſtatuendum, ſi quid forte ſoli ad eccleſiæ fabricam erigendam conceſſum fuerit: quo caſu tantum donare licet, quantum eccleſiæ parietes concludere poſſunt. (858) Pro-

(855) Id habet in uſu Eccleſia apud Pontificios, ut liberaliter ſumat, parce eroget. At enim ſi merita non fuerint ſimplicia, ſed talia, quæ operam aliquam in ſe continent, & propter quæ competit jus agendi extra ordinem *l. 1. pr. ff. de extraord. cognit.* quia tum, ſi quid in vicem meritorum aliquid donatum fuerit, donatio iſta remuneratoria titulum onerosum continet, Joh. Garſ. *de donat. remun. n. 6.* utique non videtur ea annullari debere, utcunque magni valoris res ſine conſenſu capituli alienata fuerit. Et proinde recte Menochius *de arb. jud. quæſt. caſ. 434.* nulla facta mentione valoris id tantum requirit, ut prælatus non excedat remunerationis limites. Et recte, quia, ſi excedatur menſura, id quod in exceſſu fuerit, ad donationem ſimplicem refertur. Interdum tamen ex perſona & ex rei qualitate præcedens beneficium majoris habetur, ut in *l. pen. §. 1. & l. 27. ff. de donat.* Z. *Quid ſi donatio remuneratoria?*

(856) Plane ut tutor ſolennia dare poteſt munera *l. 12. §. f. ff. de admin. ſtr. tut.* Z. *Simile.*

(857) Quia proprie non eſt donatio, cum ex mera liberalitate, ex qua ſubſtantiatur donatio, non proficiſcatur. Add. Franciſc. Card. Mantica *lucubrat. Vatican. lib. 13. c. 15.* Z. *Donatio impropria.*

(858) Imo forte aliquanto plus, præſertim cum ab oſtio Eccleſiæ in circuitu adhuc triginta paſſus Eccleſiæ jure cenſeantur. Vid ſupr. *tit. de immun. eccleſ. §. nec ab atriis tantum.* & Gratian. *c. quisquis inventus 17. q. 4.* cui accedit, quod plerumque hodie cœmiteria circa Eccleſias habeantur. Z. *Dubium.*

Digitized by Google

Proventus eccleſiaſtici poſſunt vendi ad modicum tempus, & ad precariam concedi, quæ renovandæ erunt de quinquennio in quinquennium.

§. 5. Idem juris erit & de redituum fructuumque venditionibus ad tempus modicum faciendis, & de precariis, (859) quæ quandoque de eccleſiarum poſ-

---

ad §. 5.

Precaria origo.

(859) I. Antiquiſſimus & qui Eccleſiæ multum emolumenti contulit, fuit contractus precariæ, de cujus origine non una omnium eſt ſententia. Nonnulli Francos vel potius Alemannos ejus autores faciunt tempore Clodovæi. Sed Beatus Rhenanus *lib. 2.* ad quem provocant, non loquitur de inventione prima hujus contractus, ſed quod primum tum apud Alemannos cœperit. Antiquiorem fuiſſe ejus originem patet ex *l. 14. C.* de SS. Eccleſiis, quæ conſtitutio Clodovæi baptismum integris 16. annis anteceſſit. Frequentior deinceps precariarum occurrit mentio in variis conciliis Gallicis, legibus Longobardorum, Capitularibus Caroli M. formulis Marculfi, chartis Alemannicis Goldaſti &c. Sed dici non poteſt,

Incerta definitio.

quanta inde varietas occurrat, propter quam fieri vix poteſt, ut per generalem aliquam deſcriptionem contractus hujus natura explicetur, & ignorantibus ſub uno aliquo ſchemate proponi queat. Tentavit tamen id Georgius Franzkius JCtus clariſſimus, *tr. de laudem. cap. 12. n. 15.* talem ὑπογραφὴν atque τύπον exhibens: *Precaria eſt ceſſio uſusfructus rei immobilis vel potius jus utendi, fruendi, quod conceditur ei, qui Eccleſiæ rem ſuam donavit, aut liberis ejus vel in ea re ſola vel in aliis rebus Eccleſiæ, vel tam in ea, quam in aliis rebus ad tempus certum vel in tempus vitæ donatoris vel etiam filiorum ejus & in perpetuum, & tam ſine, quam cum annua penſione.* Sed vereor ego, ut omnes ejus variationes expoſuerit, quippe quod nulla certa regula is contineatur, ſed pro

Vocatur et-

ratione & varietate conventionis ipſe quoque variet. Dicitur hic con-

poſſeſſionibus fieri ſolent: quæ,ne temporis longinqui-

---

contractus *precaria*, aliquando etiam *præſtaria*. Vid. Baluzius *ad Reginon. lib. 1. c. 362.* Sæpe publicæ calamitates adegerant principes, ut ipſi bona Eccleſiaſtica acciperent precariæ titulo, maxime ſi exercitus conſcribendus aut continendus eſſet, ut ex edicto Carolomanni in concilio Liptinenſi anno 743. patet. Etſi vero hæ precariæ antiquiſſimis temporibus nonniſi ab Eccleſiæ Rectoribus vel Oeconomis concedi poſſent, invaluit tamen ſeculo Carolino, ut Regum etiam talis poteſtas eſſet, ut patet ex Capitulari Caroli M. *ann. 779. c. 14.* Differentia autem præcipue in eo fuiſſe videtur, quod in precariis juſſu Regio conceſſis renovatione opus non eſſet, quippe quas ſine conſenſu Regis non liceret reſcindere. Quin & ipſimet Principes aliquando in beneficium aut precariam dabant res Eccleſiaſticas, præcipue quando eas in dominicatu, uti loquebantur, defuncto Epiſcopo jure Regaliorum habebant. Non aliud ad rem præſentem magis eſt accommodatum exemplum, quam quod ex appendice ad Flodoardum recenſet Hincmarus Remenſis *tom. 2. opuſc. 60.* de villa Novilliaco. Nec puto, precariam ſemper interceſſiſſe, imo ſæpe pro fiſcalibus talia bona habita fuiſſe, ex iisdem Flodoardi verbis ſequentibus colligi poteſt. Sic enim poſt Caroli Martelli tempora obtinuit, ut ejusdem Caroli exemplo, qui primus bona Eccleſiaſtica militibus ſuis utenda conceſſit, ſucceſſores ejus, Pipinus, Carolus, Ludovicus, & qui ſecuti ſunt alii, bona iſtiusmodi ſimiliter in precariam Laicorum poſſeſſionem transferrent. Quod in concilio improbatum legitur apud Baronium *ad annum 804. n. 28.* Et memorabilis eſt eam in rem canon Synodi Belvacenſis *ann. 845.* qui inſertus eſt canonibus Concilii Meldenſis ſub *n. 22.* Poſt annos decem celebratum fuit Concilium Valentinum III. quod *can. 8.* multo acerbioribus verbis illos qui juſſu regis bonis Eccleſiaſticis incubare ſtudent, perſtringit & coercet. Nec vero dubium eſt per precarias iſtas multis ſæpe obtrectationibus & diffamationibus

ium præſtaria.

Precaria Regibus conceſſa.

Sæpe lim etiam a Regibus.

Donec concilia hoc improbarent.

Creditum quod Clerus

quitate juris eccleſiaſtici pereat memoria, de quinquennio *f*) in quinquennium renovandæ erunt.

f) *c. 1. extr. de precar.*

Pre-

---

hereditates captaverit per precarias.

bus expoſitos fuiſſe Epiſcopos & Oeconomos, quod viderentur ita hereditates alienas captare, & defraudare heredes legitimos. Quam querelam ut amolirentur & ſe excuſatos redderent Patres in Concilio Turonenſi III. congregati, hanc *can. 51.* ſcripſerunt apologiam: *Diligenter tractare & inquirere pariter cœpimus in conventu noſtro, ſicut pia ſereniſſimi Principis noſtri nobis injunxit admonitio de illis hominibus, qui exhereditati eſſe dicuntur, ſi aliquis eſſet, qui noſtris temporibus voluiſſet dicere, ſe a quolibet noſtrum illis privari rebus, quas pater ejus, aut mater, aut frater vel aliquis propinquorum ad Eccleſias DEI dediſſet, & in ejus nomine iterum precaria a Rectoribus Eccleſiarum acciperetur. Sed in eodem conventu noſtro neminem reperimus, qui de hac re adverſus nos conqueri voluiſſet. Nam pene nullus eſt, qui res ſuas ad Eccleſias donet, niſi de rebus Eccleſiaſticis aut tantum quantum donavit, aut duplum, aut triplum uſufructuario accipiat, & quibus ille tunc, vel quantis filiis aut propinquis a rectoribus impetraverit, poſt diſceſſum ejus eadem conditione, qua ille tenebat, poſteri ejus ſibi vindicent. Hic uſus & hæc ratio apud nos usque modo de talibus tenebatur. Nam nobis viſum eſt, prædictis heredibus hanc dare opinionem, ut ſi voluiſſent traditiones parentum ſuorum conſequi, de qua illi jam erant per legem excluſi, rectoribus Eccleſiarum ſe commendarent, & hereditatem illam in beneficium, unde ſe adjuvare ac ſuſtentare poſſent, acciperent.* Utrum hæc argumenta ſufficientia viſa fuerint aut videri potuerint heredibus ab inteſtato, dubitare merito licet. Sane plus habere cenſetur, qui proprietatem alicujus rei habet, quam ille, qui uſumfructum tantum, &c. *Z. III. 28. 13. ad 23.* ubi fuſius dicta declarat.

Variæ acceptiones pre-

II. Quæ Zieglerus in nota præcedente de incertitudine definitionis precariæ monuit, iis addi poſſunt ea, quæ diſſerui *in diſſer-*

Precarium ſolvitur ad beneplacitum concedentis: ſecus precaria, niſi ſit irrationabilis.

§. 6.

ſertatione de natura precum juridicarum §. 25. Cangius *in Gloſſario hac voce* varios illos conceptus, & varias ſpecies precariæ in certas claſſes ordinat, & ſingulas adductis formulis aut diplomatibus illuſtrat. Res eo redit: Precaria in antiquis chartis ſumitur pro emphyteuſi bonorum Eccleſiaſticorum. Cur autem Eccleſia Emphyteuſin in prædiis ſuis receperit, rationem hanc reddit Gregorius M. *lib. 1. Epiſt. 42.* quod in eorum locationibus crebræ fierent conductorum mutationes, eoque ipſo minus bene Eccleſiarum agri colerentur. Inductæ præterea prædiorum Eccleſiaſticorum Emphyteuſes Conſtitutionibus Imperatorum ac maxime Leonis & *Novella* 7. Juſtiniani, quibus eæ permittuntur usque ad filios & nepotes ſeu in tertiam generationem, ſeu ut chartæ aliæ ad primum & ſecundum hæredem. Interdum tamen ex pacti conventi legibus longius extendebantur precariæ ad quartum nempe & interdum ad quintum hæredem. Sæpe etiam ad primum hæredem reſtrictæ leguntur; interdum ad vitam ipſius, qui precariam obtinebat. Interdum hiſce contractibus rerum ſuarum uſumfructum concedebat Eccleſia, ea conditione, ut tantæ quantitatis proprietatem ex rebus ſuis uſufructuarius vel vivens, vel poſt mortem Eccleſiæ dimitteret. Interdum per precarias quis res proprietatis ſuæ Eccleſiæ tradebat, easque poſtmodum ſibi dari poſtulabat ſeſe annuo cenſui adſtringens. Variæ deinde erant precariarum leges, quas inter fuit illa, ut de quinquennio in quinquennium renovarentur, ne ex ſilentio præſcriptio aliqua obtenderetur. Quicquid vero ſit de variis modis contrahendi precariam, tamen antiquis, pariter & novioribus temporibus precaria ſumta fuit plerumque in eo ſenſu quem deſcribit Sarpius *de beneficiis* §. 19. Pour retourner au tems d' aprés la poſtérité de Charlemagne, il s' inventa en France un moïen, par où les Egliſes augmentérent leurs biens à l' infini, quoi

In caria ex Cangio.

Potiſſima ſpecies precaria ex Sarpio.

 qu'

§. 6. Diſtat autem precarium a precaria: quia precarium g) tamdiu conceditur, quoad is, qui conceſſit,

g) c. fin. extr. de precar.

qu' il ſemblât être tout à l' avantage des ſéculiers; & ce fut un contract apellé *Précaire*, par lequel quiconque donnoit ſon bien à l' Egliſe, recevoit d' elle l' uſufruit de ce bien, & la valeur de deux fois autant, durant ſa vie; & quand on vouloit auſſi ſe dépoüiller de l' uſufruit, elle donnoit trois fois autant d' autres biens écleſiaſtiques à joüir; & cet uſage paſſa même en Italie. Pour lors le contract tournoit au profit de celui, qui triploit ſes revenus, & à la commodité de ceux, qui ſe voïoient ſans enfans, ou qui ſe ſoucioient plus du bien preſent, que de leur famille; mais au vrai, le gain étoit du côté de l' Egliſe, qui, par leur mort, aquéroit tout leur fonds. „ Tentabimus igitur an in re tam obſcura poſſimus definitionem dare perſpicuam. *Precaria eſt contractus peculiaris & aliis populis inuſitatus, inventus jam ante plurima ſecula a clero pſeudo-Chriſtiano ad decipiendos laicos, ut ſub ſpe lucri, ab eccleſia captandi, bonis ipſi aut eorum liberi & conſanguinei exuantur, aut ut ſub falſa promiſſione uſusfructus rerum propriarum, Eccleſiis ad emendam ſalutem æternam datarum ſed quandocunque Eccleſiæ placuerit, iterum adimendarum, laicos & ſalute aterna & libertate re inæſtimabili, & bonis inſenſibiliter fraudarent.* Ne vero in hac definitione vel verbulum videamur fruſtra poſuiſſe, eandem, ſed paucis declarabimus.

Definitio accuratior precariæ.

Precaria quanta quanta eſt ad deplumandos Laicos inventa.

Valde operam dediſſe clerum Pontificium ad acquirendas opes infinitas, & effectus teſtatur, & illud aureum axioma de rebus Eccleſiæ non alienandis, vi cujus, dictum Chriſti, quod dare beatius ſit, quam accipere, tanquam nimis ſimplex, non ſine applauſu rejicitur, & loco ejus articulus fidei primarius in eo ponitur, omnia acquirenda, nihil dandum eſſe, ut adeo hoc intuitu eccleſiæ hæc clericalis non cœlo, neo purgatorio, ſed inferno ſit ſimillima. Ut enim ex purgatorio quidem, ſed ex inferno nulla eſt redemtio, ita etiam bona Eccle-

Digitized by Google

ſit, patitur.: Precariæ vero non ſunt pro voluntate con-

Eccleſiæ acquiſita inde non redeunt, hinc & originem ſumſit manus mortua. Purgatorium, doctrina de ſanctis, & quod ſine clero nullus divitum mori debeat, atque hic aucupatæ heredipetationes & legata ad pias cauſas, modus acquirendi fuit primarius & antiquiſſimus, ita, ut jam Hieronymi tempore Reges & Principes opus habuerint, ejus augmenta ulteriora legibus interdicere. Vid. Martin. Schook. *Exerc. Var. III.* §. 9. Opus igitur fuit, ut & de aliis acquirendi artificiis ſollicitus eſſet Clerus. Invenit ergo Precariam jam ſub Auguſtini temporibus; Amelotus Huſſ.us *ad Paul. Sarp. de benefic. p. 92.* eaque jam ſub primis Francorum Regibus fuit in viridi obſervantia; Vid. *formulas* Marculfi & *ad eas* Bignonium. Et perſuaſerunt adeo Laicis, ut ſi ſalutem æternam vellent conſequi, (hinc in formulis Marculfi *lib.* 2. mentio fit in præſtaria clauſulæ ; *pro ſalute animæ*,) Eccleſiæ ſua bona donarent, & earum uſumfructum ad dies vitæ, vel etiam ad heredes, in conventione expreſſos, transferendum, precibus humilibus ab Eccleſia impetrarent. Unde & precariæ nomen, quæ tamen & præſtariæ titulo jam in illis antiquis formulis inſignitur. Etſi enim vi ipſius conditionis, quam in donationibus apponebant, iſtud qualecunque ſimulacrum uſusfructus ſibi reſervarent donatores, tamen pium erat, & Clero lucroſum, ut precum ope potius crederetur illa acquiſitio fieri. De lucro, quod Clerus ex illis larvatis precibus ſenſit mox memorabimus. Pietatis prætextus in eo fuit quæſitus, haud dubie bona, quæ homines poſſident, ſi Deum reſpicias, non ſunt nec in dominio hominum, nec in jure uſusfructus aut commodati, ſed ſolum precario poſſidentur. Eccleſia eſt ſponſa Dei & Chriſti. Sponſa utitur jure Sponſi. Clerus eſt Eccleſia repræſentativa. Ergo quicquid Eccleſiæ donatur, revera non ditiorem facit ſponſam Chriſti, ſed ſaltem humili declaratione offert ſponſæ, quæ jam ſunt ſponſi, & precibus illis declarat, quod bona ſua velit pre-

precario ſaltem a ſponſa recipere. Interim, ut hodie fieri ſolet, etiam in illis ſeculis multi fuere homines naſuti, quibus ſubolebat arcanum, quod ſub hac pietate captaret Eccleſia, unde fervor hujus pietatis haud dubie refrigeſcere cœpit, inprimis cum & ipſi reges Francorum invigilarent, ne reſpublica nimia hac liberalitate detrimentum caperet. Vide quæ ea de re, quamvis paululum obſcurius, narrat Lehmannus *c. 43.* Quare iterum novis illecebris opus fuit ad alliciendos Laicos; Et igitur placuit Eccleſiæ, ut qui offerret bona ſua Eccleſiæ, quæ ſingulis annis fructus v. g. 100. aureorum ferrent, reciperet ab Eccleſia ad dies vitæ, vel ad tempus determinatum annuatim 300. aureos. *Can. Precariæ Cauſ. 10. qu. 2.* Factum id ſeculo nono. Huſſeus *d. l.* Facile autem patet, quod plurimos Laicos, inprimis liberis deſtitutos, aut etiam liberis præditos, quibus magis cura bonorum præſentium, quam amor familiæ cordi eſſet, hic hamus attraxerit, cum hoc pacto triplum fructuum conſuetorum perciperent; & ita lætius & multo commodius vivere poſſent. Interim tamen nullum eſt dubium, quin plus lucrata fuerit hoc pacto Eccleſia, poſt mortem donantium proprietatem bonorum acquirens, judice ipſo Paulo Sarpio *d. l. p. m. 94.* & haud dubie non niſi cum hominibus provectioris ætatis, vel quorum luxurioſa vita ſpem faceret haud diu continuandæ vitæ, tales contractus celebrans. Sed haud dubie illud genus precariarum non niſi in caſu neceſſitatis ab Eccleſia fuit uſurpatum, unde mox creſcente quotidie Laicorum pietate, hi videntur contenti fuiſſe, ſi ſaltem fructus conſueti abſque duplo vel triplo ipſis relinquerentur, in tantum, ut inſuper & canonem vel cenſum annuum Eccleſiæ de bonis iſtis ſolvere inciperent. Vides adeo, quod precaria ſit arcanus modus deplumandi inſenſibiliter Laicos. Jam etiam breviter monſtrabimus, quam mala fide & fraudulenter hic inſuper uſa fuerit Eccleſia Catholica. Sed id commodius fiet ad paragraphum ſequentem. T.

ad

concedentium revocandæ, niſi ſint irrationabiles: (860) quo

ad §. 6.

(860) Quam exoſum ſit hominum genus, & quam fraudulentis ac malis artibus opus habeat, qui hereditates legitimis ſucceſſoribus intercipiunt, alibi latius deduxi *Diſſert. pecul. de jur. in-juſt. heredipetarum, & de captatoriis Inſtitutionibus.* Hunc vero ſcopum ſibi etiam in precariis propoſuiſſe Eccleſiam, ex modo dictis conſtat, & facile concipere poteris: quanta bona ablata fuerint orphanis, viduis & conſanguineis indigentibus ac pauperibus, aut ſaltem intercepta per illam triplicationem fructuum conſuetorum. Sed tranſeant iſta; videamus ſaltem fraudes in precariis communibus adhibitas, & quidem, ne affingamus aliquid Eccleſiæ, ſecundum doctrinam, quam ipſum jus Canonicum, & qui primus ad manus eſt Doctor Juris Canonici Pirhing. *ad Tit. de precariis,* nobis ſuppeditabit. Ait pontifex *Cap. 3. de precariis. Precariæ, quæ quandoque de Eccleſiarum poſſeſſionibus fieri ſolent, non ſunt pro voluntate concedentium revocandæ.* Vides hic eſcam ad alliciendos Laicos; quis enim tam ſtultus foret, ut bona ſua Eccleſiæ donaret, ſi, ut in precario fit, Eccleſia uſumfructum conceſſum ipſi iterum pro lubitu adimeret. Sed jam audi & fraudes, vel potius limitationes, & exceptiones, quibus Jus Canonicum & Canoniſtæ hoc promiſſum pro lubitu eludere aut regulam ſine conteſtatione fraudis tollere queunt. Primo non poterit revocare concedens, ſed bene tamen concedentis ſucceſſor *Cap. 2. h. t.* Ergo cave ne decipiaris. Sed facile ſentio, nec tibi deeſſe advocatum, cautelas & fraudes pias ſuppeditantem. Curabis videlicet, ut concedens pro ſe & ſucceſſoribus tibi ſub gravi pœna promittat, quod nolit revocare bona ita conceſſa. Concedunt precarias regulariter Epiſcopi, homines divites. Ab his ergo in caſu violatæ fidei certa pœna, in ſcripto promiſſa, per actionem ſummariiſſimam & proceſſum executivum poteris pœnam non difficulter exigere. Sed au-

Mala & fraudulenta artes in precariis adhibita, ut Laici omnibus modis deciperentur.

diatur & altera pars. Non urgebo, etiam proceſſus ſummariiſſimos & executivos, non prodeſſe actoribus adverſus reos potentes, ſaltem videamus, quid Jus Canonicum ad hanc cautionem dicat. Nequaquam inquit *eodem cap. 2.* tenetur ſucceſſor ex conventione pœnali anteceſſoris. Verum forte tibi ſufficiet, ſi modo obligatus ſit concedens ad obſervationem contractus, aut ad pœnam promiſſam, quia Epiſcopus cum quo contraxiſti, veroſimiliter diutius vivet. Aſt nec hunc cenſent Canoniſtæ obligatum eſſe, ad ſervandum contractum, ſed poſſe eum revocare & reſcindere, ſi modo in adminiſtratione toleretur. *arg. cap. ſi quis 6. de reb. Eccleſ. alien.* Pirhing. *d. l. n. 11.* Neque tibi imaginare, quod ſaltem pœnam in ſtipulatione adjectam ſis accepturus. Nam & huic incommodo Epiſcoporum providerunt Canoniſtæ. Si enim contractus ipſe eſt invalidus & reſcindendus; tum etiam pœna adjecta non valet, ſed corruit, quia pœna eſt acceſſoria contractus, ideoque ſequitur naturam ſui principalis. *l. 42. de Reg. Jur. in 6.* Pirhing. *ibid. n. 12.* Indignaris non Eccleſiæ, ſed mihi, quaſi tibi matrem Eccleſiam vellem ſuſpectam ſine ratione & quaſi per calumniam reddere. Quid enim? ais, an putas illas aſſertiones, quod concedentes precarias poſſint conventionem pro lubitu reſcindere, nec teneantur ſtipulationi pœnali doctrinæ Juris Canonici, eſſe conformes? Loquitur Jus Canonicum, loquuntur Canoniſtæ evidentiſſime de caſibus, ubi contractus irrationabiliter & in damnum Eccleſiæ facti ſunt. *d. cap. 2.* Pirhing. *n. 10. 11. 12.* At ideo precariæ ſunt inventæ, ne damnum Eccleſia patiatur. Sunt prohibitæ alienationes bonorum Eccleſiæ, at in precariis non alienantur bona, ſed conceditur ſaltem per modum beneficii poteſtas utendi, fruendi; proprietas vero manet apud Eccleſiam, unde nec poſſeſſores rei precario conceſſæ, eam præſcribere poſſunt, *Can. Clerici 11. cauſ. 16. qu. 3.* Pirhing. *n. 14.* Sed compeſce gaudium, aut fiduciam tuam, & audi etiam alterum textum vel gloſſam. Quia contractus precariarum valde affinis & ſimilis eſt conceſſioni uſusfructus, vel etiam contractui emphyteutico, ideo nomine alienationis rerum Eccleſiaſticarum prohibitæ etiam precariæ comprehenduntur, Pirhing.

Digitized by Google

quo caſu poterit ſucceſſor a prædeceſſore conceſſam precariam reſcindere & revocare. (861)

Ruinæ, predia inculta, & ſilvæ exſtirpatæ poſſunt ſub annuo cenſu concedi in emphyteuſim, & ſi per biennium in ſolutione cenſus ceſſatum fuerit, poteſt emphyteuta expelli.

§. 7. Ruinæ quoque, quas eccleſia reficere non valet, & inculta prædia, (862) ut exſtirpatæ ſylvæ, in em-

---

hing. *n. 15. in fine* ubi & alios citat. Satisfeci adeo promiſſo & oſtendi, quod in precaria clerici, pro lubitu ſub prætextu juſtitiæ Laicos decipere potuerint. T.

(861) Obiter noto, in decretalibus *c. 2. X. de precar.* eadem prorſus haberi verba, quæ habentur in decreto *c. de precariis 10. q. 2.* & in decreto tamen paleæ nomine inſigniri. Ex quo patet, non reſpui debere paleas in decreto contentas. Iſtud vero negligentiam arguit & oſcitantiam compilatoris decretalium, quod verba iſta perinde ut Gratianus ex concilio Carthaginenſi deſumpta eſſe dicit, cum tamen in nullo codice canonum Carthaginenſium inveniantur, uti jam diu obſervavit Antonius Contius & Anton. Auguſtinus. Z. *Palea canonizata.*

ad §. 7.

(862) Lex meliorationis in incunabilis hujus contractus erat præcipua nota, qua ab aliis conceſſionibus cognatis diſtinguebatur & hac ratione inculta tantum prædia & ſteriles agri in emphyteuſin (a ſubtiliore parte culturæ ſic dictam) dabantur. Sed ſucceſſu temporis etiam fertilia & urbana prædia in emphyteuſin dari cœperunt, ita ut ſpecifica differentia emphyteuſeos jam non amplius ſit melioratio & reverſio ad dominum poſt tempus, ſed periculum commiſſi, ſi per triennium aut biennium ab emphyteuta canon non ſolvatur. Carol. Molin. *ad conſuet. Pariſ. tit. 2. pr. n. 33.* Manſit tamen nomen, quod emphyteuta fundum colere adhuc te- *Emphyteuſeos natura. Differentia inter civilem & eccleſiaſticam.*

nea.

emphyteuſim ſub annuo cenſu his concedi poterunt, *h*) *c. ad aures. extr. eod.* a quibus, vel ſuo, vel parentum *h*) ſuorum labore conſtiterit exſtirpatas, niſi forte poſſint (863) aliis ad majorem eccleſiæ utilitatem cum eodem onere conferri. Qui

neatur, adeoque meliorare eum non inepte dicetur, dum eum non ſinit fieri deteriorem. Cæterum duplicem faciunt emphyteuſin, civilem, quæ in rebus conſtituitur Laicorum, & Eccleſiaſticam, quæ ab Eccleſia in rebus Eccleſiaſticis conceditur. Inter iſtas ſpecies aliqui hanc faciunt differentiam, quod emphyteuſis in perpetuum ſimpliciter conceſſa, ſi civilis ſit, ad quosvis tranſeat heredes, etiam extraneos, Eccleſiaſtica vero ad quosvis deſcendentes transmittatur, non ad extraneos, quam in rem conferre ſolent *Novell. 7. c. 3.* & *novell. 120. c. 6.* In illa enim Juſtinianus emphyteuſin Eccleſiaſticam in nepotibus terminari voluit; in hac id, quod ita *novell. 7.* conſtitutum erat, mutavit, & ut perpetuo fieri poſſet talis emphyteuſis, permiſit. Dicunt igitur differentiæ modo adductæ aſſertores, id tantum per *novell. 120.* mutatum eſſe, quod ad ſolos filios & nepotes tranſire debeat emphyteuſis, id vero incorrectum manſiſſe, quod ſoli deſcendentes in emphyteuſi ſuccedere debeant, adeoque ad extraneos non tranſire emphyteuſin, niſi aliter ſit actum. Sed optime id diſcutit Franzkius *de laudem. c. 9. n. 49. ſeqq.* Bachov. *in Treutler. vol. 1. diſp. 29. th. 10.* Ex quo enim in perpetuum ab Eccleſia emphyteuſin conſtitui admiſſum eſt, ſequitur, ad quoscunque heredes, imo etiam ſingulares ſucceſſores cum onere ſuo transferri emphyteuſin poſſe. Et hoc minus habet dubii de jure Canonico, quippe quo res Eccleſiaſticas ſolennitatibus adhibitis in totum alienari & hinc etiam in emphyteuſin cuicunque dari permiſſum eſt, *c. 7. X. de reb. Eccleſ. alien.* Z.

Jus prælationis. (863) Præferri tamen debent ſaltem ad aliquod tempus, qui ſylvas ea intentione extirparunt, ut ſibi concederetur emphyteuſis. Z.

(864)

Qui *i*) tamen ſi per biennium (864) in ſolutione canonis ceſſaverint, niſi celeri ſatisfactione poſtmodum ſibi conſulere ſtuduerint, (865) jure expelli poterunt: (866) nec quicquam eis proderit, quod ut canonem ſolverent, ſibi nunciatum non fuit, (867) cum hoc caſu præfixus dies pro domino interpellet. *i*) *cap. fin. extr. locati.*

Ter-

(864) Differt in hoc Emphyteuſis Eccleſiaſtica ab civili, quæ triennium requirit, ut ob non ſolutum canonem de caducitate agi poſſit, *l. 2. C. de jur. Emph. Z.* *Alia differentia.*

(865) Hoc ita in Emphyteuſi Eccleſiaſtica locum habet, quod ipſum ad civilem etiam nonnulli extendunt. Sed verior tamen in puncto juris eſt ſententia contraria, præſertim cum ipſa lex privationis pœnam inducat, *l. 2. C. de jur. emph.* quanquam æquior ſit ſententia ex jure Canonico recepta. Z. *Adhuc alia.*

(866) Ipſo enim jure caducitas intermiſſionem canonis ſequitur, & videtur hoc conſtitutum in pœnam contemptus, dum Emphyteuta ſuperiorem dominum recognoſcere poſthac nolle cenſetur, Berlich. *2. concluſ. 46. n. 18.* Ut tamen legis privationem inducentis effectus ſequatur, neceſſum eſt de facto conſtare quod ceſſatum ſit, & dominum jus ſuum exercere. Ipſa enim declaratio domini privationem non inducit, ſed tantum oſtendit, quod Dominus jure ſuo uti velit, & igitur, ſecuta declaratione voluntatis, lege operante effectus privationis ſtatim a finito biennio introducetur, Bachov. *in Treutl. vol. 1. diſp. 29. th. 12. lit. B.* Expulſio tamen cujus hic mentionem facit autor, explicanda eſt de tali, quæ ſit auctoritate judicis, non ex mero privati arbitrio, Mornac. *ad l. 2. C. de jur. Emphyt.* Sichard. *ad eand. n. 16.* Clar. *§. emphyteuſis q. 11.* Fachin. *1. contr. 95.* Diff. Vasqv. *6. contr. 64. n. 5.* Z. *Caducitas ipſo jure quo modo intelligenda.*

(867) Et ex hoc conficitur Emphyteutam canonem ad ædes *Illatio.*

Domi-

Digitized by Google

Terrulas incommodas, & minus utiles, item ſervos fugitivos poteſt prælatus alienare.

k) c. terrulas. 12. q. 2.

§. 8. Terrulas *k*) quoque (868) aut vineolas exiguas, & eccleſiæ minus utiles, aut longe poſitas, vel domos, quæ eccleſiæ plus incommodi quam utilitatis afferunt, ſi neceſſitas fuerit, diſtrahendi poteſtatem epiſcopus habebit. Simili ratione fugitivos ſervos, & qui de fuga revocati, retineri non poſſunt, ſi voluerint, aut illi ex alio meruerint, epiſcopis diſtrahendi poteſtas erit.

Feudum a vaſallo alienatum, & difficilis recuperationis, poteſt epiſcopus alteri ſub conditione recuperandi concedere.

§. 9.

Domini ſuis ſumptibus ferre debere. Bart. *in l. item illa ff. de conſt. pec.* Panorm. *in c. ſignificante X. de pignor.* Z.

ad §. 8.

Fratres quinam in c. terrulas 12. q. 2.

(868) Negat Franc. Duarenus *l. 7. de Eccleſ. miniſtr. c. 9.* terrulas tales ſine capituli conſenſu alienari poſſe, & verba, *ſine conſilio fratrum*, quæ habentur in *c. terrulas 12. q. 2.* (ex quo paragraphus hic depromptus eſt) explicat de aliis Epiſcopis comprovincialibus vel vicinis, quorum conſenſus eo tempore fuit neceſſarius. Nec id quidem inepte. Textus enim ille ipſiſſima verba refert capitis 45. Concilii Agathenſis. At in eodem concilio *cap. 7.* alienatio etiam neceſſaria tum demum firma pronunciatur, quando apud duos vel tres comprovinciales vel vicinos Epiſcopos cauſa primitus comprobata fuerit. Idem jam ante in concilio Carthaginenſi V. fuerat ſtatutum, *c. nullus 17. q. 4.* Non igitur improbabile eſt, per *fratres* in *d. c. terrulas*, intelligi coepiſcopos. Z.

ad

§. 9. Sed & in feudum *l*) (869) certis caſibus, & jurejurando de non alienando (870) minime obſtante, (871) res eccleſiaſticas concedere poterit, (872) velu-

l) *c. 2. extr. de feud.*

ad §. 9.

Quinam conſentire debeant in datione feudi?

(869) In rebus nondum infeudatis Epiſcopus feudum noviter conſtituere nequit, niſi cum conſenſu Capituli & juſta cauſa exigente. *c. ambitioſæ un. Extravag. de reb. Eccl. non alien.* Ubi quidem etiam Pontificis Romani conſenſus requiritur; ſed eum ipſum tamen ipſimet Canoniſtæ non ſemper exigunt, uti videre eſt apud Vallenſ. *paratit. l. de reb. Eccleſ. alien.* §. *3. n. 3.* *Z.*

Juramentum de non alienando.

(870) Solet enim Epiſcopus in promotione ſua jurare, in hæc verba: *Poſſeſſiones vero ad menſam meam pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignerabo, neque de novo infeudabo vel alio modo alienabo, etiam cum conſenſu capituli Eccleſiæ meæ, inconſulto Romano Pontifice. Et ſi ad aliquam alienationem devenero, pœnas in quadam ſuper hoc edita conſtitutione, eo ipſo incurrere volo &c.* *Z.*

Ratio.

(871) Juramentum enim iſtud ita interpretantur Canoniſtæ, quod intelligi debeat de iis rebus, quæ antea non ſunt ſolitæ in feudum dari. Barboſa in *c. 2. X. de feud. n. 2.* *Z.*

Feudorum Eccleſiæ oblatorum cauſa.

(872) Uti Clerus parum perdidit feudorum datione, ita plurima bona acquiſivit per feuda oblata. De quorum occaſione ſic ſcribit Sarpius *d. l.* §. *20.* „Quelqu' un pouroit croire, que le peu de ſoin, que l' ordre écléſiaſtique avoit des choſes ſpirituelles, auroit refroidi la ferveur des ſéculiers envers les Egliſes, &, par conſéquent, mis ſin aux acquiſitions des Clercs: mais il n' en fut pas ainſi, car plus les Prélats négligeoient le ſpirituel, & plus ils portoient de ſoin à conſerver le temporel, juſques à tourner les armes ſpirituelles de l' excommunication, qui n' étoient auparavant en uſage, que pour corriger les pécheurs, à la défenſe de leurs biens, ou au recouvrement de ceux, que leurs prédéceſſeurs avoient laiſſé perdre; Et le peuple craignoit ſi fort les cenſures, que

 rien

veluti ſi feudum (873) per vaſallum alienatum fuerit, &

---

rien n' l' épouventoit davantage. Il étoit même ſurprenant de voir, que les Capitaines & les ſoldats même, qui pilloient le bien d' autrui ſans ſe ſoucier nullement d' ofenſer la Majeſté divine, tout grans ſcélérats qu' ils étoient, épargnoient, avec beaucoup de reſpect, ce qui apartenoit à l' Egliſe par la ſeule apréhenſion qu' ils avoient des cenſures. Et cela fit, que beaucoup de gens médiocres pour ſe mètre à couvert de la violence, donnoient leur bien á l' Egliſe, à condition qu' elle le leur redonnât en fief, moiennant une petite reconnoiſſance. Ainſi, les Grands n' oſoient plus toucher à ces biens, comme étant choſes, dont l' Egliſe avoit le domaine direct; & quand les feudataires venoient à mourir ſans poſtérité maſculine, (ce qui arivoit ſouvent à cauſe des guerres, & de fréquentes ſéditions populaires) la ſucceſſion tomboit à l' Egliſe. „ Præter hæc cauſa feudorum Eccleſiæ oblatorum, fuit partim communis ſuperſtitio in Clericos ex fiducia demerendi & operum dignitate prognata; partim potentia Epiſcoporum. Quemadmodum igitur precariæ & feudorum oblationes fuere ex modis acquiſitionum Clericalium inter præcipuos, ita hi duo modi in eo conveniebant, quod utrobique res Monaſteriis aut Eccleſiis donata, donantibus ipſis rurſum præſtabatur & precario concedebatur; differebant quod precariæ contractus ſingulis luſtris renovari deberet; quod in feudis oblatis non fiebat. Vide Hertium *de feudis oblatis parte 1. §. 5. 6. & parte 3. §. 51.* T.

Differentia & convenientia cum precariis.

Varia dubia & objectiones.

(873) Aut ego verba iſta non ſatis capio, aut multas ea continent abſurditates. *Primo* enim feudum a vaſallo alienatum non amittit naturam feudi, nec per conſequens per eam alienationem dominium directum interimitur. *Deinde* vaſallus non poteſt alteri feudum absque conſenſu domini dare; ſed ipſe adhuc manet domino obligatus, niſi talis forte præſupponatur conſuetudo, qua etiam ſine voluntate & conſenſu domini feuda alienare licet; cujus mentio

& per epiſcopum id facile recuperari non valeat: poterit enim per epiſcopum illud alicui concedi, qui & ipſum recuperet,& in feudum ab eccleſia recognoſcat.

Feudum devolutum poteſt per epiſcopum alteri concedi.

§. 10. Quinimo *m*) etiamſi talis neceſſitas non immi-

m) *c. fin. ext. de feud.*

tionem faciunt Clarus §. *feudum q. 31. n. 12.* Vultej. *lib. 1. feud. c. 10. n. 92.* Rittershuſ. *in part. feud. l. 2. c. 3. q. 2.* Sed eo tamen caſu dominio directo non derogatur. *Tertio* nec iſtud ſatis capio, quod feudum non facile per Epiſcopum recuperari poſſe præſupponatur. Nec enim recuperare id licet aliter, quam iis modis, quos hactenus probavit jus feudale. Et poſito ſane, non facile recuperari poſſe aliquod feudum, non erit propterea id vi extorquendum, ut recuperetur, cum ipſe Dominus inveſtiendo ſibi hanc legem poſuerit, quod non niſi dominium directum penes ſe remanere velit, quamdiu aliquis ſuperfuerit ex iis, quibus feudum conceſſum fuit. *Quarto* permiſſum tum ajunt Eccleſiæ ſive Epiſcopo feudum iſtud alii alicui concedere; ſed enim num liceat ita alteri rem ſuam ſine juſta cauſa & ſine culpa auferre, & num id Epiſcopo conveniat, valde dubito. *Quinto* expreſſe contendunt Interpretes, licere eo caſu feudum concedere alicui potentiori; quod quam diſplicuerit Romanarum legum latoribus & quam juſtitiæ repugnet, oſtendit *l. 1. & 2. C. ne lic. potentior. patrocin. litigantib. præſtare.* it. *tit. Dig. & Cod. de alien. judic. mut. cauſ.* Adde Franzk. *lib. 1. reſol. 10.* *Sexto*, nec illud ſatis digeri poteſt, quod ideo feudum potentiori concedi debeat, ut illud recuperet; quomodo autem? utique per vim aliquam externam, quam tamen modis omnibus ſemper improbaverunt, &, quantum fieri potuit, evitare ſtuduerunt leges civiles. Et hic tamen, cum tot tantæque involvantur abſurditates, Epiſcopo datur poteſtas, ſine conſenſu capituli talem infeudationem peragere. Z.

immineat, nihilominus alienantis filium, (874) vel conſanguineum, vel ejusdem feudi conſortem poterit epiſcopus inveſtire. Idem erit, ſi per obitum vaſalli feudum ad eccleſiam remeaverit: nam & eo caſu inveſtire prælatus alium libere poterit, (875) ſi eccleſiæ viderit expedire. (876)

Qui aliquid contulerunt, vel acquiſiverunt eccleſiis, poſſunt pro modo collati, vel acquiſiti manumittere, dum tamen manumiſſus cum poſteritate & peculio remaneat in patrocinio eccleſiæ.

n) c. conſenſus extr. eod.

§. 11. Illud etiam Toletano concilio *n*) diffinitum reperitur, quod ſi ſacerdotes aliquid eccleſiæ ſuæ relinquunt, vel nihil habentes, aliqua prædia, vel familias (877) eccleſiis ſuis acquirunt, (878) liceat eisdem aliquos

---

ad §. 10.

Alia objectio. (874) Alienatio facta aut valet, aut non valet. Si illud, non poterit invito eo, qui feudum acquiſivit, alius inveſtiri. Si non valet, & feudo privatur vaſallus, poterit id Epiſcopus non filio tantum & conſanguineo, ſed cuivis extraneo elargiri. Z.

Limitatio. (875) Si tamen voluntatem ſuam poſt aperturam declaraverit, quod rem iſtam nolit amplius feudalem eſſe, vel per novam poſſeſſionem Eccleſiæ ea res rurſus incorporata ſive ad bona Eccleſiæ redacta fuerit, non poterit Epiſcopus ſine conſenſu capituli rem eam in feudum noviter concedere. Guilielm. Hanneton. *de feud. l. 1. c. 5.* Bocer. *de inveſtitur. feud. c. 3. n. 59.* Z.

Obſervatio. (876) Aliquando enim expedit Eccleſiæ rem ad ſe reverſam retinere, quam noviter in feudum concedere. Z.

ad §. 11.

Familia quid? (877) Id eſt ſervos, qui ita etiam in jure civili dicuntur, *tit. ſi famil. furt. fec. l. 8. de jurisdict. l. illud 32. in pr. ff ad L. Aquil.*

aliquos juxta collatæ modum rei de familia ejuſdem eccleſiæ (879) manumittere, ita ut manumiſſi cum peculio & poſteritate ſua ſub eccleſiæ remaneant patrocinio. Quod ſi, qui nihil de proprio *o*) eccleſiæ contulerunt, libertati ſervos eccleſiæ donare auſi fuerint, ex eodem concilio epiſcopus ſucceſſor ad eccleſiæ jus revocare poterit. Impium eſt enim, ut qui lucrum de rebus ſuis eccleſiæ non contulit, damnum inferre valeat. *o*) *c. epiſcop. extr. eod. tit.*

Princeps poteſt rem ſuam æqualem, vel majorem cum Eccleſiaſtica permutare: & ſervi eccleſiaſtici, ſi frugi ſint, præterquam ad libertatem, commutari non poſſunt.

§. 12.

L. Aquil. l. optio 13. ff. de opt. leg. l. pronunciatio 195. §. ſervitutum de ff. V. S. Z.

(878) Scilicet ex ipſis Eccleſiæ rebus, uti dicetur in *pr. tit. ſeq.* Z. *Explicatio.*

(879) Diſceptant Politici, utrum in bene conſtituta Rep. ſervitus ſit ferenda; ſed majore cum præjudicio disceptare licet, utrum ferenda ea ſit in Eccleſia? Sane non pugnat cum Chriſtiana libertate ſervitus. Eccleſia tamen, ut ſervos habeat, & Chriſtianos quidem eos, indigna res fuerit, præſertim poſtquam ſervitus inter Chriſtianos plane deſiit. Infideles autem ſervi Eccleſiæ ideo eſſe nequeunt, quia Eccleſiæ præceptis non magis obligati poſſunt, quam Judæi, quos propterea abſolutione decimarum perſonalium eximunt Canoniſtæ. Accedit, quod paganos ſive infideles ab Eccleſiaſtica unitate dicant præciſos, quibus propterea nec vivis nec mortuis communicare liceat. *c. ſacris 12. X. de ſepultur.* Vid. ſupr. *tit. de ſepult. §. non tamen omnes.* Non minus tamen circa ſervilem ſtatum, & Eccleſiæ inprimis ſervos occupatum eſt jus Canonicum, quam olim jus civile. Vid. *c. & ſi illi, c. injuſtum. c. ſi quos, & multi ſequentes 12. q. 2.* Et quod mirari *An ſervitus ferenda in Eccleſia?*

*) c. 1. de rer. permut.

§. 12. Sed & princeps, (880) *) ſi cauſa probabilis (881) id popoſcerit, cum re eccleſiaſtica & immobili, rem ſuam majorem, vel æqualem (882) permutare poterit, pragmatica ſuper hoc præcedente forma: (883) eccle-

---

rari licet, etiam Monachis, qui ipſi tamen ſervis comparantur, & pro talibus habentur, quibusve nihil relinquitur proprium, mancipia tribuuntur, *c. in venditionibus 17. quæſt. 4.* Z.

ad §. 12.

Ironica objectio. (880) Maximum hoc ſi Diis placet, eſt beneficium Principibus a papa conceſſum, cum alias Principi in rebus Eccleſiaſticis nulla plane competat poteſtas, ſcilicet! Z.

Quæ cauſa probabilis? (881) v. g. Si princeps ex fundo Eccleſiæ vellet vivarium facere, uti exemplificat Chriſtophorus Haunoldus *diſp. de contract. natur. art. 6. n. 62.* In genere vero probabilem ſive rationabilem cauſam ita exponit Barboſa *ad c. 1. X. de rer. permut.* ſi in ſuos aut ſuorum uſus rem eam habere velit Princeps, non ut vel ipſi Eccleſiæ vel alii injuſte noceat. Z

Æqualitas inæqualis. (882) Non eſſe utilem Eccleſiæ talem alienationem, ubi tantum ea recipit, quantum dimiſit, refert Barboſa *d. l. n* 5. In permutatione tamen ea, quæ fit cum Principe, ſtatuit idem num. 2. evidenter eſſe utile, ſine damno Eccleſiæ gratiam Principis promereri. Z.

Pragmatica ſanctio quid? (883) I. Sive ſanctione, uti habet textus *in c. 1. X. de rer. perm.* Eſt autem pragmatica ſanctio nihil aliud, quam reſcriptum Principis in publicis negotiis cujusque univerſitatis vel provinciæ ad ſuggeſtionem alicujus corporis, collegii, civitatis vel provinciæ, *l. ult.* §. *1. C. de div. reſcr. & pragm ſanct.* Add. *Βασιλ. l. 2. t. 5. c. 25.* Hoc tamen loco per pragmaticam ſanctionem intelligunt inſtrumentum permutationis, & præter illud alias ſolennitates non requiri colligunt, quia alioquin non appareret, quis favor ſpecialis & æſtimabilis Principi patriæ concederetur. Haunold. *d. l.*

Con-

Digitized by Google

eccleſiaſtica tamen mancipia †) quæ frugi fuerint, præterquam ad libertatem, commutari non poterunt. (884) †) *c. mancipia eod.*

Epiſcopus poteſt permutare terras duarum eccleſiarum ſuæ diœceſis, illarum accedente conſenſu: & de temporalibus ad ſpiritualia non poteſt fieri permutatio.

§. 13. Epiſcopus quoque duarum ſuæ diœceſis eccleſiarum terras, invicem ambarum *p*) partium accedente conſenſu, permutare poterit, & ſi alterius partis prædium valore præponderet, ad æqualitatem inducendam ab altera parte pecuniam refundi (885) jubebit. *q*) De temporalibus autem ad ſpiritualia permutatio jure conſiſtere non poteſt. *r*) (886) *p*) *c. 1. extra eod. tit.* *q*) *c. ad quæſtiones de rer. permut.*

Res

r) *c. fin. de rer. permut.*

Conſenſum tamen majoris partis ex capitulo adhuc requirit Barboſa *d. l.* ne fortaſſe res deterior offeratur a Principe. Z.

II. Iſtæ pragmaticæ ſanctiones pertinent ad negotia Clero placentia aut certe non diſplicentia. Eſt tamen & alia pragmatica ſanctio, videlicet Gallica illa famigeratiſſima, Papæ valde diſplicens, cujus occaſionem & controverſiam ipſi a Papis motam ſuccincte refert Sarpius *de benefic. §. 43. 47. 48.* T. *Pragmatica Sanctio Gallica.*

(884) Ratio redditur in *cap. 3. X. de rerum permut.* quia quod ſemel Deo conſecratum eſt, ad humanos uſus transferri non decet. Sed ex hac ratione nec cum Principe quidem rem Eccleſiæ permutare liceret. *Z.* *Ratio inſufficiens.*

ad §. 13.

(885) Sed hic ſemper cavendum volunt Canoniſtæ, ne Simoniæ vitio contractus contaminetur. Scilicet res Eccleſiæ temporales permutari poſſe ajunt ſine vitio Simoniæ, etiam pecunia ſupplente id, quod alteri deeſt, dum tamen altera non præponderet juribus ſpiritualibus, & horum occaſione temporale quid promittatur. Sed de crimine Simoniæ infra dicendi locus erit commodior. Z. *Cautela contra Simoniam.*

(886) Verum quidem id eſt, & jure divino prohibitum; ſed quos *Mala applicatio.*

Res eccleſiaſtica poteſt propter præſcriptionem legitimam ab eccleſia abduci, & detrahi.

§. 14. Præterea & ſi quis per tempora ſacris Canonibus definita rem eccleſiaſticam juſto titulo & bona fide ita poſſederit, ut nullo tempore rei conſcientiam habeat alienæ, completa præſcriptione, res poſſeſſa a juribus eccleſiæ dubio procul intelligitur eſſe avocata. (887)

Decimæ & oblationes præſcribi non poſſunt,

§. 15. Proventus tamen primitiarum & decimationum (888) præſcriptione tolli non poterunt, etiam ſi a Rom. Pontifice laicus quilibet ſuper his reſcriptum impetraverit.

DE

quos hic fucos faciant Canoniſtæ, infra commodius explicabitur *tit. de Simonia.* Z.

ad §. 14.

Ratio dubitandi. (887) Mirum id videri poſſet, quod præſcriptionem admittant Canoniſtæ, præſertim, poſtquam de bonis etiam temporalibus Eccleſiæ communiter pronunciare ſoleant vulgatum illud: Quod ſemel DEO conſecratum eſt, ad humanos uſus transferri non decet. Z.

ad §. 15.

Objectio & limitatio. (888) Decimas antehac inſtitutas dixi ideo ut alimenta inde ſuppeterent Eccleſiæ miniſtris. Quod ſi ergo illis aliunde proſpectum fuerit, integrum eſt, aut decimationem plane intermittere, aut in alios etiam uſus vertere. Per conſequens igitur proventus decimarum præſcriptione acquiri poſſe, non erit abſurdum. Sed nec omnem hic Canoniſtæ excludunt præſcriptionem. Non enim quantitatem tantum præſcribi poſſe concedunt, ſed etiam inter Curiones ipſas totas decimas præſcribi poſſe admittunt, ita ut Curio poſ-

Digitized by Google

DE PECULIO CLERICORUM, RELICTIS ET SUCCESSIONIBUS EORUM.

TITULUS XXIIX.

Eccleſiaſticæ reputantur etiam res illæ, quas ſacerdos acquiſivit, cum tempore ſuæ promotionis nihil haberet: qui ſub pœnis hic contentis curabit, ut de rebus a ſe emptis ad nomen eccleſiæ ſcripturam conficiat.

§. I.

ERgo res eccleſiaſticas ab eccleſiæ juribus abdicare non licet: eccleſiaſticas autem res intelligimus, (889) non modo quas eccleſiæ rationibus ſacerdos competit aſſcriptas, ſed etiam eas, quas is emerit, cum tempore ſuæ promotionis nihil haberet. (890) Cum igi-

poſſeſſione quadraginta annorum decimas alteri Curioni vicino ſuo debitas præſcribere queat. Vid. Joh. Papon. *l. 1. tit. 12. areſt. 3.* Et ad hanc præſcriptionem requirunt vel immemoriale tempus vel titulum ſimul cum quadraginta annorum quaſi poſſeſſione *c. 1. de præſcript. in 6.* cujus rei cauſam erudite inquirit Did. Covarruv. *1. reſol. 17. n. 7.* Z.

TIT. XXIIX.

ad §. 1.

(889) Hic non contineri definitionem rerum Eccleſiaſticarum in genere jam obſervavimus ſupra *hoc libro nota 3. circa finem.* T. *Remiſſio.*

(890) Nec aliunde acquiſivit, quam ex beneficiis aut rebus Eccleſiæ. Solet enim peculium Clericorum fere triplex ſtatui, ita ut conſtet vel ex propriis Clericorum bonis, vel ex bonis Eccleſiæ, vel denique ex bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis. Propria Clerico- *Limitatio.* *Tria genera peculii Clericorum.*

 rum

igitur & hæc,(891) tanquam de bonis eccleſiæ quæſita ejusdem eſſe intelligantur, ne quando Jus eccleſiaſticum imminuatur, curabit ſacerdos, ut de his,quæ ſuperemerit, & ad ipſius eccleſiæ nomen ſcri-

a) c. 1. extr. eod. pturam *a*) conficiat, & eccleſiæ relinquat, alioqui ab ejus ordinatione diſcedet. Qui vero prætextu pro-

b) c. penul. extr. eod. prii,*b*) vel alieni nominis fraudem facere voluerit, ſacrilegii crimen incurret. (892)

Re-

rum bona ſubdiſtinguuntur in patrimonialia,& quaſi patrimonialia; illa ſunt,quæ ex ſucceſſione hæreditaria, legato, fideicommiſſo, donatione,aut propria eorum induſtria Clericis obveniunt,dummodo non occaſione Eccleſiæ vel beneficii. Quaſi patrimonialia dicuntur,quæ Clerici quidem ut tales acquirunt, ſed intuitu ſui laboris, veluti concionando, ſacra faciendo, confeſſiones audiendo, docendo, &c. Bona Eccleſiæ ſunt,quæ Eccleſiæ miniſtris conſecrata vel deſtinata ſunt,ſive immobilia ea fuerint,ſive mobilia.Bona intuitu Eccleſiæ acquiſita dicuntur fructus & proventus beneficiorum collecti & percepti, it. bona omnia,quæ quavis Eccleſiæ vel beneficii occaſione Clericis acquiruntur. Andr. Vallenſ. *ad h. t.* Utcunque ergo aliquis tempore ſuæ promotionis nihil habuerit, ſi tamen, dum in officio eſſet, aliquid per ſucceſſionem hereditariam, aut titulo donationis, aut propria ſua induſtria acquiſiverit, non erit id inter res Eccleſiaſticas connumerandum, ſed ad patrimonium pertinet Clerici, ita ut libere circa illud diſponere ipſi fas ſit Z.

Similis limitatio, & ſublimitatio. (891) Quæ ſcilicet ex fructibus beneficii ſui comparavit, aut quæ intuitu Eccleſiæ acquiſivit. In nonnullis tamen Regnis fructus a Clerico percepti ad hæredes ejus transmittuntur,eamque conſuetudinem non audet reprehendere Petrus Coſtalius *ad l. 7. ff. ſol. matr.* ut maxime theſin negativam præmiſerit, & gloſſam quæ beneficiatum fructuario comparat, atro carbone notaverit. Z.

Spurium ſacrilegium. (892) Quomodo vero ſacrilegii, cum nec res ſacra,nec locus ſacer

Relictum ſacerdoti pro anima, cenſetur relictum eccleſiæ; ſecus eſt, ſi quid ei ſit relictum ſub onere fideicommiſſi.

§. 2. Sed & ſi non emerit, ſed pro anima quiſpiam intuitu eccleſiæ ſacerdoti reliquerit, adhuc idem ſtatuendum erit.*) Congruit enim, (893) ut quemadmodum ſacerdos habet, quod eccleſiæ dimiſſum eſt, ita & eccleſia id habeat, quod relinquetur ſacerdoti. Si quid tamen per fideicommiſſum, aut ſacerdoti, aut eccleſiæ relictum fuerit, alteri poſtmodum profuturum, id inter eccleſiaſticas facultates computandum non erit. (894) *) *c. pontifices 12. q. 3.*

Bona quæſita ſacerdotibus intuitu eccleſiæ, debent remanere apud eccleſiam, nec de his poteſt quis teſtari: & quid contineatur nomine eccleſiæ.

§. 3. Generaliter *c*) igitur bona quælibet ob eccleſiam acquiſita ſacerdotibus, ſive mobilia, ſive immobilia, poſt illorum obitum debent apud eandem rema- *c*) *c. relatum, cl. 2. extr. de teſtam.*

ſacer hic factum qualificet, quo utroque tamen crimen ſacrilegii ſubſtantiatur. Et falluntur Canoniſtæ, quod prædia eccleſiaſtica divinis uſibus tradita aut deſtinata cenſeant *c. prædia 12. q. 2.* Non enim ipſa, ſed illi, in quorum gratiam ea deſtinata ſunt, divinis uſibus inſerviunt. Z.

ad §. 2.

(893) Atqui in hoc nulla eſt congruentia, quod Sacerdos tantum ſit fructuarius eorum, quæ acquirit Eccleſia, utcunque ea obveniant intuitu Sacerdotis; Eccleſia vero proprietatem habeat eorum, quæ Sacerdoti relicta ſunt intuitu Eccleſiæ. Z. *Ratio inadæquata.*

(894) Quid ita? cum tamen meum fiat id, quod mihi relinquitur, onere licet fideicommiſſi gravatum. Sed Eccleſiæ Romanæ *Ratio dubitandi.*

manere, nec ſuper his ullum de Jure teſtamentum (895) fieri

id demum proprium dici ſolet, quod nunquam ejus egreditur dominio. Z.

ad §. 3.

De poteſtate exequendi teſtamenta Epiſcopis competente.

(895) Pertinet ad Epiſcopos etiam poteſtas exequendi teſtamenta defunctorum de qua, cum Lancelottus nihil dixerit, excerpemus hic ea, quæ de illa poteſtate notavit Zieglerus *de epiſcopis lib. 3. c. 29.* Etſi in Concilio Carthaginenſi quarto *c. 18.* prohibitum inveniatur, *ne Epiſcopus tuitionem teſtamentorum ſuſcipiat* recenſente Gratiano *c. 5. diſt. 88.* videtur tamen id non promiſcue de omnibus ſed illis tantum teſtamentis accipi debere, ex quibus nulla omnino piis cauſis expectanda fuerit acceſſio. Poſtea enim Epiſcopis autoritate Imperatoria adjunctum fuit hoc munus, ut teſtamentorum ad pias cauſas factorum executionem procurarent. Quo pertinent conſtitutio Zenonis *l. 15. C. de SS. Ecleſ.* & Juſtiniani *l. 46. C. de Epiſc. & Clericis*, item *Novell. 131. cap. 10. & 11.* conſtitutio item Manuelis Comneni *in jure Græco-Romano p. 190.* Volunt tamen Canoniſtæ quod etiam poteſtas exequendi teſtamenta, quæ piarum cauſarum nullam faciunt mentionem Epiſcopis competat quia *cap. 6. de teſtamentis* agat in genere de herede non adimplente juſſa teſtatoris. Sed dubitare adhuc licet, utrum tam generaliter textus iſte accipi debeat. Quodſi rationes extenſionis a Canoniſtis expetas, recurrunt illi ad vulgaria hodie ſua principia, ratione peccati ſcilicet quod committitur, laicum ſubeſſe jurisdictioni Epiſcopi, mortaliter autem peccare eum, qui non adimplet voluntatem defuncti: Pontifici namque utramque poteſtatem ſpiritualem & temporalem eſſe datam a Chriſto; illam autem ſpiritualem ſibi & ſuis judicibus Eccleſiaſticis reſervaſſe, temporalem vero ejusque exercitium principibus ſecularibus commiſiſſe, ita tamen ut utramque adhuc habeat poteſtatem, ſpiritualem quidem in actu & potentia, temporalem vero in habitu, quam ex juſta cauſa poſſit reducere ad actum & exercitium, idque facere vel ipſum vel per Epiſcopos ſuos in

Digitized by Google

fieri poterit.(896) Nomine autem eccleſiæ,ubi clericorum eſt collegium, non epiſcopus,(897) vel morientis clerici ſucceſſor, ſed congregatio communis (898) in-

---

in cauſis illis,quæ concernunt peccatum & animam, qualis eſt etiam hæc,quæ naſcitur ex omiſſione executionis ultimæ voluntatis. Aug. Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 82. n. 16.* Didacus Spino a Caceres *in ſpecul. teſt. gloſſ. 28. princ. n. 23. ſeq.* Alii hanc reddunt rationem, quam ipſe etiam refert Barboſa, teſtatorem poſt obitum deſtitutum eſſe omni auxilio, & eſſe perſonam miſerabiliſſimam: Epiſcopum autem ſubvenire debere perſonis miſerabilibus. Quæ omnia vel non cohærent, vel carent fundamento, & ſuperiorum ſeculorum Epiſcopis plane fuerunt ignorata. T.

(896) Conſuetudinem tamen contrariam non improbat Did. Spino a Caceres *in ſpecul. teſt. gl. rub. part. 14. n. 16.* ſed plurimis eam argumentis propugnat, inprimis ex eo, quod prohibitio teſtandi ſit ex jure poſitivo, & quidem poſito certo Eccleſiæ ſtatu; quo mutato, mutari poterit jus conſtitutum. Eandem tenet & propugnat ſententiam H. Zoeſius *tit. de teſtam. num. 6. 7.* ubi dicit, generali conſuetudine teſtamenti factionem de acquiſitis ex fructibus beneficii, Clericis eſſe permiſſam, eo ſcilicet, quia Clericis dominium iſtorum fructuum cedat. Nos de hoc principio, quid ſentiendum ſit, diximus alibi. Z. *Praxis diverſa.*

(897) Hoc ita in temporalibus, at in ſpiritualibus & ubi de dogmatibus fidei agitur, Eccleſiæ nomine unum illum plane ἀλόγως intelligunt Pontificem Romanum. Z. *Eccleſia pro Pontifice.*

(898) Meretur §. *ult.* Sarpii *de beneficiis* ut ad illuſtrationem dictorum in hoc paragrapho apponatur. „Nous avons amplement raconté, comment l'Egliſe a aquis des biens, & comment ils ont été diſpénſez: mais nous n'avons rien dit de ce qui ſe faiſoit des fruits, qui ſe trouvoient quelquefois de reſte à la mort des bénéficiers, ſavoir, s'ils en diſpoſoient par leur teſtament, ou ſi mourants ſans teſter, ces fruits paſſoient à d'autres perſonnes. Lorſque les *Illuſtratio hic dictorum ex Sarpio.*

intelligitur, quæ rerum illarum curam & Canonicam debet habere diſtributionem. Ubi autem in locum de-

les biens de chaque Egliſe étoient en commun, & ſous une ſeule adminiſtration, il eſt certain, que tout ce qui ſe trouvoit entre les mains d'un Clerc, reſtoit incorporé à la maſſe commune, & étoit gouverné de la même maniére par le ſucceſſeur; mais quand on inſtitua les bénéfices, il fut ordonné en même tems, que tout ce que le Bénéficier laiſſeroit à ſa mort, ſervit à l' Egliſe; & par l' Egliſe, ſi elle étoit Colégiale, & à menſe commune, l'on entendoit la communauté des Clercs: au lieu que, ſi le Benficier n' avoit point de Colégues, ſous le nom d' Egliſe s'entendoit le ſucceſſeur, qui devoit adminiſtrer ce reſte de fruits, en la même forme que ſon prédeceſſeur etoit obligé de faire. Et cet uſage dura juſqu' à l' an 1300. Mais comme il arivoit ſouvent, que les bénéficiers avoient d' autres biens de leur propre patrimoine, ou qu' ils avoient aquis par leur propre induſtrie, il fut dit, qu' ils pouroient, comme maitres abſolus de ces biens, les laiſſer par teſtament, à qui ils voudroient; mais que de fruits du bénéfice ils n'en pourroient jamais diſpoſer pour cauſe de mort. Ce qui fit, que le Clercs, qui poſſedoient des bénéfices dont le revenu n' excédoit pas la dépenſe néceſſaire, teſtoient de tout leur bien, & diſpoſoient pareillement de ce qu' ils avoient amaſſé par leur épargne ſur le bénéfice, contant cela pour un bien aquis par leur induſtrie: & de là eſt venüe la coutume, qui s' obſerve dans pluſieurs Roïaumes Chretiens, que les bénéficiers inférieurs peuvent même teſter de fruits de leurs bénéfices, & que ſans teſter, leurs parens en héritent *ab inteſtato*, ainſi que de leur patrimoine. Mais ce que les Evêques laiſſoient, apartenoit à l' Egliſe ſelon les anciens Canons. Cependant, ils aquirent depuis, en quelques Etats, le droit de teſter même de fruits eccléſiaſtiques; de ſorte que vers l'an 1300. il y avoit trois diverſes coutumes en divers païs; la prémiére, où nul Clerc ne pouvoit diſpoſer des fruits, qui lui reſtoient de ſon bénéfice; la ſeconde, où ces fruits étoien

Digitized by Google

defuncti unus tantum ſubſtituendus erit, is ea bona, velut & alia, diſpenſabit.

Clerici poſſunt maxime accedente juſta cauſa de bonis eccleſiaſticis facere eleemoſinam.

§. 4. Licet autem clerici, *) nec de mobilibus ipſis teſtamentum conficere poſſint, conſuetudinis tamen eſt non improbatæ, ut de his pauperibus, & religioſis

*) *d. c. relatum cl. 2. §. licet ex-tr. de teſt.*

étoient au même rang, que les biens patrimoniaux, & les propres; la troiſiéme, où les clercs inférieurs diſpoſoient, & non pas les Evêques, dont la depoüille aloit à l'Egliſe. Dans les tems ſuivans, que les Papes eurent plus beſoin d'argent qu'à l'ordinaire, ils envoïerent leurs miniſtres dans les Roïaumes, ou les Egliſes avoient coutume d'heriter des bénéficiers morts, pour appliquer tout ce qu'on leur trouvoit à la Chambre-Apoſtolique, avant que le ſucceſſeur fût élû; ce qui reüiſſiſſoit aiſément, perſonne, durant la vacance, n'aiant intereſt de s'y oppoſer; outre que le ſucceſſeur s'apaiſoit ſans beaucoup de peine, voiant, que c'étoit choſe faite. Dés-lors il commença d'y avoir des Miniſtres par-tout, où l'on pouvoit en envoier, leſquels s'appelloient *Collecteurs*, & ce que les Morts laiſſoient avoit le nom de *Dépoüilles*. Les Papes s'en ſaiſirent à petit bruit, autant qu'ils purent, n'y aiant aucune loi, qui le leur permît, mais ce ne fut jamais ſans quelque murmure des héritiers du défunt, & de pluſieurs autres perſonnes à cauſe des extorſions rigoureuſes des collecteurs, & des ſous-collecteurs, qui comprenoient dans les *Dépoüilles* les ornemens même des Egliſes, & véxoient encore les héritiers ſur les biens aquis par l'induſtrie du mort, ou provenus de ſon patrimoine; s'efforçant de faire voir, que tout venoit des bénéfices: & lorſqu'il y avoit du doute ſur la qualité de ces biens, ils ne laiſſoient pas de les adjuger à la Chambre, & de proceder par cenſures & par excommunications contre ceux, qui leur reſiſtoient.„ Plura addit idem quæ circa hanc invaſionem Papa-

 ſem

gioſis locis, & his qui viventi ſervierint, ſive ſint conſanguinei, ſive extranei, aliqua juxta ſervitii meritum (899) conferantur, non teſtamenti ratione, ſed eleemoſynæ duntaxat intuitu: *d*)

d) *can. ad hæc extr. de teſtam.*

Poteſt

lem ſeculo 14. & 16. acta fuerint, & qua ratione bullæ Papales non ſemper potuerint in actum deduci, quæ apud ipſum Sarpium legi poterunt. T.

ad §. 4.

Eleemoſynarum nomen male applicatum ad profuſiones Pontificum.

(899) Non conveniunt iſta, eleemoſynam dari propter meritum. Nec enim aliud quid denotat ἐλεημοσύνη, quam ſtipem miſericordiæ cauſa datam. Diogenes Laërtius *in Ariſtotele*: ὀνειδιζόμενος ποτέ ὅτι πονηρῷ ἀνθρώπῳ ἐλεημοσύνην ἔδωκεν, οὐ τὸν τρόπον εἶπεν, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον ἠλέησα. Unde miſericordiam quam eleemoſynam dicere maluit Lactantius *lib. 2. c. 1.* Dubitare vero licet, utrum Pontificis etiam Romani in ſuos cognatos liberalitas eleemoſynæ nomine venire poſſit aut debeat, præſertim cum ejus exemplum præſules inferiores ſequantur, & ſimilem in ſuos de bonis Eccleſiaſticis profuſionem exercere ſoleant. Qui ex illuſtri familia natales ducunt, ejus amplificandæ ſtudio accenduntur; qui ex plebeja ſuam habent originem, eam ut extollant & in altiorem ſedem collocent, enixe ſemper ſtudent. De Sixto V. digna ſunt, quæ hic legantur, verba Jac. Aug. Thuani *lib. 100 hiſtor. Charitates proprias*, inquit, *ſupra modum dilexit, Camillam ſororem homini vilis ac fœdæ conditionis primo nuptam, cujus propterea nomen ignorari voluit, cum multi induſiis lavandis olim vitam toleraſſe meminiſſent, poſtea comitatu regali per Urbem deduci partim indignati, partim admirati ſunt: ex ea nepotes duos ac totidem neptes dignitate & opibus invidioſe auxit, nam Alexandrum puerum mox Cardinalem creavit, aſſignato centum aureorum millium proventu. Michaelem ampliſſimis poſſeſſionibus ditavit, Montaferia ditione in Subalpina provincia paulo ante mortem empta ducentis aureorum millibus a Joanna Cocma Contii Principis Uxore, quæ illam ex Ludovici*

Digitized by Google

Pòteſt quis tantum legare de bonis eccleſiaſticis, quantum contulerit eccleſiæ.

§. 5.

dovici prioris mariti bonis ad ſe filiasque ex eo ſuſceptas devolutam poſſidebat. Sed numeratione non ſecuta res exitum minime ſortita eſt. Neptes duas Flaviam & Urſinam duobus Romæ primariis Regulis ac familiarum ſuarum principibus in matrimonium collocavit, ac M. Antonio Columnæ præter pecuniam in dotem datam quadringenta Ducatorum millia mutua ad æs alienum diſſolvendum ex ærario ea lege numerari juſſit, ut intra certum tempus ſine uſuris Cameræ Pontificiæ reſtitueret. Sed iſte modus Pontificum familiares & cognatos ſuos locupletandi non heri demum aut nudius tertius uſurpatus fuit, ſed jam inde a primis dominatus pontificii initiis exerceri cœpit. De Johanne XVI. refert Bapt Platina *in ipſius vita*, eum odia clericorum incurriſſe ideo, quod divina humanaque omnia cognatis & affinibus ſuis elargiretur, *quem certe errorem*, inquit, *ita poſteris tradidit, ut ad noſtram quoque ætatem pervenerit. Qua quidem conſuetudine nil certe dici pernicioſius poteſt, cum non ob religionem & Dei cultum appetere pontificatum noſtri Sacerdotes videantur, ſed ut fratrum vel nepotum vel familiarum ingluviem & avaritiam expleant.* Notavit illum bonorum Eccleſiaſticorum abuſum, & in opere ſuo, quod de planctu Eccleſiæ edidit, vehementer deploravit Pelagius Alvarus Epiſcopus Sylvenſis circa an. MCCCXX *Romani*, inquit, *multi pontifices noſtri hypocritalis temporis (& jam multa luſtra tranſierunt) licet Vicarii Jeſu Chriſti pauperis crucifixi & ſucceſſores Petri pauperis piſcatoris, manu & arte victum quærentis reti & navicula, nepotulos & alios conſanguineos clericos nedum ad altas prælationes promovent ditiſſimas & altiſſimas, ſed etiam ad ſtatum Cardinalatus inſcios totaliter & indignos, & committunt eis judicare totum mundum, qui regere neſciunt ſemetipſos. Conſanguineis autem ſecularibus procurant & emunt nedum campos,*

*) c. ſi epiſcopus 12. q. 5. §. 5. Item *) ſi tantundem de proprii Juris facultate contulerit eccleſiæ, (900) quantum de eccleſiaſticis bonis legaverit, legatum ſuſtinebitur,

Clerici poſſunt teſtari de his, quæ acquiſiverunt non intuitu eccleſiæ.

§. 6.

---

terras & vineas, & ſimplicem militiam, ſed etiam baronias, comitatus, marchionatus & omnes alios mundi potentatus. Et tales Papæ conſanguinei, qui ante ejus papatum ſoli vagabantur per mundum peditando, nunc ſtipati militum agminibus incedunt. Qui ante cum mulieribus plebejis aut aliis ſuis paribus contraxiſſent, poſt cum Comitiſſis, & marchioniſſis aut ducisſis contrahunt. Qui ante forſan byrro aut alia veſte humili induti fuiſſent, poſt ſericis, auratis, & aliis fucatis veſtibus adornati incedunt. Et qui antea habitabant in domibus patrum ſuorum, aut mercatorum, aut agricolarum, aut artificum, vel alias pauperum deſpectorum, poſt habitant in domibus Regum & Imperatorum. Et qui ante papatum ſui conſanguinei, nati in paupere domo & tugurio ruſticano vix milio & cibario pane rugientem ventrem ſaturare poterant, poſt ſimilam & mella faſtidiunt. Cardinales quidam & alii prælati multi talia a Romanis Pontificibus multis nunc exempla pernitioſa videntes, ſequuntur eos ſic gratanter in carnalibus hujusmodi quocunque iverint, non Chriſtum agnum &c. Erogationes & profuſiones iſtæ num eleemoſynarum nomen ſuſtinere queant, aut quo alias colore excuſare eas velint Pontifices, videant ipſi. Z.

ad §. 5.

Limitationes. (900) In eodem teſtamento. Si enim alias per donationem inter vivos aliquid Eccleſiæ ab eo datum fuerit, non arbitror, ſumi hinc argumentum poſſe, cur de bonis Eccleſiaſticis legare deinceps liceat. Sed & quia tantundem conferendum eſt, exacta inter collatum & legatum debet haberi proportio, ne e. g. ager longe diſſitus Eccleſiæ, & ei vicinior atque commodior alii legetur. Z.

ad

§. 6. De his vero *e*) quæ aut paternæ ſucceſſionis, vel cognationis intuitu, ſeu conſanguineorum, vel amicorum munere, reſpectu non habito ad eccleſiam, ad clericos pervenerint, (901) libere teſtari poterunt. *e) c. quia nos. extr. de teſtam.*

Clerico ingenuo, deficientibus ſucceſſoribus ab inteſtato, ſuccedit in totum eccleſia.

§. 7. Quod ſi deceſſerint inteſtati †) nec aliqui fuerint inventi, qui jure cognationis ipſis ſuccedere valeant, ſi ingenuis gaudeant natalibus, in integrum tunc eccleſia ſuccedet, (902) nec cuiquam ex rebus eorum aliquid præſumere licebit. *†) c. 1. ubi etiam Gl. de ſucceſſ. ab inteſt.*

Bona

ad §. 6.

(901) Idem indicari debet de illis, quæ propria induſtria ſibi *Extenſio & objectio.* compararunt Clerici, non ex rebus Eccleſiæ. Videtur autem ab initio id non licuiſſe Clericis, ut de rebus ſibi extra bona Eccleſiaſtica quæſitis teſtamenta facerent. Sic enim habet *cap. 1. X. de ſucceſſ. ab inteſt. Sed hoc ibidem inventum eſt de Epiſcopis, Presbyteris & Clericis, ut, ſi per hereditatem vel alio modo intuitu perſonæ aliquid acquiſierint, donare eis liceat, cui voluerint, dum vivunt. Si autem ante obierint, quam hoc fecerint, altari, cui ſerviunt, omnia perpetuo ſanctificentur, & in jus ejus tradantur.* Videtur hic Clericis ſola donatio inter vivos permiſſa fuiſſe; quanquam Canoniſtæ communiter verba canonis etiam de teſtamentaria diſpoſitione intelligant, quia & illa donationem aliquam a teſtatore, dum vixit, factam exhibet. Sed enim ſi proprie & in ſenſu juridico verba accipiantur, magis eſt, ut de donatione inter vivos ea interpretemur. Z.

ad §. 7.

(902) Alias enim ſi heredes ab inteſtato adfuerint, Eccleſia *Obſervatio.* tantum in id ſuccedet, quod ob Eccleſiam defuncto acquiſitum fuerit. Cui tamen juri conſuetudo pleriſque in locis hodie derogavit, ab

Bona ſervi promoti ad ſacros ordines ab inteſtato decedentis dividuntur in quatuor partes, ut hic.

f) *c. 2. extr. de ſucceſſ. ab inteſt.*

§. 8. Si vero ſervus *f*) ad ſacros ordines promotus, libertatem nactus fuerit, idemque poſtea deceſſerit inteſtatus, nihil olim dominus de bonis ejus vendicare poterit, ſed ejus peculium in quatuor partes dividetur, (903) quarum una epiſcopo, altera eccleſiæ, tertia pauperibus aſſignabitur, quarta parentibus: et ſi non ſint capaces parentes, epiſcopus eam recipiet, & in uſum eccleſiæ diligenter diſtribuet.

ab inteſtato admittens ad bona, etiam ex fructibus beneficii acquiſita, proximos defuncti, excluſa Eccleſia. H. Zoeſ. *tit. de ſucceſſ. ab inteſt. n. 4.* Z.

ad §. 8.

Objectio. (903) Sed ſi ita liber factus eſt talis, ut ab eo præter divinum officium nihil exigi poſſit, uti dicitur *c. 2. X. de ſucceſſ. ab inteſt.* cur diverſum quid conſtituitur de clerico, qui antea ſervus fuit, & cur non idem obtinet in eo, qui ingenuis gaudet natalibus? Z.

FINIS LIBRI SECUNDI.

VAA 1530652

Digitized by Google

Digitized by Google

156.
E.
16.

Digitized by Google